VETERIS INTERPRETIS CUM *BEZA* aliisq; RECENTIORIBUS COLLATIO IN QUATUOR EVANGELIIS, & APOSTOLORUM ACTIS.

IN QUA

Annon sæpiùs absque justa satis causa hi ab illo discesserint

DISQUIRITUR.

Autore *JOHANNE BOISIO*, Ecclesiæ Eliensis Canonico.

Opus Auspiciis Reverendi Præsulis, LANCELOTI, Wintoniensis Episcopi, τοῦ μακαρίτου, cœptum & perfectum.

Maluit pius Interpres minùs Latinè aliquid dicere, quàm minùs propriè. August in Psal. 50. Tom. 8. Col. 493.

Interpres Vetus Latinus haud paulò melior est, quàm vulgo existimant. Drus. Quæst. lib. 2. quæst. 81.

LONDINI,

Typis *T: Roycroft*, Impensis *R: Beaumont*, apud quem prostant venales in vico *Parvæ Britanniæ*, ad Insigne Stellæ, MDCLV.

2.36.69

B.6.14

782.04

LECTORI S.

PEssimè licet & aliàs, nullo merito suo, vapularet Vetus, nunquam tamen tam acceptus est malè, atque post festinatas, unam, alteram, plures versiones novas, adeò jam tùm ingravescente, ut in duplum iret malo. Aegrè habuit hoc è doctis multos, haud paucos, quibus literæ tum humaniores omnes, tum sacræ præsertim cordi. Nec immeritò equidem: Id enimverò quod res est rati; ut longâ temporum serie scilicet, omniúmque retrò Ecclesiarum usu non frequentata magis, quàm consecrata obsoleseceret versio, non in desuetudinem solam, sed in contemptum etiam exitura. Quòd si Autoris nostri valuisset votum, (& obtinuisset utique, nisi si partium studio abrepti plerique, suo quisque privato magis velificasset ingenio, quàm in commune Ecclesiæ consuluisset bono) ut quam in adornanda versione nova posuissent Novi, eam in in-

terpolando, & ad incudem revocando Vetere impendissent operam, horas suas haud paulò meliùs collocassent, majori cum fructu utiq; nec minori cum laude; conflassent certè

——— *& rixæ multò minus, invidiæque.*

Non quin iis etiam, quicunq; tandem fuerint, qui in pulvere hoc non sacro magis quàm erudito desudaverint, sua sit laus, sua laurea; sed quòd quæ sanctæ semel placuerint Ecclesiæ, non sint ea temerè pro privati vel cujuscunq; arbitrio solicitanda, multò minùs ut uni ulli sit integrum ea pro libitu vel refingere, vel antiquare. Sua sit Almæ matri Ecclesiæ sarta-tecta autoritas, suus sit sanctis Patribus salvus honos, quorum venerandæ canitiei si qui non assurrexerint, vel placitis contraiverint, nec filiorum in censum illis, nec fratrum nobis venient. Ubi observes mihi, Lector, & observando ingemiscas, seculi in senium vergentis genium, ingeniumque mundi ad interitum properantis. Nulla nunc dierum allubescit Reformatio, nisi

ubi ſubverſis ad ruta uſque ſubſtructionibus, nova conſurgunt omnia. Imò nova adeò nunc ſpiramus ſuſpiramuſq; omnia, nova lumina, Angliam novam, novum orbem, quintam novamq; Monarchiam, novum quintumq; ſi Deo placet (Spiritûs) Evangelium; ac ſi abjuratis Orthodoxorum partibus in caſtra conceſſeramus Novati, Novatoreſque audiremus rectiùs, quàm Reformati. Et tamen quàm minimè pauca ſunt, amabò te, Lector, illa, ad quæ, cùm tractata, ut habet Horatius, poſſent niteſcere, eâ re ſolùm connivemus homines, quòd inoleverint? Quis Davidicos quos vocamus numeros, vernaculo ſermone noſtro rythmis peſſimis, ſenſu pejori redditos; invitâ Minervâ, Muſis averſis, Apolline nullo; à minorum gentium, imò minimè gentium Poetis: Hos inquam, properatos licet veriùs quàm accuratos, quis plebi noſtræ hactenus abrogatum ivit? Quod ſi fervidior paulò quis, juſtóque audentior interdictum vellet, Deus bone! quas turbas daret? ut cœlum

terræ miſceret populus; & luctu lamentíſque perſonarent omnia? Hos cum materno ſimul imbibiſſe ſe lacte, pendentes ab ubere, & ab utero recentes. In his ſe linguæ primùm laxaſſe frænos, & offenſantis loquelæ imbuiſſe conatus. His à teneris uſq; aſſueviſſe, nec poſſe, emeritos licet, ſerò dediſcere, quæ tam manè pueri didiciſſent. Denique, cum his ſe Spiritum & hauſiſſe primum, & reddituros noviſſimum. His inducti, venia dedimus. Et tamen quod in carminibus nihili, & Cyrrhâ procul & Sione natis, indulgemus faciles, & reſcindere vel non volumus, vel non audemus, ne benè ſcilicet poſita moverentur malè; hoc Veteri Interpreti, tam erudito quàm qui maximè, omníq; laude digno denegamus iniqui; eo ipſo non in ipſum tantùm, ſed in omnem omnium ætatum Eccleſiam turpiter ingrati. Audi mihi, ſed in aurem, Lector, ne ſubaudiat populus: Peſſima omnium, noviſſima licet, Reformandi ratio, deſtruere ut aſtruas, quam qui hactenus inſtiterunt viam, permutationem nobis

bis procurarunt, nihil minus quàm Homericam, χάλκεια χρυσείων, pro æreis aurea, ſed Horatianã planè, pro quadratis rotunda: hoc eſt, pro firmis & perennibus, evanida & peritura: cùm enim veterum pænè omnium ea ſit indoles, id ingenium, quòd ſolida, ut plurimùm, ſint, ſuique ſemper ſimilia, cubi inſtar, vel tetragoni: Sphæræ configurentur rectiùs nova pleraque, quæ facili negotio, impulſu leviſſimo, contactu vel ipſo dimovetur, utì quæ in puncto ſtet, nec quo conſiſtat habeat. Everrit domum ſuam vidua Evangelica, non evertit; malè ob id licet & olim audiit, hodiéq; vapulet Vetus, quẽ tamen & qui incuſant ſequũtur, σφάλμα ejus, ut maximè literarium, in vitam ipſam, errore omnium maximo, verſione peſſimâ transferentes. Sed unde æſtus abripuit, eò nos recipiamus; hoc eſt, de diverticulo in viam. Malè ſic acceptum, mulctatúmque Veterem cùm ægrè ferrent alii, nulli hoc indignius viſum facinus, quàm Lanceloto, τῷ πάνυ, noſtro, Elienſi tum, Wintonienſi poſt Epiſcopo, viro, de

quo silere satius esset, quàm pauca dicere; stupendo ævi sui miraculo, oraculoq; Qui in linguis Mithridates, in artibus Aristoteles, ita unus complexus est omnes, ut quas tenerent cæteri singulas singuli, eas obtineret ille unus universas. Hic cùm Vulgato cuperet haud vulgariter, sed quominus manum operi admoliretur ipse, & recrudescenti indies medicinam faceret malo, publicis & Regni & Ecclesiæ distineretur negotiis, qui Regi suo cum ab Eleemosynis, tum ab utriusq; Regni Consiliis, provinciam hanc, spissam sanè illam atq; arduam, Johanni nostro, viro, si quis alius, τὰ τοιαῦτα λειτὰ, demandavit; cujus in Græcis curam, accurationemq; vel Annotationes ejus in D. Chrysost: ingeniosissimè elucubratæ, publiciq; juris factæ, & abundè olim Orbi testatam fecerunt, hodiéq; testimonium, liquidum planè id, luculentumque exhibent. Quam Spartam suam quomodo ornaverit hic noster, tuum sit, Lector, non nostrum judicare. Tantum est quod nunc te volumus; de cætero, utaris, fruaris, & ex voto valeas tuo.

AUTORUM

In hoc opere laudatorum CATALOGUS.

Adriani (Εἰσαγωγή) 281.447
Adricomius 116
Andocides *Orator* 200
Anianus 447
Apollonius *Grammat.* 239.240.265
P. Arbiter 27
Aristinætus 441
Aristoteles 371.426
Arrianus *de Gestis Alexandri* 163
Ascentii *Epitome Elegant. Laur. Vallæ* 324
Athanasius 37
Athenæus 148 167.201.298.375.422.426.427.491.507.
Augustinus 50.69.87.94.202.203.209.278.279,296,297.310.319.335.340.348.442.470.
Ausonius 12.21.24.120.

B

Balsamon 99
Basileus Seleuciæ *Episc.* 315

Basileus *magnus*. 12.48. 56.216.228.274.394
507
Buchananus 133
Budæus 167.232.257.264.452.455.473 480
Buxtorphius 49

C

Jul: Cæsar *Comment:* 54. 67
Calvinus 297
Joac: Camerarius 52.115.162.395.410
Ang. Caninius 28.160
Canones *Apostolorum* 287
Is: Casaubonus 15.26.29.46.52.58.62.84.100
128.141.146.148.172.199.201.227.309.
329.342.346.350 353.365.383.425.427.
429.443.447.495. 514.525.
Cassiodori *Variar:* 163
Chrysostomus 16.23.32.35.38.40.48.51.55
57.59.83.95. 100. 171.211.235.242.282.
292.295.296.297.303.317.335.375.390.
410.415.424. 429.446.447.456.464.469.
482.488.489.502.504.507.
Cicero 97.68.78.79.90.214.267.275.290.
361.362.376.401.485.497. 502.
Claudianus 278
Marc: Crusius 160
Cujacius 172
Curopalates 511
Cyprianus 214

D

Demosthenes 239.429.468

AUTORUM.

Donatus 305. 503
Druſius 10. 30. 54. 61. 261. 313. 321. 329. 367. 393. 437
Andr: Dunæus 15. 245

E

Epictetus 77. 222
Eraſmus 220. 227. 267. 444
Euſebius. 103. 128.
Euſtathius 18. 30. 62. 97. 99. 259. 395
Euthimius 110
Etymolog: *Magn:* 59. 239

F

Nic: Fullerus 97. 159. 171. 237
Fornerius 151. 210

G

Theod: Gaza 90. 230 376
Galenus 508. 509
A: Gellius 7. 94. 120
Jo: Geometra 25
Gloſſarium Vetus 17. 35. 59. 69. 70. 74. 82. 83. 91. 120. 151. 217. 321. 327. 342. 344. 396. 397
Grotius 20. 29.

H

Hieronimus 12. 32. 142
Heinſius 279
Herodianus 75

Heſiodus

Hesiodus 231.505
Hesychius 59.115.122.145.160.267.271
400.498.410.415.430.484
Himerius *Orat.* 329.504
Homerus 54.132.309.
Horatius 290.342.361

I

Ignatius 216
Josephus 96.166
Isidorus Peluſiota 215
Isocrates 90
Juſtinus 132
Juvencus 332

K

Pet. Kirſtenius 338

L

Lactantius 36.87.236.231
Laertius 25.92.490
Leiturgia Jacobi 48.512.
Leo *Magnus* 62.340
Lexicon *Græco-Latinum vetus.* 17.27.35.54
69.82.90.91.94.111.113.151.160.168
179.217.220.271.321.327.342.344.397
Juſt. Lipſius 146
Linacer 324
Lucanus 396
Lucianus 56.208.209.271.269.501
Lucilius 46

Lucretius
Lutherus 311.
210. 331. 401

M

Macarius
Maldonatus 393
Manilius 110
Martialis 161
Masius *in Ios.* 236. 371
Maximus Tyrius 83. 86
Melanchthon 415
Mercerus 6. 48. 195 239. 278. 431
Meursius 228
Mollerus 472. 473
Moscopulus 202
Muretus 278
345

N

Nannii *Miscellanea*
Nansius *in Johan.*
Nazianzenus 309. 310. 315. 331
Nemesius 216
Nicephorus Callistus 307
Nilus *de Primatu* 206
Nonius 48
Nonnus *Scholiastes Nazianzeni* 236
Nonnus Paraphrastes 2
230. 279. 330. 332. 333
Greg. Nyssenus 334. 343. 344
473

Oecumenius

O

Oecumenius 348. 359. 369. 394. 426. 439
Onuphrius 133
Origenes 296
Ovidius. 105. 273

P

Perſius 62. 240. 342. 393
Petrus Alexandrinus 383
Phædrus 237
Philemon 504
Philo-Judæus 103. 274
Phocylides 36. 38
Photius 469
Plato 63. 211. 395
Planudes 491. 503
Plautus 28. 105. 291
Plinius *Major* 219. 309
Plinius *Junior* 23. 24. 89. 275
Plutarchus 22
J. Pollux. *Onom:* 224
Polybius 107. 108. 397. 502
Priſcianus 8
Prudentius 24. 101. 132. 278

Q

Quintilianus 54

R

Conr: Ritterhuſhius 237

S

Joſ: Scaliger 16. 24. 28. 42. 43. 70. 118. 120. 126. 127. 164. 165. 334. 367. 466. 511
Scholiaſtes *Græcus in N. T.* 349. 380
Scholiaſtes Theocriti 211
Seneca 215. 225. 431. 510. 514.
Sedulius 93
Laur. Sifanus *paſſim*
H: Stephanus 4. 111. 113. 208. 231. 412. 428. 504
Socrates 415. 509
Sozomenus 353
Stobæus 240
Strabo 448
Suetonius 52. 62. 80. 132. 242. 433. 434. 504. 511.
Suidas 41. 59. 108. 131. 145. 166. 223. 271. 332. 344. 376. 379. 404. 427. 447
Sulp: Severus 214
Sylburgius 334
Syrus Interpres 164. 170. 417. 435. 483

T

Terentius 52. 53. 67. 93. 312
Tertullianus 134
Theocritus 231
Theodoretus 39. 103. 137. 415. 508.
Theognis 100. 505
Theophraſti *Charact:* 208. 505.
Theophylactus 39. 57. 71. 72. 73. 75. 82. 86. 98. 107. 108. 109. 119. 130. 141. 146. 155. 157. 170. 224. 234. 247. 251. 273. 279. 290. 318. 331. 345. 348. 353. 355. 362. 367. 409. 425. 426. 430. 469. 470. 476. 439. 508. 514.

Thu-

Thucydides 208
Tremellius 202
Triclinius *Scholiast: Sophoclis* 114
Turnebus 78
Tzetzes 505

V

Vadianus 142
Valla 116
Varro 236
Virgilius 52
G. Voſſius 7.9.11.37.308

W

Wouerius 27

X

Xenophon 41

Z

Hieron: Zanchius 437

Veteris

Veteris Novi Testamenti Interpretis cum Recentioribus collatio, in quâ annon sæpius absque justâ satis causâ hi ab illo discesserint, disquiritur.

MATTH. CAP. I.

MATTH. I. v. 16. Ἐγεννήθη Ἰησοῦς] Vetus interpres, *natus est Jesus*: Beza, *genitus est Jesus ille*. Sed quare, *ille*, cum in Græco contextu non sit, ὁ Ἰησοῦς, sed Ἰησοῦς, sine articulo? Quòd si Græcè legeretur, ὁ Ἰησοῦς, ne sic quidem opus esset dicere, *Jesus ille*, nihilo certè magis quàm v. 6. *ille rex*, pro ὁ Βασιλεὺς. Ὁ λεγόμενος] quod proximè sequitur, nihil aliud est, quam, ὅστις λέγεται.

V. 17. αἱ γενεαὶ] Vet. *generationes*: Beza, *progenies*. Cùm, αἱ γενεαὶ, hîc sint, תולדות, idque Beza ipso fatente: et doctissimi quique veteris Testamenti Interpretes, pro תולדות *generationes* ubique ferè dicere soleant: non video cur hîc *generationis* vocabulum repudiari, aut cuiquam displicere debeat.

V. 18. οὕτως ἦν] Vet. *sic erat* : Beza : *ita fuit:* non necessaria, ut mea fert opinio, correctione. Nam si, ἦν, ἀορίστως capitur Græcè, cur non *erat* etiam Latine? Ibid. τὸ *desponsata*, veteris interpretis, sine causa, in *desponsa* vertitur, cùm eadem sit utriusque vocabuli significatio, nec minus probum sit illud, quàm hoc.

V. 19 Παραδειγματίσαι] Vet. *traducere*. Rectè, si unâ voce Græcum verbum exprimi velis: nam qui à vetere hîc interprete discedunt, coguntur pro unâ Græcâ dictione, duas minimum Latinas ponere, quod certè non displicet. Nonnus ille qui annotationes scripsit in Nazianzeni λόγους στηλιτευτικοὺς, pag. 157. annot. 36. καὶ οὐκ ἔλυσεν αὐτοὺς ὁ Ἥφαιστος, ἀλλ' εἴασεν αὐτοὺς εἰς παραδειγματισμὸν αὐτῶν, &c. Loquitur de Marte et Venere captis a Vulcano et artificiosè retentis, quò in ipso actu adulterii Diis Deabusque omnibus spectaculo essent. Ibid. λάθρα] vet. *occultè*, alii *clàm* : parvo admodum discrimine.

V. 21. Ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν] Vet. *à peccatis eorum* : Alii *à peccatis ipsius*, numero sine causa mutato. Nam si figurata syntaxis Græcè locum habet, quidni etiam Latinè? vide 1. Tim. 2. v. 15. et Luc. 2. v. 13.

V. 22. Τὸ ῥηθὲν] Vet. *quod dictum est* : alii, *quod ait*. Mutationis causam requiro.*

V. 23. Ἡ παρθένος] Vet. *Virgo* sic et interpretes Esaiæ, alii, *Virgo illa*, et, *Virgo quædam*, non necessariis, ut mihi videtur, additionibus.

V. 25. Οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν] Judith, cap. [illegible] v. 22. καὶ οὐκ ἔγνω ἀνὴρ αὐτὴν πᾶσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῆς. 1. Sam. 1. 19. καὶ ἔγνω τὴν Ἄνναν

* Infra cap. 2 v. 22. τὸ ῥηθὲν διὰ τῶν προφητῶν· *quod dictũ est per prophetas.*

Ἄνναν γυναῖκα αὐτοῦ &c. Ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον] Vet. *donec peperit filium suum primogenitum*. Rectè ut opinor.

Cap. II.

VErs: 1. Satis est cum Vetere interprete dicere: *in Bethleem Judaea*. Quod si explicationis ergo addenda sunt aliqua, in annotationibus quàm in contextu rectius collocentur. Idem dicatur de multis aliis locis.

Cap. III.

VErs: 3. Vet. *rectas facite semitas ejus*. Nihil muto, nisi pro, *rectas* malis *planas*. v. 4. Vet. *zonam pelliceam, et mel sylvestre*. Ne hæc quidem solicitanda puto.

V. 9. Καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς] Sic mihi placent aliorum interpretationes, ut malim tamen: *ne pulchrum ducite: ne gloriosum ducite*: μὴ ἔνδοξον ἡγήσασθε.

V. 10. Vet. *in ignem mittitur*; cur displiceat non video.

V. 11. Vet. *calceamenta*. Non malè.

V. 14. διεκώλυεν] Vet. *prohibebat*: quod satis est. Nam qui dicunt, *obnixe prohibebat*, plus aliquantò quàm satis sit dicere videntur. Nam ut διαλοιδορεῖν nihil aliud est quàm λοιδορεῖν, et διακάμπτειν quàm κάμπτειν, sic διακωλύειν nihil esse aliud videtur quàm κωλύειν, saltem hoc loco. Theophyl. igitur nequaquam hîc dubi-

tavit verbo simplici uti; κωλύει, dicens, αὐτὸν Ιωάννης. Sic nimis arguti sunt, qui vim præpositionis παρὰ in παραλαβεῖν, supra cap. I. v. 20 animaduerti jubent, idque teste H. Stephano, Appendicis ad aliorum scripta de Dialecto Attica pag: 119. Sic ergo H. Stephanus. Μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. Hîc, inquit, *dici non potest quàm varia in verbo παραλαβεῖν, sub præpositione παρὰ, latere credita sunt; at hic Luciani locus in Toxari Mathæum et propriè et simul simpliciter loquutum esse ostendit.* μάλιστα δ' αὐτὸν ἠνία θυγάτηρ αὐτῷ, ἐπίγαμος ἤδη καὶ ὀκτωκαιδεκέτις οὖσα, ἣν οὐδὲ μετὰ πάσης τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς (ἥν γε πρὸ τῆς καταδίκης ἐκέκτητο,) ἠξίωσεν ἄν τις τῶν γε ἀδόξων, καὶ πενήτων ῥαδίως παραλαβεῖν, οὕτω κακοδαίμονα εἶναι τὴν ὄψιν. Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ] *Ego à te debeo bap.* Si minus hoc placet, at placeat Erasmi versio: *Mihi opus est.*

V. 17. Vet. *Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui*] Adeo trita sunt hæc verba, et a patribus etiam ipsis frequentata, ut loco suo movenda non videantur. Quod si aliter interpretari libeat, rectius id fiat in margine, hoc modo: *in quo mihi complacui*, i. in quo acquiesco. Sic et antiquitati suus constabit honos, nec lector utili admonitione fraudabitur. De particulâ, *ille*, monui suprà.

Cap. IV.

VErs. 6 Sic Latinè reddendum censeo, partim è vetere Interprete, partim ex aliis: *Et dicit ei, Si filius Dei es, mitte teipsum deorsum. Scriptum est enim; Quia angelis suis mandabit de te,*

et

et in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Cur non dicatur, *mitte*, pro βάλε, causam nullam idoneam video, et τὸ *in manibus*, prorsus respondet, τῶν ἐπὶ χειρῶν. In reliquis leve aut nullum est discrimen. Si nusquam discederetur à Vetere Interprete, nisi ubi necesse est (nusquam autem necesse est, nisi ubi sensu incolumi verba ejus retineri non possunt) non tanta esset inter illum et alios dissonantia, sed revocarentur multa quæ posteriores interpretes rejecerunt. Non male itaque collocaret quis operam, si veterem Interpretem daret iis duntaxat locis interpolatum, ubi a Græcis sic recedit, ut necessariò sit deserendus. Hoc ego jam conor atque meditor, et si operæ pretium sit quod facio, Deum oro, ut proficiam, quod institui; sin minùs, ut det mihi mentem, studia et conatus meos ad alia, quæ potiora sint et magis ex usu, transferendi.

V. 8. Duæ voces, *iterùm*, et *excelsum* retinendæ videntur, quid enim interest dicas nè *iterùm* an *rursum*, *excelsum* an *sublimem*?

V. 9. Πεσών] Vetus, *cadens*: alii, *procidens*. Neutrum malè. Igitur *cadens* sit in contextu, *procidens* in margine, quia fortasse erunt quibus magis hoc placeat.

V. 10. Ὕπαγε Σατανᾶ] vetus, *Vade Satana*: alii, *Abi Satana*, varietatem captantes sine causâ. Si magis placet, *abi*, ponatur, ut dixi, in margine. Nam quod ad has minutias attinet, perparùm refert, siccine an aliter dicas.

V. 11. Ἀφῆκεν] vetus, *reliquit*, pro quo malim, *relinquit*, nec dissimile veri est, exscrip-

soris vitio, pro *relinquit*, *reliquit*, in libros irrepsisse.

V. 12. *Quod Johannes traditus esset*] non displicet. Quæ adduntur explicationis causâ, à posterioribus interpretibus, rectius conferantur in marginem, nisi mavis inter scholia reponere. Ἀνεχώρησεν] *secessit*, vel, *rediit*.

V. 16. Ὁ καθήμενος] *sedens, qui sedet*: Vet. *qui ambulabat*: alii, *positus*. Ego præfero versionem, quæ proximè accedit ad Græca. Quocirca hoc ipso versu, pro, τοῖς καθημένοις, malim cum Vet. interp. dicere, *sedentibus*, quàm cum aliis, *positis*. Hebraismum etiam Veteris interpretis retinendum puto: *lux orta est eis*; quia Græcè est, φῶς ἀνέτειλεν αὐτοῖς.

V. 17. Receptissimam in Ecclesia loquendi formulam *pœnitentiam agite*, nolim penitus excludi; sed si minus in contextu, at in margine saltem locari. Sed, me autore, ne è contextu quidem excludetur. Melanchthon: [Postil. parte 1. pag. 457.] *Sed nos loquamur cum Ecclesiâ: Me pudeat nos materni sermonis. Ecclesia est mater nostra. Sic autem loquitur Ecclesia*, &c.

V. 18. Παρὰ τὴν θάλασσαν] vetus, *juxta mare*: alii, *ad mare*. At quid est, *ad*, nisi *juxta*? Ibid. absque satis justâ causâ, τὸ, *mittentes*, mutatur in τὸ, *jacientes*.

V. 19. Δεῦτε ὀπίσω μου] Vetus, *venite post me*: satis expressè et fidelitèr.

V. 20. Εὐθέως, Vetus, *continuò*, & proximo versu, *statim*, nec tamen inconstantiæ insimulandus est; *continuò* enim est *statim*, et, *statim continuò*, et utrumq; εὐθέως. Ἀφέντες τὰ δίκτυα] *relictis*

relictis retibus. Non reprehendo.

V. 21. *Jacobum Zebedæi*] in contextu et in margine, i. *filium Zebedæi.* Καταρτίζοντας] vet. *reficientes*: alii, *farcientes.* Neutrum improbandum.

V. 22. Ἀφέντες τὸ πλοῖον] i. *relicto navigio*, vel, *dimisso navigio.*

V. 23. Περιῆγεν, Rectè Vetus: *circumibat.* Est enim περιῆγεν, præt. imperfecti temporis.

V. 24. Συνεχομένους] i. *qui variis morbis et cruciatibus tenerentur.*

Cap. V.

VErs. 1. Non malè fortasse sic reddatur latinè: *visâ autem turbâ ascendit in montem, et ut consedit ipse, accesserunt ad eum discipuli ejus.* vel, *et quum consedisset ipse, accesserunt, &c.*

V. 4. Παρακληθήσονται] Vetus, *consolabuntur*: Rectè. Hoc ergo in contextu, et in margine vel scholiis; *consolationem accipient.* Consolor enim est verbum *commune*, sicut docet Gellius noct. Atticarum lib. 15. cap. 13. Igitur nolim hunc locum quasi è manibus Grammaticorum extorqueri. Scripturæ interpres (qui immeritò nimis sæpe vapulat) reprehendi non debeat, quòd Matthæi cap. 2. v. 18. παρακληθῆναι vertat *consolari*, pro, *consolationem accipere.* Aliquot pòst annis quàm hæc scripsissem, incidi in scripta quædam Ger. Vossii, ubi vulgatus interpres sic defenderetur. *Priscianus citat*

hoc Asinii Pollionis. *Sed cum ob ea quæ sperave-ram, dolebam, consolabar ob ea quæ timui.* Ut vulgatus.

V. 5. Κληρονομήσουσι τὴν γῆν] Vetus, *possidebunt terram:* alii, *obtinebunt*, alii verò *hæreditatis jure possidebunt.* Sed quid opus tam multis? Lexicographis et Ludimagistris studio sit, vocabulorum originationes expendere, curioséque tradere; at bonis et eruditis interpretibus non convenit forsasse tam anxia diligentia. Ut οἰκοδομεῖν ναὸν, est *ædificare navem*, et διορύσσειν ὕδωρ, *fundere aquam*, sic κληρονομεῖν γῆν, *possidere terram*, nec aliter sonat apud 70. interpretes multis in locis. Luc. 10.25. et 18. 18. Διδάσκαλε τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω, *Quid faciendo vitam æternam possidebo?* Sic non Vetus modò, sed è recentioribus doctissimi quique Matth. 25. v. 34. κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, i. *possidete regnum paratum vobis. &c.*

V. 11. *Beati estis*, pro Μακάριοί ἐστε, *cur non admittatur?*

V. 12. *Merces vestra copiosa est in cœlis*] Græcè μισθὸς πολὺς, i. ἄφθονος καὶ πλούσιος. Interpretatio elegans, non modò indigna quæ rejiciatur. De minutiis illis, sive minutis discrepantiis, veluti ubi *ita enim*, pro *sic enim* ponitur, et *verò* pro *autem*, et *quæ* pro *et*, et *igitur* pro *ergò*, et sexentis id genus aliis, non opus est, ut lector amplius admoneatur.

V. 15. Ἐπὶ λυχνίαν] *super candelàbrum*: λάμπει] *lucet*, Probæ interpretationes.

V. 17.

V. 17. Μὴ νομίσητε] Vetus, *Nolite putare*: Beza, *Ne existimate*. Non habeo quod in alterutro reprehendam. Post, *nolite putare*, subjungo, *quòd veni*, & sic in aliis consimilibus locis, *quoniam*, et *quia* in *quòd*, mutandum censeo. Aliôqui nihil est quod in toto versu displiceat. οὐκ ἦλθον καταλῦσαι] *Non veni solvere*. Veterem hîc interpretem defendit eruditissimus Vossius his verbis. *A præpositione regitur infinitivus, cum jungitur verbis motum ad locum significantibus. Cujus rei exempla sunt aliquot apud veterem Scripturæ interpretem. In iis hoc.* Non veni solvere legem, sed adimplere, *pro*, ad solvere, h. e. *ad solutionem, adimplere*. Tum addit Voss: *Scio nonnullos, more suo, propterea sugillare interpretem. Verum cogitare debuerunt crebrò sic loqui optimos scriptores*. Voss. de Constructi: pag. 188.

V. 18. ἕως μὴ παρέλθῃ] Vetus, *non præteribit*: Beza, *nequaquam præterierit*, acsi plus esset, ἕως μὴ παρέλθῃ quàm ἕως παρελεύσεται. Hoc ut alicubi obtineat, certè ubique non valet, sicut promptum est ostendere ex collatione Evangelistarum inter se. Nam interdum in unâ eâdemque narratione, quæ ab uno Evangelistâ cum duplici efferuntur negatione, ab alio negantur simpliciter. Matthæus itaque, cap. 24. v. 2. habet, οὐ μὴ ἀφεθῇ, pro quo Lucas, cap. 21. v. 6. οὐκ ἀφεθήσεται. Rursus apud Marcum cap. 13. v. 2. legimus, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ, cum Lucas loco citato habeat, ὃς οὐ καταλυθήσεται. Infra cap. 26. v. 29. οὐ μὴ πίω, etiam a recentioribus interpretibus redditur, *non bibam*, et Luc. 1. v. 15 οὐ μὴ πίῃ, *non bibet*.

V. 21.

V. 21. Τοῖς ἀρχαίοις] *antiquis.* i. ab antiquis, sive veteribus. Τῶν ἀρχαίων *nomine*, ut inquit vir doctissimus, *non semper intelliguntur antiqui a multis retro seculis, sed ii crebro nominantur qui praecesserunt nos.* הראשונים *priores.*

V. 23. Ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου] Vetus: *Si ergo offers munus tuum.* Recte, ut puto, nisi quis malit: *Si ergo obtuleris. Si offers*, i. si offerre vis, et conaris: si offerre paras et instituis. De conatu enim et proposito agendi, non autem de actu ipso intelligendum hoc verbum videtur. Sic Matth. 26. v. 25. ὁ παραδιδοὺς αὐτον, *qui prodebat eum*, sc. proposito et conatu: nondum enim facto sive actu prodidisse eum ex historiâ liquet. Huc pertinet annotatio quædam non spernenda doctiss. viri Joh. Drusii in Sulpitii Severi lib. v. Sulpitius dicit de Ozia rege Judæ: *Famq; Ægyptum terrore nominis sui concusserat, elatusq; secundis rebus, illicita praesumens, incensum Deo obtulit, quod solis facere sacerdotibus fas erat.* Ad quem locum Drusius: *Obtulit*, inquit, i. *offerre voluit. Nam quo minus offerret, impeditus fuit a sacerdotibus. Sic alibi pugnavit, exponitur, pugnare cogitavit. Nam verba quandoq; conatum dant aut designant.* Hæc Drusius. Porro, si προσφέρεις, versu proxime sequente, sit *offer*, cur hoc versu non erit, τὸ προσφέρεις, *offers*, vel *obtuleris?* Deves inter interpretes dissonantias, satis erit vel nominasse, quales sunt, *memineris*, pro, *recordatus fuerit*, et, *Contra*, pro *adversum*, hoc versu et sequente, *omitte* pro *relinque*, et *illic* pro *ibi*, et *eum* pro *ante*, et *abi* pro *vade*, &c.

V. 25.

V. 25. ἴσθι εὐνοῶν] Vetus, *Esto consentiens*: Beza, *Esto amicus*. Nescio utram interpretationem præferendam putem. Ibid. μήποτε, Vetus, *ne forte*: alii, *nequando*. Μήποτε respondet Hebræorum פֶּן : פֶּן autem a doctissimis viris, ubique redditur, *ne forte*. Et quid est *ne forte*, nisi *ne quando*? Igitur qui è Latinis Græca faciunt, si quando incidunt in, *ne forte*, per μήποτε solent exprimere. Exempla sunt obvia. Jam quod objicitur de fortunâ, quæso te, lector, num licet, Luc. 10.31. κατὰ συγκυρίαν, *forte*, vel *casu*, salva religione, vertere, et non licebit hîc sine Paganismi suspicione, μήποτε pro *ne forte* exponere? vide 1 Cor. 16. 6. συγχεῖν. Vide Piscatoris Scholia in Marc. 14. v. 2. ubi *ne forte*, strenue defenditur. Negat enim Græcorum κατὰ, eo modo quo hic ponitur usurpatum, aliter quam per *forte*, Latine exprimi posse.

V. 26. *Novissimum quadrantem*] Græce, ἔσχατον. Quis habet hîc quod merito improbet?

V. 28. Πᾶς ὁ μοιχεύων ἐν τῇ] Vetus, *mœchatus est enim*: Non recte. Vossius initio cap. 21. de constructione: Stuprare aliquam *dixero*, *ni* & adulterare aliquam, *quomodo loquitur Suetonius*: *at non temere dicam* mœchari aliquam, *etsi sic loquatur Vetus interpres*, Mat. c. 5. v. 28.

V. 29. Σκανδαλίζει σε] Vetus, *scandalizat te*, verbo, hoc sensu, notissimo Christianis. Igitur loco suo moveri nolim, etsi minus fortasse satisfecerit auribus delicatioribus. Quæ hujus loco ab aliis ponuntur interpretibus, sedem sibi quærant in margine.

V. 31. Ἀπολύσῃ] i. βιβλίον ἀποστασίου, סֵפֶר

ספר Deut: 24. v: 1. Vet: *libellum repudii*, quod retinendum puto, sed ita, ut in margine ascribatur: vel, *libellum discessionis*.

V: 33. Τοὺς ὅρκους σου] Vetus, *juramenta tua*: Non male.

V: 37. Ναὶ, ναὶ, οὒ, οὒ] Vetus, *est*, *est*, &c. Hanc interpretationem planissime confirmat Ausonius, edyllio 17. ubi pro, eo quod Græci dicunt, ναὶ καὶ οὒ, Ausonius habet *est & non*, pari utique syllabarum numero; quod non esset si ναὶ pro *etiam* exponeretur. Porrò non erit abs re, si Basilii verba initio lib. de Sp: sancto, cum initio Ausoniani edyllii comparentur. Ausonius sic: *Est & non, cuncti monosyllaba nota frequentant. His demptis nihil est hominum quod sermo volutet*, &c. Quid Basilius? τὸ ναὶ, inquit, καὶ τὸ οὒ, συλλαβαὶ δύο, ἀλλ' ὅμως τὸ κράτιστον τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀλήθεια, καὶ ὁ ἔσχατος ὅρος τῆς πονηρίας τὸ ψεῦδος, τοῖς μικροῖς τούτοις ῥήμασι πολλάκις ἐμπεριέχεται.

V: 40. Σοὶ κριθῆναι] *tecum judicio contendere*; Vetus, nec malè: Illud autem longè optimè, quod τὸν χιτῶνα, *tunicam* dixerit et τὸ ἱμάτιον *pallium*. Vide Casaub: contra Baronium pag: 495. Hieron. ad Paulinum [Tomi ultimi Epistolarum pag: 10.] *Si habes in potestate rem tuam, Vende: si non habes, projice. Tollenti tunicam & pallium relinquendum est.* Plutarcarchus *præceptis nuptialibus*: Ὁ ἥλιος, inquit τὸν Βορέαν ἐνίκησεν· ὁ γὰρ ἄνθρωπος τοῦ ἀνέμου βιαζομένου τὸ ἱμάτιον ἀφελέσθαι, καὶ λαμπρὸν καταπνέοντος, μᾶλλον ἔσφιγγε, καὶ συνεῖχε τὴν περιβολήν. τοῦ δὲ ἡλίου μετὰ τὸ πνεῦμα θερμοῦ γενομένου, θαλπόμενος, εἶτα καυματιζόμενος, καὶ τὸν χιτῶνα τῷ ἱματίῳ προσαπεδύσατο,

ἀπεδύσατο, i. etiam tunicam cum pallio exuit. Vide Theophylactum. Vide etiam Act: 14. v: 14.

V: 44. Ἐπηρεαζόντων] Vetus, *Calumniantibus*, non contemnendâ profectò interpretatione. Nam ἐπηρέαζω est *calumnior*, et ἐπήρεια *calumnia*. Vetus Glossarium, *calumnia*, ἐπήρεια, et Lexicon Græco-latinum vetus, ἐπηρεάζω, *calumnior*, *tento*: ἐπήρεια, *tentatio*, *calumnia*. Observa, ἐπηρεάζω, *tento*: nam et Theophylactus illam τοῦ ἐπηρεάζειν significationem agnoscere videtur, ubi hunc locum explicans, ait, πᾶς γὰρ ὁ διώκων καὶ πειράζων ἐλαφρύνει ἡμῖν τὴν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημάτων τιμωρίαν. πειράζων, i. ut suspicor, omnes calumniandi et τοῦ συκοφαντεῖν καὶ καταλοιδεῖν occasiones malitiose captare tentans, si quo possit modo famam alterius denigrare. 1 Pet: 3. 16. οἱ ἐπηρεάζοντες ὑμῶν τὴν ἀγαθὴν ἀναστροφήν, i. *qui calumniantur*; nec multò ibi aliter Beza. Græca Scholia, οἱ ἐπηρεάζοντες, ἀντὶ τοῦ οἱ λογοπραγοῦντες, οἱ πικρὼς ἐξετάζοντες, quod plane sycophantarum et obtrectatorum est. Herodianus l: 7. ἄνεσίς τε γὰρ πᾶσα, μᾶλλον δὲ καὶ πρόκλησις δέδοτο συκοφάνταις ἐς τὸ ἐπηρεάζειν καὶ κινεῖν πράγματα προγονικὰ, εἰ τύχοι, καὶ ἀγνωστὰ, καὶ ἀνεξέλεγτα. Igitur ego hîc non discedendum arbitror à Vetere Interprete, tametsi quæ in diversam afferuntur partem lectu dignissima existimem.

V. 45. pro *qui*, apud veterem interpretem legendum fortasse, *quia*: Græce enim est ὅτι, sed si, *qui*, legas, eadem erit sententia, nec abhorret à vero, veterem interpretem exemplari usum esse, in quo pro ὅτι, ὅς, vel ὅστις, legeretur. Vide infrà cap: 6. v: 5. V: 46.

V: 46. Ἔχετε] i. ἕξετε. Sic *habetis*. i. *habebitis*.
V: 47. Vet: Καὶ ἐὰν ἀσπάσησθε] *Et si salutaveritis*: Beza et alii, *Et si complexi fueritis*: genere mutato in speciem. Nam putant hîc intelligi, non tralatitias quasvis salutationes, quibus leviter notos, aut etiam ignotos dignari solemus, sed complexus illos familiares et amicos, quibus non nisi arctiore nobiscum societate junctos excipimus. Fateor rectè hæc dici et probabiliter: sed tamen ea est apud me veteris interpretis veneratio, ut velim, *salutaveritis*, poni in contextu, *complexi fueritis*, in margine. Neque hoc est, glandibus vesci velle post repertas fruges, sed antiquitatis canitiei τὴν πρωτοκαθεδρίαν concedere.

Ibid. τὶ περισσὸν ποιεῖτε;] i. *Quid eximium facitis? quid excellens? quid singulare?* Pro, τοῦτο ποιοῦσιν, in fine versus, vetus interpres legisse videtur, τοῦτο ποιοῦσιν, et sic in fine præcedentis versus, legisse similiter videtur, τοῦτο, pro, τὸ αὐτὸ. Utrobique enim habet, *hoc faciunt*.

Cap. VI.

VErs: 2. Μὴ σαλπίσῃς] i: μὴ σαλπίσῃ, *ne tubâ canendum cura*: activum pro medio. Καὶ ἐν ταῖς ῥύμαις] *& in vicis*: Sic Act: 9. 11. πορεύθητι ἐπὶ τὴν ῥύμην τὴν καλουμένην Εὐθεῖαν, *in vicum* &c. Ibid: ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν] i. *habent mercedem suam*: hoc est, nihil amplius habebunt. Ἀπέχω, hîc est *habeo*, ut Philipp: 4. v: 18. ἀπέχω δὲ πάντα, *habeo autem omnia*:

omnia: quæ verſio eſt veteris interpretis (et eſt proba certè verſio,) etiamſi hîc præſens in præteritum mutaverit. Vide, A. Donæi notas ad Chryſoſt: col: 475. et 476. Geneſ: 43. v: 23. Τὸ ἀργύριον ὑμῶν εὐδοκιμῶν ἀπέχω: ubi Vetus etiam interpres: *pecuniam quam dediſtis mihi probatum ego habeo. Habent ergo mercedem ſuam*, i: fruſtra aliam mercedem expectent, et ut vernaculo ſermone dicimus, they have all they are like to have. Cæterum ſciat lector, ſi quis, *receperunt*, retinere malit, me non repugnaturum, præſertim cum noverim Suidam ſic ſcribere: ἀπέχω, i: ἀπέλαβον, et apud Theophylactum legi, Ἐπαινοῦμέν γε τὸ τῶν ἀπέλαβον παρὰ τῶν ἀνθρώπων.

V: 3. Rectè Vetus, *te autem faciente elemoſynam*, niſi quòd Latinitas fortaſſe requirat, *dante*, pro, *faciente*.

V: 5. Φιλοῦσιν] Vetus, *qui amant*, ut ſupra v: 45. præced. capitis, *qui ſolem ſuum oriri facit*, pro, ὃς τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει. Collatio horum duorum locorum facit ut exiſtimem veterem interpretem ſic de induſtria locutum, ac ſi elegantius nimirum eſſet, ὃν per relativum, quam per conjunctionem exponere. Vide infra hujus cap: v: 26.

V: 6. Εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου] Vetus, *intra in cubiculum tuum*, rectè; ταμιεῖον, i: κοιτῶνα, Suidas. At κοιτὼν quid eſt niſi *cubiculum*?

V: 7. Μὴ βαττολογήσητε] Vetus, *nolite multum loqui*, quam interpretationem non eſſe prorſus repudiandam pluribus docet eruditiſſ: Caſaubonus, exercitationibus Baronianis ſuis,

pag:

pag: 325, et 326. Sed cum βαττολογῶν, plus sit aliquanto, quàm πολυλογῶν, ut loco citato doctiſ: vir demonſtrat, conſentaneum certe fuerit, ne Latine quàm Græcè minùs dicatur, Græcum vocabulum etiam in Latina verſione retinere, hoc modo, μὴ βαττολογήσητε, i: *ne utimini battologiâ*: Hujus interpretationis author eſt Caſaubonus loco prædicto. Ἐν πολυλογίᾳ] *in multiloquio*, vel *propter multiloquium*.

V: 11. Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον] i. τὴν τῆς ἡμέρας τροφήν. Chryſoſt: Homil: 54. in Geneſin, pag: 426. διὰ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς τῆς εὐχῆς ῥήμασιν ὅρους ἡμῖν καὶ κανόνας τιθεὶς, μέχρι τίνος δεῖ τὴν περὶ τὰ βιωτικὰ αἴτησιν ποιεῖσθαι, τὰ ῥήματα ἐκεῖνα λέγειν ἡμᾶς ἐκέλευσε, τὰ πάσης φιλοσοφίας γέμοντα, τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον, ἀντὶ τοῦ, τὴν τῆς ἡμέρας τροφήν. Joſ: Scaliger Epiſtolâ 444. pag: 810. Ἐπιούσιος ἄρτος *elegantiſſime formatum*, ἀπὸ τοῦ ἐπίοντος ἡμέρας, *non ut major pars Veterum & recentiorum*, ἀπὸ τῆς οὐσίας, *quod eſt ineptiſſimum. Tunc enim dicendum fuiſſet*, ἐπούσιον, *non* ἐπιούσιον. Igitur ἄρτος ἐπιούσιος *eſt quod Hebraiſmus multis verbis locutus eſt*: לחם חקנו דבר יום ביומו ἄρτον τῆς μίσης ἡμετέρας τοῦ καθ' ἡμέραν. *Omninò bene* quotidianum *Vetus interpres vertit*. Vide Caninii locos pag: 53. &c. tit: *De pane quotidiano*.

V: 14. Τὰ παραπτώματα] i. *peccata, lapſus, delicta*.

V: 16. Μὴ γίνεσθε ὡσπερ οἱ ὑποκριταὶ σκυθρωποι] i. *ne eſtote triſtes*, ſive *tetrici ut hypocritæ*. Ordo enim eſt, Μὴ γίνεσθε σκυθρωποι ὥσπερ οἱ ὑποκριταί.

ἀφανίζουσι. Ibid. ἀφανίζουσι] Vetus, *exterminant*: alii, *obscurant*, *deformant*, *corrumpunt*. Ex his tribus, τὸ *corrumpunt*, maximè placet, quia Chrysostomi authoritate confirmatur. Sic enim Chrysostomus: ἀφανίζουσι τὰ πρόσωπα ἑαυτῶν, τύπτοντες, παραφθείροντες, ἀπολλύουσιν. Hoc ipsum autem significat τὸ *exterminant*, apud veterem saltem interpretem. Quocircà, causa non fuit cur interpretatio ejus tanquam parum apposita rejiceretur. Parùm fortasse eleganter verbum ἀφανίζουσι sic reddidit, sed appositè, ut qui maximè. Si enim illi concedi æquum est, ut suo more, et suo quasi idiomate loquatur, id plane expressit hoc verbo, quod alii verbo *corrumpunt*. Igitur Vetus interpres librorum Apocryphorum (qui an idem sit cum hoc nostro, non satis scio,) multis in locis, ἀντὶ τοῦ ἀφανισμοῦ, *exterminium* habet, et ἀντὶ τοῦ ἀφανίζω *extermino*. 2. Maccab: 5. 13. Græce est, γυναικῶν καὶ τέκνων ἀφανισμός; Latinè, mulierum et natorum exterminia, 3. Esd: 6. 33. ὁ κύριος ἀφανίσας πάντα βασιλέα, ὃς ἐχείρωσε χεῖρα; i: ex versione Latini interpretis: *Dominus exterminavit omnem regem, qui manum suam extenderit*, 4. Esd: 9. 34. *cum fuerit exterminatum*, i: ὅταν ἀφανισθῇ, et versu sequente *exterminantur*, i: ἀφανίζονται; Cæterum ne quis de hoc dubitet quòd τῷ ἀφανίζω τὸ *extermino* optimè respondeat, audiat præterea quid dicant Glossarium Vetus, et Vetus Lexicon Græco-Latinum: Glossarium, *exterminat*, ἀφανίζει. *Exterminare*, ἐξορίσαι, ἀφανίσαι, [Non negat esse, ἐξορίσαι, sed addit etiam ἀφανίσαι] *Exterminavi* ἠφάνισα. Lexicon Græcolatinum,

ἀφανίζω, *extermino, disperdo, deformo, depravo,* [vide quæ habeat hîc *extermino* ἰσοδυναμοῦντα ῥήματα] ἀφανισμὸς *interitus* [hoc est, *exterminum*, si cum Vet: interprete loquimur,] ἀφανιστὴς, *extermiantor*. Ex his satis liquet, quid sentiendum sit de antiquâ hoc loco interpretatione: nimirum probam esse eam et appositam, si modò, verbum *extermino*, pro *disperdo* seu *corrumpo*, probum et legitimum censeri debeat. De verbo ἀφανίζω unum subjungam exemplum ex Eustathio, quia cum hoc loco bene quadrare videtur. Sic itaque Eustathius in Odyss: ζ pag. 261. Δηλοῖ δὲ ἐν τούτοις ὁ ποιητὴς, ὡς τὸ σῶμα λουτροῖς τε τημελούμενον κάλλιον γίνεται, καὶ ἱματίων δὲ λαμπρῶν περιθέσει, εἰς τὸ κάλλιον ἐξαλλάττεται· ὥσπερ αὖ πάλιν αὐχμῷ πιναρότης, καὶ κακὰ σπεῖρα τὸ λαμπρὸν εἶδος ἀφανίζουσι; hoc est, *His verbis significat Poeta, corpus et balneorum usu pulchrius fieri, & splendido amictu plurimùm decorari: sicut rursus squalida illuvies & pannosæ vestes formam per se bonam corrumpunt ac devenustant.* Ibid. ὅπως φανῶσι] Vetus, *ut pareant.* Rectè: *Pareo* enim est, φαίνομαι, et malè meretur de Criticis et criticorum doctrinâ, qui hoc verbum ut ἀδόκιμον rejicit. Vide infra cap. 23. v. 27. et 28. et cap. 24. v. 27.

V. 19 Μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν &c.] Vetus, *Nolite thesaurizare vobis* &c. quod non displicet, quia et antiquum est, et nemo est qui non intelligat. Decet enim Ecclesiam suo quodam modo loqui, nec nimis anxiè accommodare sese ad aures eorum, qui nihil nisi purè Latinum ferunt. Ibid: Σὴς καὶ βρῶσις] Excerpta ex Veteribus

Veteribus Lexicis Græcol. col. 258. *Tinea*, σῆς καὶ βρωτήρ, Videndum ergo annon hic βρῶσις capi possit ἀντὶ τοῦ βρωτῆρος, vel inverso ordine dicito cum Vetere interprete, *tinea & ærugo*.

V. 23. ὀφθαλμὸς πονηρὸς] *oculus nequam*: Bene, ut puto.

V. 26. *Quæ non serunt*] ὅτι οὐ σπείρουσι, vide supra v. 5. hujus cap.

V. 28. Καταμάθετε] i: *considerate*, vel *videte, contemplamini*, Gen. 34. v. 1. Ἐξῆλθε Δεῖνα καταμαθεῖν τὰς θυγατέρας; i: *ut videret*. Sic Job. 35. v. 5. καταμάθε τὸ νέφος, *intuere nubes*: et Sirach. cap. 9 v. 8. ἀπόστρεψον ὀφθαλμὸν ἀπὸ γυναικὸς εὐμόρφου, καὶ μὴ καταμάνθανε κάλλος ἀλλότριον; i: *Averte oculum à muliere formosâ, & ne contemplare pulchritudinem alienam*: et sic v. 5. ejusdem cap. παρθένον μὴ καταμάνθανε, *virginem ne contemplare*. Hæc pauca attuli exempla (cum multo plura liceret) ne quis nimis superstitiose faciem ipsam verbi observans, interpretatione istâ, tanquam novâ aut impropriâ offenderetur. Ibid. οὐ κοπιᾷ] Vetus, *non laborant*, quâ interpretatione meliorem non requiro.

CAP. VII.

VErs: 3. οὐ κατανοεῖς] Vetus, *non vides*, et idem Luc. 6. 41. *non consideras*. Utrumq; recte; nam κατανοεῖν et βλέπειν sæpè ταυτοδυναμοῦσι, et ut βλέπειν sæpè transfertur à corpore ad animum, sic κατανοεῖν interdum ab animo ad

corpus. Sirach. 41. v. 27. καὶ ἀπὸ κατανοήσεως [γυναικὸς ἀνάνδρου] i. e. *& ob contemplationem maritatæ mulieris.* Exod. 19. 21. κατανοῆσαι, *ad videndum.* Jacob: 1. 23. et 24. κατανοοῦντι τὸ πρόσωπον, *consideranti faciem*; κατενόησεν ἑαυτὸν, *consideravit seipsum.* Sirach. 23. 29. ὀφθαλμοὶ κυρίου μυριοπλασίως ἡλίου φωτεινότεροί εἰσιν, ἐπιβλέποντες ἐπὶ πάσας ὁδοὺς ἀνθρώπων, καὶ κατανοοῦντες εἰς ἀπόκρυφα μέρη, i. *intuentes in absconditas partes.* Hîc ἐπιβλέποντες, et κατανοοῦντες ut participia ejusdem notionis conjunguntur. Act: 7. 31. προσερχομένου δὲ αὐτοῦ κατανοῆσαι, i. e. *accedente illo ut consideraret*, vel *ut videret*; nam Hebraicè Exod: 3. v. 4. est לראות et apud 70. interpretes, ἰδεῖν, Sic Act: 7. 32. οὐκ ἐτόλμα κατανοῆσαι, id est, Hæbraicè ירא מהביט & Græcè secundum 70. εὐλαβεῖτο κατεμβλέψαι. Igitur ego non dubitarim in locis prædictis ex Actis Apostolorum desumptis, pro, κατανοῆσαι, utrobique Latine dicere: *videre*, vel, *aspicere.*

V. 4. ἐκβάλω] *ejiciam*, i. e. *eximam*, et sic deinceps.

V. 5. τὴν δοκόν] *trabem*: alii, *trabem illam*, λεπτομερέστερον τοῦ δέοντος.

V. 6. μήποτε] *ne forte*, vide supra cap 5. v. 25.

V. 9. Ἤ τίς ἐστιν &c.] Vetus, *Aut quis est*, & Erasmus, *An quisquam est?* Beza, *Nam quis est?* Chrysostomum fortasse secutus, apud quem, pro, ἤ τίς, est τίς γὰρ. Ego, ἤ, pro particula, φέρε, accipio, tum hîc, tum infrà Matth. 12. 29 et totum versum sic non incommodè exponi posse censuerim, *age*, vel *cedò num quis est*

est ex vobis homo? &c. vel, *num quis est ex vobis?* [*homo* namque redundat] *qui si filius suus panem ab ipso petierit, dabit ei lapidem?* alii, *Age, numquis est ex vobis, qui lapidem dabit filio suo, si panem ab ipso petierit?* Quæ Græce implicatiora sunt, sic videntur explicanda, et in ordinem meliorem redigenda.

V: 11. πονηροὶ ὄντες] Vetus, *quum sitis mali;* Non male: Ovid, *Nux ego juncta viæ cum sim sine crimine vitæ,* 1: ἀνάπτιος οὖσα. Δόματα] *data,* recte. Grotius: *Bene Vetus interpres* δόματα, data, *transtulit. Est enim ea vox Latinis etiam substantiva. Glossarium Vetus,* δόσις, datum. Plenus datorum, *de Deo dixit Ausonius.*

V: 12. οὗτος γὰρ ἐστιν ὁ νόμος, &c.] Vetus, *hæc enim est lex,* &c. alii, *ista enim est lex.* Quare, *ista,* potius quàm *hæc?* Similiter versu sequente, quæro ab iisdem: Quare, *introite,* potius quàm, *intrate?* quare, *quoniam,* potius quàm, *quia?* quare, *in exitium,* potius quàm, *ad perditionem?* quare, *multique sunt,* potius quàm, *& multi sunt?*

V: 14. Pro, *Quàm angusta*] apud Veterem interpretem, legendum quis forte putaret: *Quoniam angusta,* quia Græci nostri codices habent, ὅτι στενή. Sed cum Theophylactus legat, τὶ, et præterea, τὶ, θαυμαστικῶς poni dicat, pro, βαβαὶ πόσον ἐστὶ στενή, nihil ego certe mutandum censeo. Cæterum Chrysostomus legit, Καὶ στενὴ ἡ πύλη, quod ego cæteris lectionibus antepono. Ibid. τεθλιμμένη ἡ ὁδός] Vetus, *arcta via:* Non displicet, cum, τεθλιμμένη, ut liquet [illegible], opponatur

ponatur. Est igitur, τεθλιμμένη, pro, στενόχωρος.

V: 25. ἡ βροχή] *Pluvia*, recte, et sic προσέπεσον] *irruerunt*: Neque enim prohibet quicquam quò minus una Latina dictio duabus Græcis respondeat, ut verbi gratiâ, nihil prohibet quo minus, τὸ, *irruo*, et τοῦ ἐφορμᾶν, et τοῦ προσπίπτειν, sit interpretamentum. Parum solide ergo ratiocinantur, qui sic colligunt: *irruerunt*, respondet τῷ ἐφώρμησαν, ergo non respondet, τῷ προσέπεσον. Idem cum προσέπεσον est et προσέκοψαν, sequente versu. Ergo nec ibi perperam dicitur: *irruerunt in domum illam*: Si tam parati essemus ad defendendum veterem, atque ad refellendum sumus alacres, imò si studium defendendi, contrarii studii pars esset dimidia, plurima profectò quæ jam castigantur, incastigata, et intacta manerent.

V: 27. πτῶσις] est et *ruina* et *casus*. Igitur non multùm refert utro modo interpretetis.

V: 28. ὅτε συνετέλεσε] Vetus, *cum consummasset*: alii, *finisset*. Neutrum improbandum.

Cap. VIII.

VErs: 4. Nescio cur magis placeat; *Vide ut nulli dicas*, quam, *Vide nemini dixeris*. Ibid. *In testimonium illis*; id est, ut hinc quis sim, intelligant. Nam opera Christi de Christo testabantur. Infra Joh: 5. v: 26.

V: 5. [illegible]] Vetus, *rogans eum*:

Eras-

Erasmus, *obsecrans*: Beza, *precans*. Omnes recte, ut opinor; nam ut uni Græcæ dictioni una Latina, quasi maritetur propriave dicetur, in tanta præsertim vocum idem significantium in utraque lingua varietate, hoc certe exigere parum mihi æquum aut consultum videtur. Quis igitur jure mihi succenseat, si pro his Ausonii: *Pene rogans*: Græce dixero: μονονυχὶ παρακαλῶν, vel μονονυχὶ δεόμενος, vel μονονυχὶ ἀντιβολῶν καὶ ἱκετεύων? Ut sit subtile nescio quod inter hæc discrimen, tamen eôdem cuncta redeunt, et sensum eundem mentibus legentium repræsentant.

V: 17. τὰς ἀσθενείας ἡμῶν] Vetus, *infirmitates nostras*: quod nonnulli rejiciunt, ut impropriè et parum Latinè dictum. Et ut hîc, *infirmitas*, ἀντὶ τῆς ἀῤῥωστίας, rejicitur, sic infra Matth: 25. v: 36. *infirmus*, ἀντὶ τοῦ ἀῤῥώστου, et *infirmus fui*, ἀντὶ τοῦ ἠῤῥώστησα. Sed si recte rejiciuntur, hæc tum secundum Plinium elegantiss: illum Scriptorem, Latine et proprie loqui nescivisse, fatendum est. Sic ergo Plinius Epistolâ 26. lib: 7. *Nuper me admonuit amici cujusdam languor, optimos esse nos dum infirmi sumus*: [hoc est, νοσοῦντας, ἀσθενοῦντας, ἀῤῥωστοῦντας] *Quem enim infirmum*, [νοσοῦντα] *aut avaritia aut libido solicitat? Tunc Deos, tunc hominem se esse meminit &c.* Quid, quæso, aliud hîc dicit Plinius tametsi Ethnicus, quàm quòd Chrysostomus sanctiss: Pater, istis quæ nunc subjicio verbis: ὅτι τὰ πολλὰ οἱ ἄνθρωποι, νοσοῦντες μὲν μέμνηνται τοῦ Θεοῦ, τῆς δὲ ἀῤῥωστίας ἀπαλλαγέντες ῥᾳθυμότεροι γίνονται? Idem Plinius paulò pòst eâdem Epistolâ: *Pe*[illegible] *ergo, quod pluribus*

verbis, pluribus etiam voluminibus Philosophi docere conantur, ipse breviter tibi mihique præcipere: ut tales esse sani perseveremus, quales nos futuros profitemur infirmi: Infirmi: id est, νοσοῦντες, ἀῤῥωστοῦντες. Idem rursus Epistola 16. lib. 8. *Conseruerunt me infirmitates meorum, mortes etiam, et quidem juvenum. Infirmitates:* id est, ἀῤῥωστίαι, ἀῤῥωστίαι; *Languores.* Pulcherrima hæc loca sunt, et digna quæ legantur, non verborum duntaxat causa.

V: 17. πονηρός ἐστιν ἔτος] id est, πῖος, ut Luc: 1. 29. πονηρὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. Manilius lib. 1. pag. 51. ex emendatione Scaligeri; *Nunc quis sit, cujasve, canam, quove ordine constet.* Ad quem locum Scaliger: Ἐλλώζει, cujas *pro*, quale, πονηρον, id est, πῖον. Sic in Evangelio, πονηρὸς εἴη ὁ ἀσπασμὸς οὗτος, id est, πῖος, et apud Prudentium: *Denuque, quem colat, aut ejus cujatis venerit.* Ibid. ὅτι καὶ οἱ ἄνεμοι, καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ] id est, *cum et venti et mare obediant ei.*

V: 29. ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς;] id est, *Venisti hûc ante tempus ad torquendum nos?*

V: 30. Ante μακράν negatio facile omitti potuit.

V: 33. καὶ ἀπελθόντες εἰς τὴν πόλιν] Vetus, *et venientes*, &c. id est, quùm veniſſent. Marc: 3. 13. καὶ ἀπῆλθον πρὸς αὐτόν, *et venerunt ad eum*, Vetus, Beza, et Piscator. Marc: 14. v. 10. ἀπῆλθε, *venit*, Beza: alii, *quum abiisset*. Sed, *veniſſent*, locum hîc habere potest, imo debet, si verum modo sit quod a doctissimo quodam et linguæ utriusque peritissimo viro sæpius accepi,

accepi, ἀπέρχεσθαι esse, *adire*, et ἀπιέναι, *adducere*, et ἀποβλέπειν, *aspicere*, et ἀποπλεῖν, *adnavigare*. Et ne quis commentum suum putaret, authorem citavit Festum. Ego existimo perpetuum hoc non esse, sed tamen esse ubi τὸ ἀπελθεῖν, melius exponatur per simplex *ire*, aut etiam *adire*, *advenire*, *venire*, quam per *abire*, si praesertim jungatur cum praepositione εἰς, ut hoc loco, aut cum πρὸς, ut alias saepe: καὶ τὰ τῶν δαιμονιζομένων] id est, *daemoniacorum illa*, servata Graeca ellipsi.

V: 34. παρεκάλεσαν] *rogarunt*, quod si hic παρακαλῶ, sit *rogo*, cur non etiam alibi? vide infra cap: 14. v. 36.

CAP. IX.

VErs: 10. ἐλθόντες] i. *qui tum aderant*: ad verbum; *qui venerant*, vel, *quum venissent*.

V. 12. οὐ χρείαν ἔχουσιν &c.] Joh: Geometra paradiso, tetrasticho 89. Ἐξ ὀρέων κατέβαινε κατ' ἄστεα τίμιος ἀνήρ. Καὶ συνέμικτο κακοῖς ἀνδράσιν· εἶπε δέ τις. Τοῖος ἐὼν τοιοῖς δὲ συνέρχεαι; εἶπεν, ὁρῶ γὰρ, Τοὺς ἀσκληπιάδας πλήσιον ἀσθενέων. Laërtius in Antisthene: Ὀνειδιζόμενός ποτε ἐπὶ τῷ πονηροῖς συγγίνεσθαι, Καὶ οἱ ἰατροί, φησι, μετὰ τῶν ἀσθενούντων εἰσὶν, ἀλλ' οὐ πυρέττουσι.

V. 14. πολλά] i. πυκνὰ, *crebrò*, *frequenter*. Luc: 5. 33.

V. 16. οὐδεὶς δὲ ἐπιβάλλει ἐπίβλημα ῥάκους ἀγνάφου &c.] Vetus, *Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus*: Malim;

lim; *particulam*, vel, *portiunculam panni rudis*; aliôqui nihil muto. ὁ νοῦς: Nemo, qui sapit, è rudi et recenti panno sumit, quod veteri et detrito addat. Nam, ut inquit Lucas, duplex hinc incōmodum nascitur: primum, quod recens est vicissim, et deinde nova cum veteribus parum decorè aut utiliter commiscentur. Ῥάκος est *pannus*. Casaub. in Suetonii Augustum pag. 85. *Pannos* [illegible] ῥάκη. Τὸ πλήρωμα, nisi Marcus [illegible] obstaret 4ti. esse casus potarum, hoc [illegible] sensu; *Tollit*, [sc. vestium [illegible]] *supplementum ejus*, [sc. vestimenti veteris,] *e vestimento*, [sc. novo, quemadmodum liquere potest ex collatione Lucæ cum Matthæo.] *et fit pejor scissura*, [hoc est, [illegible] novus pannus veteris vestimenti [illegible] causâ, et nova ac vetera, cum dissimilia sint, firmiter coire nequeunt.] Hæc affero dogmatis tantùm causâ, non autē ut affirmem aliquid, nedum ab aliorū doctissimis laboribus vel tantillum detraham.

V: 20. δώδεκα ἔτη] *duodecim annis*, vel, *duodecim annos*: neutrum male.

V: 23. Malim; *Et quum ingressus esset Jesus domum Præfecti*] vel cum Vet. interprete; *cum venisset Jesus in domum, &c.* Εἰς enim hîc *ingressum termini*, ut loquuntur Grammatici, denotat. Ibid. τοὺς αὐλητάς] *tibicines*. Tibias olim in funeribus adhibitas, testis est Ovidius Fastorum 6. his verbis;

Temporibus veterum tibicinis usus avorum
Magnus, et in magno semper honore fuit.
Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,
Cantabat mœstis tibia funeribus.

Idem

Idem Tristium quinto Elegiâ prima.

Tibia funeribus convenit ista meis. Petronius Arbiter Satir. pag: 177. *licet ad tibicines mittas*: id est, ut nos dicimus Anglicè; you may send to the Clark to ring the Bell for you. Lege ad eum locum Animad. Woverii, pag. 473.

V. 31. διεφήμισαν αὐτὸν] i. *dissiparunt famam ejus, divulgarunt, diffuderunt, dispeserunt, prædicarunt.*

V. 35: καὶ * τὰς κώμας] Vetus, *et castella*, et sic aliis in locis, veluti, Matth. 10. 11. et Luc: 5. v. 17. Lexicon Græcolat. Vetus, Κώμη, *villa, castellum, vicus.*

* *Vide infra cap. 14. v. 15.*

V. 36. Pro, ἐσπλαγχνίσθη] satis fuerit dixisse *misericordiâ commotus est*. Anxiæ enim illæ et penè dixeram superstitiosæ interpretationes, quæ veluti minima minutim in os inferunt, ut mea est sententia, scholiis sive annotationibus multò aptius, quàm contextui ipsi convenerint.

Vide infra c. 14. v. 14.

V. 37. ὁ μὲν θερισμὸς πολὺς &c.] *Messis quidem multa* &c. id est, Multi sunt qui doceantur, sed pauci qui doceant. Nam ut messis copiosa falcem flagitat, sic vocem doctoris populi ignorantia.

Cap. X.

VErs. 1. ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν &c.] id est, *dedit eis potestatem ejiciendi spiritus impuros, et sanandi*: &c. ad verbum: *adversus spiritus impuros ut ejicerent*. Vide Marc. 3. 15.

καὶ

καὶ πᾶσαν μαλακίαν] Vetus, *et omnem infirmitatem.* Vide supra cap. 8. v. 17.

V. 3. Ματθαῖος ὁ τελώνης] Vetus, *Mattheus publicanus*: alii, *Matthæus ille publicanus*, nimis curiosè, et ut arbitror ambiguè. Nam qui audit, *ille publicanus*, nonne statim de Matthæo sentiet, ut de publicanorum coryphæo? At idnon sit Matthæus. Quod si fuisse eum, non esse publicanum intelligi volumus, satis id patebit ex narrationis ipsius serie ut explicationis causâ nihil addatur.

V. 4. Σίμων ὁ Καναναῖος] Pro, Καναναῖος, rectiùs legas Κανανίτης, ut primus, quod sciam, notavit doctissimus Angelus Caninius. Ejus verba, quia non admodum facilia fortasse cuivis sunt inventu, hîc adscribere placuit: Simon Cananæus *perperàm scribitur à Latinis, cum scribendum proculdubio sit* Cannæus, *vel* Cannita, *ut Græcè quoque* Κανανίτης, *nisi Evangelistis credere nolumus, qui* ζηλωτὴν, zelotem, *vel* æmulatorem *interpretantur. Porrò* zelator Hebraicè et Syriacè dicitur קנא *Scribendum ergo Latine*, Cannæus, *vel* Cannita, *Græce*, καναναῖος. *Nam* Caninæorum *nomen, quod crebrum est in Scripturis, librariis parum doctis imposuit.* Hæc Caninius, quibus adjunguntur Scaligeri hæc Elenchi Trihæresii, cap. 1. et 2. *Fuerant*, inquit, *et alii* ζηλωταὶ, *sive* Kannæi, *corpus devotum*, σῶμα θεοσεβὲς, καὶ πᾶσμα εὐλαβὲς, *sanctimoniæ vitæ, ac observationi legis deditum, ex quo ad Christi discipulatum transiit Simeon Kannaus* Matth. 10. 4. Rursus cap. 20. Ἰάκωβος καναναῖος, ὁ ζηλωτὴς, Matth. 10. 4. Qui hæc legerit facilè intelliget

get quomodo respondendum sit objectionibus duabus Bezæ: Cur *Cananites* scribatur à קנא et cur apud Lucam appellativo ζηλωτὴς explicetur. *Cananites* est à קנא vel, קנּא, cum geminationis signo in ventre, à קנא in Piel, nec est nomen gentile, sed sectæ et professionis, et *corporis cujusdam devoti*, quemadmodum loquitur acutiss: doctiss: q; Scaliger: Rectè ergo Casaubonus contra Baronium. *Nemo*, inquit, *nescit illud cognomen apud Matthæum* 10. 4. Καναναῖος, vel, Κανανίτης; *non esse*, ἀθνικὸν, *à patria illius*, *verum professionis totius*, *aut pietatis et zeli eleginæ*, *cujus interpretamentum posuit Lucas* 6. 15. ὁ ζηλωτὴς. Καναναῖος, tamen idem est quod ζηλωτὴς, neque opus est, ut in Κανανίτης mutetur, si doctissimo Grotio credimus.

V. 5. παρήγγειλεν αὐτοῖς.] id est, *et mandavit eis*.

V. 8. δωρεὰν ἐλάβετε &c.] id est, *gratis*, vel, *dono accepistis*. Nihil enim refert utro modo interpreteris.

V. 9 μὴ κτήσησθε χρυσὸν &c.] Vetus, *Nolite possidere*: alii, *Ne comparate*; quod non displicet. Sed tamen videndum, an Vetus interpretatio adeo mala sit, ut salvâ hujus loci sententiâ admitti nequeat. Primum sciendum est, τὸ κτήσασθε, & τὸ κτᾶσθαι, ab illis ipsis qui veterem hîc interpretem reprehendunt, alibi, hoc est, Luc. 21. 19. et 1. Thess. 4. 4. in *possidete* et *possidere*, mutari. Non est ergo *possidendi* significatio tam aliena ab hoc verbo, quin possit ei interdum competere: Deinde, cum *comparare*, sive, *acquirere in balteo* speciem habeat duriuſ-

duriusculæ locutionis: non enim acquiruntur res in balteis ponuuntur, vel hanc unam ob causam apud judices non nimis rigidos, Vetus interpres excusandus videatur. Tertiò, *possidere*, quid hîc est nisi *habere?* Laxius enim sumi videtur, nec ita ut ad dominium et possessionem propriè dictam restringi debeat. Non ergo dicit Vetus interpres, *Nolite esse domini & possessores auri et argenti*, &c. Sed, *Nolite possidere*, hoc est, habere, et portare, [Luc: 9. 3. et 10. 4.] *aurum & argentum in balteis vestris.* Quòd si qui non recte sentientes, è verbis hisce prave et contra mentem interpretis intellectis, erroribus suis patrocinium quæsierint, illorum utique culpa est, non ininterpretis. Commodius fortasse potuisset loqui, sed recte eum sensisse est probabile.

V. 15. Vetus versio non displicet.

V. 16. καὶ ἀκέραιοι] Eustath. in Iliad: 6. pag: 476. ἴσως δὲ ἐκ τοῦ ῥηθέντος θεραΐζειν, ἀκέραιος ὁ ἁπλοῦς, καὶ πραΰθεμος, καὶ μή τινα κεραΐζων.

V. 17. Drusius animad: lib: 2. cap. 37. sic hunc locum exponit. *Tradent vos judicibus,* [לסנהדרין] *qui in synagogis suis flagellabunt vos.* Ibid. ἐν τῇ συναγωγαῖς] Vetus, in synagogis: Recte; adeo enim est hæc vox nota et celebris, ut in aliam commutanda non videatur.

V. 18. εἰς μαρτύριον αὐτοῖς καὶ τοῖς ἔθνεσι] Vetus, *in testimonium illis et gentibus*: Sic velim in contextu, quia Græcis Latina prorsus respondent. Quòd si perspicuitatis causâ addi

vis

vis aliquid aut mutari, de eo admoneatur lector in scholiis, aut in annotationibus ore libri appositis.

V. 19. δοθήσεται γὰρ ὑμῖν &c.] Vetus, *dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini*: alii, *illo momento quod loquamini*. At Græcè est, τί, non ὅ, aut ὅ, τι. Igitur si κατὰ πόδας interpretari volumus, *quid*, non *quod*, dicendum est. *Dabitur quid loquamini*, id est, sermo quo utamini.

V. 20. οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες] Vetus, *Non enim vos estis qui loquimini*: quod quidam mutant in hunc modum: *non enim vos estis ii qui loquuntur*. Quæri ergo potest, sitne οἱ λαλοῦντες, pro οἱ λαλεῖτε, an οἱ λαλοῦσι, exponendum? Ego existimo, ἐστε οἱ λαλοῦντες, nihil aliud esse, quàm λαλεῖτε. Et sic Theophilactus breviter: οὐχ ὑμεῖς λαλεῖτε, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα, sc. λαλεῖ. Totius igitur versus sic fortasse non malè reddatur Latinè: *Non enim vos loquimini*, [vel, *estis loquentes*, ut servetur Hellenismus, et ita Vetus interpres, Marc: 13. 11.] *sed Spiritus Patris vestri loquitur in vobis*. Quæ Græci per verbum substantivum et participium cum articulo plenius efferunt, ea Latini simpliciùs contenti sunt indicare, sensu tamen eodem manente.

οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, *vide an conferri possit cum his cap. 11. vers. 3.* Συ εἶ ὁ ἐρχόμενος, &c.

V. 22. ὁ δὲ ὑπομείνας] Vetus, *qui autem perseveraverit*: alii, *qui sustinuerit*. Hoc probo, illud præfero, si non ob aliud, at vetustatis causâ, à qua absque justiore aliquâ ratione discedendum non puto. *Perseveraverit*, id est, firmus et constans fuerit, nec tentationibus succubuerit. Vide Marc: 13. 13.

V. 23.

V. 23. ἕως ἂν τελέσητε τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ ἕως ἂν ἔλθῃ &c.] Chrysostomo interprete: οὐ φθάσετε περιελθόντες τὴν παλαιστίνην, κἀγὼ ἥξω ὑμᾶς καταλήψομαι, *Nondum finem facietis Palæstinam peragrandi, et ego statim vobiscum adero.*

V. 25. ἀρκετὸν ἵνα] Antiptosis, pro, τῷ ἵνα. Non male igitur Vetus, *et servus*, ne si nobiscum quidem, ὁ ἵνα, legerit: Nam fieri quidem potest, ut aliam à nostra lectionem secutus fuerit.

V. 27 κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων] Vetus, *prædicate super tecta*: Optime; Δῶμα, enim respondet Hebræo גג id est, *tecto*, neque dubitare de eo quis potest, qui Græca cum Hebræis contulerit. Hieronymus etiam ita clarè pro hac interpretatione facit, ut non sit cur conetur quispiam refellere. Verba ejus hæc sunt Epistola ad Suniam et Fretelam: Δῶμα *in orientalibus provinciis id ipsum dicitur quod apud Latinos tectum. In Palæstina enim, Ægypto, vel ubi scripti sunt divini libri, vel interpretati sunt, non habent in tectis culmina, sed* Domata, *quæ Romæ vel solaria, vel Meniana vocant*; id est, *plana tecta, quæ transversis trabibus sustentantur. Denique, et in Actis Apostolorum, Petrus quando ascendit in* doma, *in tectum ædificii ascendisse credendus est. Et quando præcipitur nobis, ut faciamus* domati *nostro coronam, hoc præcipitur, ut in tecto faciamus per circuitum quasdam eminentias, ne facilè in præceps lapsus sit, et in Evangelio*: Quæ, *inquit*, auditis in aure, dicetis super domate, id est, *super tecta*.

V. 32. Πᾶς οὖν ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ &c.] Vetus, *qui confitebitur*: et rectè faciunt, qui sequuntur

sequuntur eum, non ita recte qui deserût. Nam cùm ita familiare sit hoc verbum Christianis auribus, ut jam quasi in idioma Ecclesiæ transierit, causa non est omnino, cur alio aliquo tametsi elegantiore commutetur.

V. 35. *Veni enim ut faciam dissidere * hominem à patre suo, et filiam à matre sua, et nurum à socru sua.* i.e. filium:

V. 42. ποτήριον ψυχροῦ μόνον] *poculum frigidæ solum.* Ut Græcis in usu est, ψυχρὸν, pro, ψυχρὸν ὕδωρ, sic Latinis, *frigida*, pro frigida aqua. Suetonius Claudio cap. 40. *Inter causas suffragationis suæ posuit, quod pater ejus frigidam ægro sibi tempestivè dedisset.* Sed hoc pueris etiam notum puto.

Cap. XI.

VErsi 2. ἐν δεσμωτηρίῳ] Vetus, *in vinculis*, et sic Beza, in omnibus, quod sciam, editionibus, ni forte in novissima omnium, (quam cum hæc scribebam, non habebam ad manum,) seipsum correxerit. Erasmus, *in carcere*, quod rectius videtur. Est enim δεσμωτήριον τῦ πάντα περιεκτικῦ, ut loquuntur Grammatici. Sed tamen qui vincula pro *carcere* ponunt, non sunt reprehendendi. Est enim tropica, nec inelegans locutio, imò fortasse nec idoneâ authoritate destituta.

V. 3. Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος] vetus, *Tu es qui venturus es?* Beza, *Tune is es qui venturus eras?* Erasmus, *Tu es ille qui venturus est?* alii, non multum ab Erasmo discedentes: *Tunè*

is es, qui venturus erat? Erasmus, *Tu es ille, qui venturus est?* alii non multum ab Erasmo discedentes: *Tune is es, qui venturus est?* Ego καὶ πόδας totam quæstionem sic verto: *Tu is es qui venit, an alium expectamus?* Præsens enim tempus ἐμφατικότερον videtur, tam Latinè, quàm Græcè. *Tu is es qui venit* [id est, qui tam certò venturus est, ac si jam præ foribus adesset] *an alium expectamus?* [id est, expectare quotidie debemus?] τὸ προσδοκῶμεν continuum, nec interruptum actum denotat.

V. 5. ἀναβλέπουσι] vetus, *Vident*, et sic Luc: 4. v. 18. ἀνάβλεψιν, *visum*: Rectè utrumque, sic ut ab aliis ante me annotatum est. καὶ πτωχοὶ εὐαγγελίζονται] vetus ad verbum, *& pauperes Evangelizantur*: quod repudiandum non videtur, quia et antiquum est, et Græcis planè respondet, nec ita malè Latinum est, quin possit unâ cum multis aliis locutionibus, quas Ecclesia sibi vendicat, locum suum tueri. Sic proximo versu, *qui non fuerit scandalizatus*: me certe non offendit, quia libenter audio Scripturam suo quodam modo, suoque velut idiomate loquentem.

Vide supra cap. 5. v. 29.

V. 19. φάγος καὶ οἰνοπότης] id est, Hebraicè, זולל וסבא [Deut. 21. 20.] *epulo, et ebriosus.*

V. 22. πλὴν λέγω ὑμῖν] id est, *veruntamen*, sive, *attamen dico vobis*, et sic v. 24.

V. 25. Ἐξομολογοῦμαί σοι] vetus, *Confiteor tibi*: alii, *Gloriam tibi tribuo*, et *Celebro te*. Sed ego, *confiteor*, retineo, dans illi laudandi et celebrandi, gratiasq; agendi significationem. Nam quo jure, ἐξομολογοῦμαι, pro, εὐχαριστῶ, accipitur;

accipitur; eodem et *confiteor*, pro, *gratias ago*, accipi posse neutiquam est dubium, et quis nescit *confessionem* apud Theologos esse duplicem, *laudis*, et *fraudis*? Chrysost: τὸ ἐξομολογοῦμαι ἐνταῦθα, τὸ, εὐχαριστῶ ἐστι. Idem hom: 56. in Genesin τὸ ἐξομολογήσομαι ἐνταῦθα, εὐχαριστήσω, καὶ δοξάσω τὸν θεόν. Et author Comment: Græci in Psal: ριη, operum Chrysost: tom: 1. pag: 980. lin: 24. Ἐξομολόγησιν τὴν εὐχαριστίαν καλεῖ. ἀπεκάλυψας] Vetus, *revelasti*: alii, *detexisti*, mutatione minimè, ut puto necessariâ. Idem dicendum et de aliis locis, ubi verbum *revelandi*, aliis ejusdem notionis cedere jubetur: νηπίοις] Vetus, *parvulis*; id est, פתאים rectè, alii minus recte, *infantibus*, vide Drusii Præterita.

V. 28, Δεῦτε πρός με &c.] vetus, *Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos*. Ne Momus quidem hîc, ut opinor, facilè inveniat quod reprehendat: ἀναπαύσω] id est, *reficiam, refocillabo*.

V. 30. ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστός] vetus: *Jugum enim meum suave*. Pulchrè, nec rectè faciunt qui corrigunt. Sunt enim mandata Christi, non solum εὐβάστακτα, sed etiam ἡδέα, τοῖς πιστοῖς, sc. καὶ τοῖς εὐσεβέσι, et dictio, χρηστός, cum Latino, *suavis*, bellè congruit. Sap. 8. v. 1. Διατείνει δὲ ἀπὸ πέρατος εἰς πέρας εὐρώστως, καὶ διοικεῖ τὰ πάντα χρηστῶς, id est, ut sæpissime citatur hic locus, ab omnium ætatum præstantissimis Theologis: *et disponit omnia suaviter*. Glossarium vetus: *Suaves* χρηστούς, *Suaves* χρηστοί, *Suavis* χρηστὸς, ἡδύς, *Suaviter* χρηστῶς. Lexicon Græco-lat: Vetus, χρηστὸς, *frugalis, suavis, utilis, jocundus*.

Cap. XII.

VErs. 4. οὐκ ἐξὸν ἦν] id est, οὐκ ἐξῆν, Periphrasis: Non malè igitur Vetus, *non licebat.*

V. 5. καὶ ἀναίτιοί εἰσι] Vetus, *et sine crimine sunt*: recte; αἰτία enim *culpa, crimen.* Et paulo post, τοὺς ἀναιτίους, *innocentes*, rectè etiam.

V. 25. πᾶσα βασιλεία μερισθεῖσα &c.] Lactantius, lib. 3. cap. 4. *Nihil potest sine interitu sibi esse contrarium*: Phocylides; ἀεὶ δ' ὁμόνοιαν ἔχουσιν· Εἰ γὰρ ἔρις μακάρεσσιν ἔην, οὐκ ἂν πόλος ἔστη· Vetus hic interpres, pro, ἐρημοῦται, habet, *desolabitur*, mutato sc. tempore, quod non displicet, quia mox in proxima clausula sequitur, οὐ σταθήσεται, *non stabit.*

V. 28. ἄρα] Vetus, *igitur*; Erasmus, *ergo*; Beza, *nempe*: Quæro quid intersit, aut si aliquid intersit num justa fuerit mutationis causa.

V. 30. ὁ μὴ συνάγων] *qui non congregat*: Recte.

V. 34. & 38. Pro, δύνασθε & θέλομεν, malim, *potestis*, & *volumus*, quàm *possitis*, & *velimus*, ut sic Latinis cum Græcis omni ex parte conveniat. Quod si qua est Enallage, (quam tamen non puto necessariam) cur non æque locum habeat in rivo ac in fonte?

V. 39. Γενεὰ] Vetus, *Generatio*: alii, *Gens.* Neutrum improbo. Ibid. Si καὶ, pro, ἀλλὰ, Græcè, cur non, *et*, pro, *sed*, Latine?

V. 44. σεσαρωμένον] vetus, *ſcopis mundatam*: Eraſmus, *ſcopis purgatam*: alii, *Verſam*. Sed cum hoc ambiguum ſit; illa ita aperta, ut nullus ambiguitati locus eſſe poſſit; miror cur hoc illis prætulerint. Beza ipſe verba hæc Athanaſii dial 4. de Trinitate pag. 156. ἄ κτιστος ἐγεννήθη καὶ σεσαρωμένος, ſic vertit; *Non eſt genitus vacuus et ſcopis purgatus*. Voſſius de Analogia lib. 3. cap 30. *Quia non à verto* [ſic enim lego, pro *vertendo*] *ſed à verro*, [ſic enim lego, pro *verrendo*] *etiam in ſupino* verſum *dicimus: hinc eruditus interpres* [Matth. 12. σεσαρωμένον *tranſtulit*, verſum, *ubi vulgatus habet*, ſcopis mundatum.

V. 45. γίνεται τὰ ἔσχατα τοῦ ἀνθρώπου ἐκείνου, &c.] vetus, *& fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus*. Nihil muto, niſi quod in margine illam etiam interpretationem aſcribi velim, quæ è recentiorum officina prodiit.

V. 46. εἰστήκεισαν ἔξω] vet: *ſtabant foris*: alii, *aſtiterunt foris*. Sed videtur eſſe pluſquamperfectum, pro imperfecto, à themate ἕστηκα, *aſto, maneo, permaneo*. Vide ſeq: cap: v. 2.

CAP. XIII.

VErſ: 1. ἐκάθητο παρὰ τὴν θάλασσαν] Vetus, *ſedebat ſecus mare*, et ſic paulo poſt παρὰ τὴν ὁδὸν, *ſecus viam*, Pſal. 1. παρὰ τὰς διεξόδους ὕδατων, *ſecus decurſus aquarum*, id eſt, prope, propter, juxta.

V. 2. ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν] Vetus, *in littore*: Ut mea est sententia, non male.

V. 5: βάθος γῆς] vet: *altitudine terræ*: alii, *profundā terrā*, &c, *profunditatē terræ*, Perparū interest

V. 7. καὶ ἀνέβησαν] Vetus, *et creverunt*, optime sane, non solum si sensum spectes, quod omnes fatentur, sed si verba. Nam *crescere*, quid est, nisi ascendere et dilatare sese, sed suo tamen quodam et peculiari modo? Igitur contextus habeat, *creverunt*: ora libri, Græce, *ascenderunt*, aut tale quid.

V. 9. ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω] Chrysost. Homiliâ secundâ in posteriorem ad Corinthios [tomi tertii pag: 553] formulam precationis Ecclesiasticæ, quâ petit Ecclesia, ut catechumenis, et rudibus aures cordis aperiantur, sic profert in medium, ut simul illustret, et veluti scholiis suis exornet, in hunc modum: Εἶτα καὶ ὑπαγορεύει [sc. ὁ τῆς ἐκκλησίας νόμος] ἱκετηρίας τὸν τρόπον· τίς δὲ οὗτός ἐστιν, ἵνα διανοίξῃ [sc. ὁ πανελεήμων καὶ οἰκτίρμων Θεὸς] τὰ ὦτα τῶν καρδιῶν αὐτῶν. Μέμυκε γὰρ ἔτι, καὶ βέβυσται, ὦτα δὲ οὐ ταῦτά φησι τὰ ἔξωθεν, ἀλλὰ τὰ τῆς διανοίας, ὥστε ἀκοῦσαι ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, &c. οὐδὲ γὰρ ἤκουσαν τῶν ἀπορρήτων μυστηρίων, ἀλλὰ πόρρω πού, καὶ μακρὰν ἑστήκασι· κἂν ἀκούσωσι δὲ, οὐκ ἴσασι τὰ λεγόμενα· συνέσεως γὰρ δεῖται πολλῆς ἐκεῖνα, οὐκ ἀκροάσεως μόνης. τὰς ἔνδον δὲ οὐδέπω ἔχουσιν ἀκοάς. Dicit hic Chrysost: ad mysteria cælestia percipiendum non esse satis, ut aures quis corporis apertas habeat, nisi etiam cordis aures divinitus ei fuerint purgatæ. Nec abhorret ab hoc loco τὸ τοῦ Φωκυλίδου· Οὐ χωρεῖ μεγάλην διδαχὴν ἀδίδακτος ἀκουή· οὐ γὰρ δὴ νοέουσιν οἱ μηδέποτ' ἐσθλὰ μαθόντες.

V. 10.

V. 10. *in parabolis*] id est, parabolas.

V. 15. *Incrassatum est* &c.] Detur hoc veteri interpreti, ut suo modo loquatur, tametsi non ita eleganter, dummodo sensus recte et fideliter exprimatur. Ibid. καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν] Vet. *et oculos suos clauserunt.* Theoph: in Marc: 4. p. 148. αὐτοὶ δὲ οὐ βλέπουσιν ἑκουσίως καμμύοντες. *Claudere oculos*, plus est aliquantò, quàm, *connivere.* *Connivemus* sæpe inviti, et casu aliquo, at ex oculorum debilitate (unde μύωπες Græcè, qui vitio oculorum crebrò nictant,) aut qui claudit obfirmatè oculos, noctem ipse sibi facit, et pervicaciam suam prodit. Non nego *connivere*, dici etiam de iis, qui dissimulant se videre, quod vident; sed, si rectè observavi, non de quibusvis promiscue, sed de iis duntaxat, qui scelera aliorum aut delicta sic prætereunt, acsi non vidissent. Igitur cùm sermo hîc sit de præfractis et obstinatis, qui oculos de industriâ claudunt, ne lucem clarissimam videre cogantur, multò malim dicere, *oculos suos clauserunt*, quàm *oculis suis conniverunt.* Sic enim aptius et significantius pertinacia animi declaratur. Theodoretus initio lib. 9. de providentia. Ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἑκόντες ὁρᾷν οὐκ ἐθέλουσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς μύουσι, καὶ τὰ ὦτα βύουσι, καὶ τῆς πανταχόθεν φερομένης φωνῆς ἐπαΐειν οὐκ ἐθέλουσι, &c. id est, *Quoniam autem multi suâ sponte nolunt videre, sed et oculos claudunt et aures obturant, et vocem undique ad eos delatam audire recusant.* His verbis insignis lucis et veritatis contemptus indicatur.

V. 23. ὁ δὲ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν καλὴν σπαρεὶς, &c.] Chrysostomus tom. 5. pag: 144. Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς μετὰ προθυμίας τὰ σπέρματα καταβάλλομεν, ὅτι καθαρὰν ὁρῶμεν τὴν ἄρουραν, οὐδαμοῦ ἄκανθαν ἀποπνίγουσαν, οὐδὲ ὁδὸν πατουμένην, οὐδὲ πέτραν ἄγονον, ἀλλὰ βαθεῖάν τινα καὶ λιπαρὰν χώραν, ὁμοῦ δεχομένην τὰ σπέρματα, καὶ τὴν ταχὺν ἡμῖν παρέχουσαν.

V. 28. *Inimicus homo*] Rectè.

V. 40. πυρὶ κατακαίεται] Vetus, *igni comburuntur*: alii, *igni exuruntur*: Leve discrimen.

V. 41. vetus, *omnia scandala, et eos qui faciunt iniquitatem*] Nihil muto, ut nec principio versus sequentis.

V. 44. Vetus, *et præ gaudio illius, vadit, & vendit.* &c] alii, *et præ gaudio, quod accipit ex eo,* &c. Sed qui sic interpretantur, nimium diffidunt captui lectoris, aut saltem ea ponunt in contextu quæ margini, aut scholiis melius convenirent.

V. 45. Vetus, *homini negotiatori*] Vide suprà v. 28. et infra v. 52.

V: 46. ἕνα πολύτιμον μαργαρίτην] id est, fortasse *Unionem exaluminatum*, sicut Plinius loquitur: *Inter Uniones enim primæ notæ sunt, ac proinde maximi pretii, qui exaluminati* dicuntur.

V. 48. vetus, *Quam, quùm impleta esset*] Rectè.

V. 53. μετῆρεν ἐκεῖθεν] id est, μετέβη ἐκεῖθεν, *transiit illinc, migravit illinc.*

V. 57. ἄτιμος] Vetus, *sine honore*: alii, *inhonoratus.*

V: 58.

V. 58. ἐποίησε δυνάμεις] Vetus, *fecit virtutes*: alii, *edidit*, magis accommodantes sese ad Latinorum consuetudinem, quàm Ecclesiæ; id quod non hîc solummodò fit.

Cap. XIIII.

VErs. 2 ἐνεργοῦσιν] Vetus, *operantur*: alii, *agunt*, acsi hoc quàm illud Græco verbo aptiùs responderet.

V. Quintum totum à Vet. interprete rectè expressum puto.

V. 7. ὃ ἐὰν αἰτήσηται] Ovid. Metamorph. 2.

——— *Quodvis pete munus, et illud*
Me tribuente feres: promissis testis adesto,
Diis juranda palus, oculis incognita nostris.

V. 8. προβιβασθεῖσα ὑπὸ τῆς μητρὸς] vet: *præmonita*: alii, *producta*. Sed vox, *præmonita*, non est temerè repudianda. Προβιβάζειν enim authore Suida, est παραινεῖν, πείθειν, ἀναγάζειν, id est, *admonere*, sive *præmonere*, *persuadere*, *impellere*. Parùm igitur refert utrùm dicamus, *præmonita*, an, *persuasa*, an *impulsa*: nam eôdem redeunt interpretationes istæ omnes. Sed cùm, *præmonita*, a multis retrò seculis locum hîc obtinuerit, nihil causæ video, cur ex avita jam sede sit depellenda. Xenophon, Ἀπομνημονευμ. πάντας γὰρ τοὺς διδάσκοντας ὁρῶ, αὐτοὺς δεικνύντας τε τοῖς μανθάνουσιν, ἧπερ αὐτοὶ ποιοῦσιν ἃ διδάσκουσι, καὶ τῷ λόγῳ προβιβάζοντας. id est, *et sermone præmonentes*. Magistri discipulis suis bifariàm prosunt, partim reipsâ ostèndendo quid fieri ab illis oporteat, partim præmonendo,

nendo, et præcepta tradendo. Filia Herodiadis non sua sponte petiit Iohannis Baptistæ caput, sed suadente et præmonente matre. Anglicè, being set on, & fore-councelled by her mother Ibid. ἐπὶ πίνακι] vetus, *in disco*, id est, Anglicè, in a dish.

V. 9. Καὶ ἐλυπήθη ὁ βασιλεὺς] id est, *Et pænituit regem*, subaudi *spopondisse*. Ovid: Metamorph: 2. *Pænituit jurasse patrem*; i. e. Græcè, ἐλυπήθη ὁ πατὴρ, ὅτι ὀμώμοκε] vetus, et Beza, *contristatus est*.

V. 25. ἦλθε πρὸς αὐτοὺς] Vetus, *Venit ad eos*: vide suprà, v. 33. cap. 8.

V. 26. Mallim: *Et cum vidissent eum discipuli super mare ambulantem, turbati sunt*, &c.]

V. 27. μὴ φοβεῖσθε] vetus, *nolite timere*: alii, *ne timete*: vide suprà cap. 7. v. 1.

V. 32. ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος] vetus, *cessavit ventus*: Erasmus, *conquievit*: Beza, *pacatus fuit*: Dici etiam licet, *posuit*, *resedit*. Virg: *Quum venti posuere, omnisque repente resedit Flatus*. Gellius noct. Att. lib. 2. cap. ultimo, *Fluctus, qui flante Aquilone maximi et crebrissimi excitantur, simul ac ventus posuit, sternuntur et conflaccescunt; et mox fluctus esse desinunt. Ventus posuit*: id est, ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος.

V. 35. πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας] vetus, *omnes male habentes*, quod non displicet: *Male habentes*, id est, male affectos.

CAP. XV.

VErſ: 3. Διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν] vetus, *propter traditionem veſtram*: id eſt, Ἵνα τὴν παράδοσιν ὑμῶν τηρήσητε, Marc: 7. v: 9. Bona interpretatio, nec eſt cur quis emendare tentet.

V. 5. Δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς] vetus, *Munus quodcunque eſt ex me, tibi proderit*: alii, *Donum eſt quocunque à me juvari poſſes*: Alii præſenti in futurum mutato, *Donum erit, quocunque à me juvari poſſes*. Mihi in locis hoc genus perplexis, et obſcuris, pro optimis interpretibus ſunt, qui verbis uſquequaque adhærent, nec tam ponderant ex quàm numerant. Quod ſi quid addendum videbitur juvandi lectoris causâ, quantò rectius id in Scholia, aut marginales Annotationes, quàm in Contextum ipſum conjiciatur? Bona igitur verba ſimpliciter ſic reddenda cenſeo: *Quicunque dixerit patri aut matri, Munus quod ex me tibi profueris, [ſive, utile tibi fuerit, in uſum tuum ceſſerit,] nec honorabit patrem ſuum, aut matrem ſuam.* Hîc totidem Græcis totidem Latina opponuntur, ut non ſit cur queratur quiſpiam, nativum Græci contextus vultum interpretationis audaciâ violari. Jam ſi explicationem vis, audi quid ſummi vir judicii * Joſ: Scaliger, tametſi obiter, dexterrimè tamen in hunc locum commentatus fuerit: *Non ſolùm Rabbini*, inquit, *ſed ut Doctores Latini, notiſſimas, et vulgo tritiſſimas ſententias dimidiatas ſolent citare. Ita verum* prover-

* *Elenchi cap. 9.*

proverbia apud omnes Nationes aliquando inchoata proferuntur. Quùm igitur quis offerebat Korban, dicebat: Hoc Korban quod ego Deo offero, profit mihi & meis. Hoc pacto putabat se liberum debita caritate in parentes, et defectum omni pietatis officio erga ipsos illo dono, quod Deo obtulisset, ita ut, si a parentibus provocatus, aut admonitus officii esset, aut de alimoniis dandis, aut de aliis officiis præstandis, eos ille submoveret exceptione illius oblationis: Nisi quod ego prius obtuli, me hoc omni onere liberat. Supplenda igitur est primùm exceptio illa filii adversus patrem: Δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, πᾶσις μοι πρὸς σε τιμῆς καὶ ὑπηρεσίας ἐλλείψει. *Deinde continuanda et supplenda itidem sententia Pharisæorum:* ὃς ἂν εἴπῃ, τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ, Δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, πᾶσις μοι πρὸς σε τιμῆς ἐλλείψει, καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ τὸν πατέρα αὐτοῦ, ἢ τὴν μητέρα αὐτοῦ ἀναπόδ ἐστιν, aut tale aliquid. Idem paulo post, sic legendum et intelligendum hunc locum docet, ac si bis poneretur index ille decurtatæ sententiæ, *& cetera*: semel post, *proferit*, et iterùm post, *matrem suam*, in hunc nimirùm modum: *Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri aut matri*, Donum, quod ex me tibi profuerit, *& cetera*, nec honoraverit patrem suum, et matrem suam, *& cetera*. Secundum Scalig. ergo duplici supplemento opus est: alii unico contenti sunt, ut Beza: alii ne unum quidem necessarium putant, ut Junius. Sed qui uno duntaxat loco supplendum aliquid existimant, de loco ipso non consentiunt: alii enim supplementum ponunt, in medio versu, post ὠφεληθῇς, alii verò in fine post μητέρα αὐτοῦ. Liberum est

unicuique, quam velit expoſitionem exhiſce tam diverſis ſequi. A me verò ſi quis quærat quid ſentiam, planè profiteor, me non perſpicere, cujus potiùs ſententiæ palma tribuenda ſit, quàm Scaligeri. Eſt enim perſpicua valdèq; probabilis, et (quod ego haud parùm æſtimo,) nihil eſt in ea coactum aut violentum, aut Helleniſmo repugnans. Jam quod ait Scaliger, proverbia aliquando decurtata proferri, ejus rei inſigne habemus exemplum apud Suidam, in Adagio, ἀπὸ καταδυομένης. Deeſt enim, ὅ, τι ἂν λάβῃς, κέρδος, hoc eſt, *quicquid acceperis, lucrum.* Cùm dicunt Græci proverbialiter, ἀπὸ καταδυομένης, id eſt, *E nave ſubeunte aquas, & jam jam ſubmergendâ*; intelligenda ſunt hæc: *quicquid acceperis, lucrum.* Metaphora, inquit Suidas, â mercatoribus, qui ſi quid è navi peſſum eunte, et fundum petente, et, uno verbo, ſidente, [Angl: ſinking,] acceperint, in lucro ſolent deputare.

Lege Theophylactum in hunc locum, quem ſecum facere dicit Scaliger, ſed an id ita ſit prudenti lectori experiendum relinquo.

V. 6. *propter traditionem veſtram*] vide ſuprà v: 3. hujus capitis.

V. 8. πόῤῥω] vetus, *longè*: alii, *procul.* Sed cur *procul*, potiùs quàm, *longe*, niſi æquum putamus, ut τὸ μακρὰν per *longe*, et τὸ πόῤῥω, per *procul*, ſemper exprimatur?

V. 9. vetus, *mandata hominum*] Græcis nihil adjiciens: alii, *quæ ſunt mandata hominum*, perſpicuè fateor, et diligenter, ſed diligentiâ, quæ marginem melius quàm contextum deceat.

V. 11. vetus, *Non quod intrat in os*, &c.] Rectè per totum verſum.

V. 13. πᾶσα φυτεία] vetus, *omnis plantatio*, id eſt, omnis planta. Nam ſi φυτεία ἀντὶ τοῦ φυτεύ-

φυτεύματος sive φυτῦ ponitur, cur non *plantatio* item pro *planta*?

V. 14. ὁδηγῆ] vetus, *ducatum præstet*, id est, *dux fuerit*, *præjerit*. Sed simplicissima est interpretatio: *si cæcus cæcum duxerit*.

V. 16. ἀκμὴν] id est, ἔτι, Suidas et Hesychius.

V. 18. κοινοῖ] id est, μολύνει, μιαίνει, καταρυπαίνει, Theophylactus.

V. 22. γυνὴ χαναναία ἀπὸ τῶν ὁρίων ἐκείνων, &c.] Vide Chrysostomi hom: 44. in Genesin, ubi luculentam habes totius istius narrationis paraphrasin.

V. 23 ἠρώτων] vetus, *rogabant*: Rectè, ut et paulò post in eodem versu, ὅτι, *quia*.

V. 27. Ναὶ Κύριε] id est, Isaaco Casaubono interprete, notis suis in hunc locum: *Obsecro te Domine*: pro qua interpretatione facere videtur, ἀπολογικὴ particula, γὰρ, quæ proximis verbis sequitur, rectiúsque subjicitur, ναὶ, obsecranti, quàm concedenti; ut sensus sit: "Obsecro te Domine ne nega hoc mihi. Nam "ut catella sim, tamen et catellæ ipsæ vescun- "tur micis, nec penitùs excluduntur.

V. 28. ἰάθη ἀπὸ ἐκεῖ] id est, *sedebat illic*.

V: 32. καὶ ἀπολῦσαι αὐτοὺς νήστεις οὐ θέλω] Lucilius Epigrāmatographus ἀνθολ. ἐπιγραμ. lib. 2. c: 40. Ποιητὴς κανάειρ© ἀληθῶς ἐστιν ἐκεῖνο©, Ὅστις δειπνίζει τῶν ἀκροασαμένους. Ην δ' ἀναγινώσκῃ καὶ νήστιας οἴκαδε πέμπῃ, Εἰς αὐτὸν τρεπέτω τὴν ἰδίην μανίην. Ib. μήποτε ἐκλυθῶσιν ἐν τῇ ὁδῷ] vet: *ne deficiant in via*: alii, *ne viribus deficiant*; sed satis est, *deficiant*, per se positum, ut nihil addatur. 2. Sam: cap: 17. v. ult: καὶ προσελύεσαν τῷ Δαβὶδ καὶ τῷ λαῷ τῷ

μετ'

μετ' αὐτοῦ, φαγεῖν, ὅτι εἶπον, ὁ λαὸς πεινῶν καὶ ὀκλελυμένος καὶ διψῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ.

CAP. XVI.

VErs: 2. ὀψίας γινομένης] vetus, *facto vespere*: non malè, quia Latina Græcis adæquatè, ut sic loquar, respondent.

V: 4. μοιχαλὶς] vetus, *adultera*, quod rectiùs videtur, quàm *adulterina*.

V: 5. ἐπελάθοντο] id est, *senserunt se oblitos fuisse panes sumere*: Sic enim malo, quàm τὸ ἐλθόντες, exprimere, per, *irent*, acsi nimirum idem valeret, ac πορευόμενοι, quod sanè duriusculum est.

V. 7. ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβομεν] vetus, *quia panes non accepimus*: alii omittunt causalem particulam, sed sine causa, cùm et sequente versu, ubi hæc eadem repetuntur, exprimendam agnoscant, nec hoc versu sit otiosa: *quia panes non accepimus*; sc. *hoc dicit*, τοῦτο λέγει. Est oratio concisa, et elliptica.

V: 9. οὔπω νοεῖτε] vetus, *nondum intelligitis*, pro quo nonnulli substituunt, *nondum animum advertitis*: recténe an secus prudens lector æstimet.

Sic v. 11. τὸ *intelligitis*, retinendum puto.

V. 12. vetus, *a doctrina Pharisæorum*: Rectè; at non ita rectè, qui dicunt, *a fermento doctrinæ*, quia nimiùm sibi permittunt in textu ipso interpolando.

V. 13. *Cæsarea Philippi*] satis est.

V. 16. *Tu es Christus filius Dei vivi*, [vel, *viventis*]

viventis.] Beza, *Tu es Christus ille*, &c. Piscator, *Tu es Christus, Filius ille Dei viventis.* Melancthon Postill: parte 3. pag: 238. *In Græco est*, ὁ υἱός, *in Latino absurde diceretur*, Tu es ille Filius Dei viventis.

V. 17. Miror cur verbum, *revelavit*, quibusdam non satisfaciat.

V. 18. ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ &c.] Chrysost: hom: 21. in Joh: πῶς μὲν γὰρ Πέτρῳ οὐδὲν ὕστερον περιεσίδηκεν ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ὡς ἀπηρτισμένης αὐτῷ τῆς πίστεως, τὴν ἐκκλησίαν ἔφησεν, ἐπὶ τὴν ὁμολογίαν οἰκοδομήσειν τὴν ἐκείνου. Idem hom: 2. in Genes. pag. 8. lin: 37. ἡμεῖς δὲ τῆς πέτρας ἐχώμεθα τῆς ἀρραγοῦς. id est, *Nos vero petræ infractæ adhæreamus*: hoc est, veritati historiæ Mosaicæ. Liturgia Jacobi pag: 26. εἰς στηριγμὸν τῆς ἁγίας σου καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, ἣν ἐθεμελίωσας ἐπὶ τὴν πέτραν τῆς πίστεως, ἵνα πύλαι ᾅδου μὴ κατισχύσωσιν αὐτῆς. Basilius hom: εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν παροιμιῶν, pag. 182. αὕτη ἡ φρόνησις χαρίζεται τῷ οἰκοδομῇ [illegible] τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν τὸ θεμέλιον αὐτοῦ τιθέναι ἐπὶ τὴν πέτραν, τουτέστι, τῇ εἰς Χριστὸν ἐπερείδεσθαι, ὥστε ἄσειστον &c. Nilus de prim: Papæ lib. 2. p: 25 Τοῦτο γὰρ καὶ φορτικὸν, καὶ οὐ πόρρω τῆς Ἰουδαϊκῆς παχύτητος, περιγράφειν τῇ Ῥώμῃ τὴν ἐκκλησίαν. ἀλλ' ᾠκοδόμησε δὲ αὐτὴν ἐπὶ τῇ θεολογίᾳ τοῦ Πέτρου, καὶ ἐπὶ πᾶσιν, οἳ τῆς τοιαύτης ὁμολογίας φύλακες ἔσονται. Ibid. οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς] vetus, *non prævalebunt adversus eam*, vel, *non prævalebunt ei*, hoc est, viribus suis eam non superabunt.

V. 21. ἐγερθῆναι] vetus, *resurgere*: alii, *suscitari*. Sed cùm, qui suscitantur, etiam resurgant, quid, quæso, sensui officiet, si veterem hîc interpretem sequamur, nec hîc solùm, sed alibi etiam Matth: 11. 5.?

ἐγερθῆναι *hic est*, ἀναστῆναι. *vide Marc*: 8. 31.

Ἵλεως

V. 22. Ἵλεώς σοι Κύριε] Syriacè חס לך vel, חס לך Vide Buxtorfii abbreviaturas, pag:76. vetus, *Absit a te Domine.* optimè sanè, utcunque viri præclari, nec unquam satis laudati, aliter sentiant. Si communem τοῦ ἵλεως usum spectes, sonat, *propitius*, sed si peculiarem illum usum respicias, quem habet aliquoties apud Græcos Bibliorum interpretes, nemo, opinor, negaverit, veterem hîc interpretem rem acu tetigisse. חלילה apud Hebræos est interjectio prohibentis et abominantis, pro quâ Latini dicunt, *absit*, et adjunctis pronominibus primæ et secundæ personæ, *absit mihi*, sive *a me*, et *absit tibi*, sive *a te*: Græci verò interpretes ejus loco utuntur nunc, μὴ γένοιτο, nunc μὴ εἴη, nunc μηδαμῶς, et interdum ἵλεως. Exempla hujus τοῦ ἵλεως usus subjiciam, quô res extrà dubium ponatur. 2. Sam: 20. 20. Mulier quædam sapiens suspectum habet Joabum ac si in animo illi esset oppidum Abelum perdere. Joab hanc â se suspicionem quàm longissimè amoliens, dicit חלילה חלילה לי id est, *Absit, absit hoc â me*, Græcè verò ex versione τῷ ὁ, ἵλεώς μοὶ, ἵλεώς μοι. Sic cap: 23. ejusdem libri v: 17. David validissimè recusans de aqua Bethleemiticâ bibere חלילה לי inquit, id est, Græcè, ἵλεώς μοι, pro quo in Anglicis Bibliis est, **far be it from me**: Similiter 1. Paral. 11. 19. ubi eadem res iterùm narratur Hebraicè est חלילה לי et Græcè, ἵλεώς μοι. Porrò cùm Mattathias [1. Maccab. 2.] jussus deserere legem Dei, suo suorumque nomine magnâ voce respondet: ἵλεως ἡμῖν, nonne hoc vult: חלילה לנו id est, μὴ γένοιτο

ἡμῶν, quemadmodum legimus Josuæ cap: 24. v. 16. ? Scio illo loco, veterem Latinum interpretem, pro ἵλεως ἡμῖν, habere, *propitius sit nobis Deus*, sed non alio, credo sensu quàm si dixisset: *Absit à nobis*. Nihil enim prohibet, quò minus ex consuetudine Biblici Hellenismi, *absit à nobis*, et *propitius sit nobis Deus*; eodem modo accipiantur, eundemque usum habeant. Dico igitur ἵλεως σοι, apud Matthæum, respondere interjectioni Hebræorum חלילה לך, multóque melius exprimi per, *absit a te*, quàm per, *propitius tibi esto*, si modò, *propitius tibi esto*, vox sit obsecrantis, non autem recusantis, et cum singulari quadam vehementiâ prohibentis aut negantis. Augustinus enarratione Psal: 126. col: 1480. utramque interpretationem conjungit, sic hunc locum recitans: *Absit a te, propitius esto tibi, non fiet istud*. Non est tamen veri dissimile, posteriorem interpretationem additam fuisse à studioso aliquo, vel interlineali spatio, vel in margine, atque ita deinde, ut fit, in contextum irrepsisse. Ad extremum scire oportet, τὸ ἵλεως, apud Græcos Bibliorum interpretes, aliàs respondere Hebræorum nomini שלום, ut Genes. 43. v. 23. aliàs interjectioni חלילה quemadmodum superiùs indicavimus.

V. 23. vetus, *Vade post me Satana, scandalum es mihi: quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum*] Omnia proba et recta, si quid ego video: *Non sapis ea quæ Dei sunt*, &c. id est, res astimas non ex decreto et consilio Dei, sed ex hominum judicio, sensúque carnis. Chrysost: in hunc locum: τί δέδιεν, ὁ φρονεῖς

φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων; Ἐκεῖνος ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ, καὶ ζηΐνῳ πρᾶγμα ὑξετάζων, ἐνόμισεν ἀιχρὸν εἶναι τοῦτο, καὶ ἀπρεπές. Καθικνούμενος τοίνυν αὐτοῦ, φησιν· οὐ τὸ ἐμὲ παθεῖν ἀπρεπὲς, ἀλλὰ σὺ σαρκικῇ γνώμῃ τούτοις ψηφίζῃ· ὡς εἰ κατὰ Θεὸν ἤκουες τῶν λεγομένων, τῆς σαρκικῆς διανοίας ἀπαλλαγεὶς, ᾔδεις ἂν ὅτι ἐμοὶ μάλιστα τοῦτο πρέπον ἐστί, &c.

V. 24. Placet vetus interpres.

V. 26. ἀντάλλαγμα] vetus, *commutationem*: id est λύτρον, sive redemptionis pretium. Id enim significare videtur, ἀτάλλαγμα hoc loco: ἀντάλλαγμα, Hebraicè מחיר: vide Prov: 17. v: 16.

V: 28. οὐ μὴ γεύσωνται] vetus, *non gustabunt*: quod satis est; vide supra cap: 5. v: 18. Ibid. ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ] vetus, *in regno suo*: Rectè.

V: 26. τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ] vetus, *animæ verò suæ detrimentum patiatur*; optimè, sine dubio optimè.

Cap. XVII.

VErs: 9. τὸ ὅραμα] vetus, *visionem*: id est, id quod vidistis.

V: 10. ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον] vetus, *quod Eliam oporteat primùm venire*: pro quo dicere etiam licet: *Eliam primum venire oportere*: alii, *oportere ut Elias primum veniat*. Sed si benè observavi, apud puriores linguæ Latinæ authores, vix invenias ubi, *ut*, post, *oportet* exprimatur. *Trajectio vide infra Cap. 26. v. 24*

V: 18. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ] id est, τῷ δαιμονίῳ. Pulchrè ergo Beza: *Et increpavit dæmonium.*

V: 19. Τότε προσελθόντες, &c.] vetus, *Tunc accesserunt, &c. & dixerunt*: alii, *Tunc adeuntes dixerunt*, neglectâ præteriti significatione in προσελθόντες, quod aliâs ab iis fieri non solet: Igitur Matth: 22. v: 29. pro, *Respondens Jesus dixit eis*: malit fortasse quispiam: *Respondet Jesus, & dixit eis.* Græcè enim est, ἀποκριθεὶς ὁ Ιησοῦς εἶπεν αὐτοῖς. Leviculum hoc esse non nego, et si verum fateri volumus, Participia præsentis terminationis apud Latinos ὀριστῶς sæpè significant. Sic *deplorans* apud Suetonium, est ὀλοφυρόμενος, non ὀλοφυρόμενος, (ut ab eruditiss: Casaub: annotatum est,) et apud Terentium, *adveniens* ἐλθὼν, non ἐρχόμενος, et apud Virg: *linquens*, λιπὼν, non λείπων.

V: 20. Μετάβηθι] id est, *transi*, vel, *migra.*

V: 21. εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ] id est, *nisi per intentissimam precationem*: ἐν προσευχῇ ἐντονῇ, qualis esse solet eorum, qui jejuniis carnem perdomuerunt. Ἐν διὰ δυοῖν, aut quidpiam tale. Act: 14. 23. προσευξάμενοι μετὰ νηστειῶν, *cùm precati essent cum jejuniis.*

V: 23. Καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν] vetus, *Et occident eum*: alii, *Et trucidabunt eum.* Cæterum differentia, si qua ponitur, inter *occido*, et *trucido*, non est tanti, ut propterea vetus interpres sit relinquendus. Ibid. ἐγερθήσεται] id est, ἀναστήσεται, interprete Theophylacto. Quare causa non fuit, cur recentiores interpretes

terpretes veteris τὸ *resurget*, repudiarent.

V. 24. προσῆλθον] vetus, *accesserunt*: alii, *venerunt*: cùm aliis in locis quamplurimis τὸ προσῆλθον per *adierunt*, exprimant. Hîc autem, *venerunt*, eò minùs convenit, quia ingratum sit auribus, si post, *venissent*, *venerunt*, proximè sequatur. Igitur malo *accesserunt*, aut *adierunt*.

Cap. XVIII.

VErs. 1. μείζων ἐστὶν] vetus, ad verbum, *major est*. Græcâ enallage retentâ. *Major*, id est, maximus.

V. 2. παιδίον] vetus, *parvulum*: alii, *puerulum*, quod non improbo, ut neque *parvulum*, quamvis docti viri annotarint, veterem interpretem hoc nomine meritò reprehendi, quòd παιδίον *parvulum* reddiderit. Quid ita? Quia, *parvulus* non tam de *ætate*, quàm de *staturâ* dicitur. De *statura* non nego, sed et *de ætate* dicitur, ni valde fallor. Quid? cùm Terentius dicit, *emite à parvulo*, et *à parvulo eduxit*, staturamne an *ætatem* intelligit? Ætatem opinor. Joach: igitur Camerarius, vir absque controversiâ doctiss: et linguæ utriusque peritissimus, minimè veritus est, παιδίον, *parvulum* interpretari. Sic enim ille, comment: utriusque linguæ, col. 18. *Nunc igitur ætates persequamur, quarum est prima, secundum Hippocratem, septennium à partu proximum, nominatúrque in hac* παιδίον, id est, parvulus.

Idem non ita multò post, τυτθὸς, parvulus. Iliad. ψ. Ἕυτε με τυτθὸν ἔοντα, et παῖδα νέον γεγαῶτα, Odyss: τ. *In quibus locis loquitur Hom. non tam de statura, quam de ætate.* Immeritò itaque vapulat hîc vetus interpres. Quintilianus lib: 1. cap: 2. fol: 5. a: *Namque eorum parvis cognitio gratior est, quos ediscere inter lusum licet.* Idem cap: 4. fol: 7. b. *Denique cùm parvulum verberibus coegeris, quid juveni facias, &c.* Cæsar de bello Gallico lib: 6. eo loco, ubi Germanorum mores describuntur: *Ab parvulis duritiei ac labori student.*

V: 6. Lego: *Quicunque autem scandalizaverit unum de pusillis istis, qui credunt in me, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, et demergatur in profundo maris.*

V: 7. Retineo *scandalis*, et sic deinceps. Retineo etiam, *veniant*, et *venit*.

V: 8. Deest μᾶλλον, ante, ἢ δύο χεῖρας, cujus ellipseos plurima sunt exempla, apud Hebræos, Græcos, et Latinos, sicut a doctiss: viris jam olim annotatum est. Ego unum duntaxat exemplum proferam è Psal: 55. v: 9. *Maturarem fugam mihi quam ventus a turbine excitatus*: id est, magis quàm, sive ocius quàm ventus, &c. vide Drusii Prov: class: 2. lib: 5. adag: 66. Alii hîc, καλὸν, pro κρεῖττον, accipiunt. Sed mihi magis placet ellipsis, quàm enallage.

V. 9. μονόφθαλμον] id est, *luscum*, vel, *coclitem*: Coclites enim ii sunt Latinis, qui Græcis μονόφθαλμοι, et ἑτερόφθαλμοι.

V: 10. διὰ παντός] id est, πάντοτε, ἀεὶ, διηνεκῶς. Rectè vetus, *semper*.

V: 17.

V: 17. παρακούσῃ] id est, καταφρονῇ ὃ μηδένα ποιήσασθαι λόγον, Chrysost: ὅταν δὲ καὶ τούτων καταφρονήσῃ, τότε αὐτὸν καὶ ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐξάξει. Et paulò post: Διὰ τοι τοῦτο καὶ πρῶτον, καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον ἐπέτρεψε κρίνεσθαι, καὶ οὐκ εὐθέως ἐξέκοψεν, ἵνα κἂν τοῦ πρώτου παρακούσῃ, τῷ δευτέρῳ εἴξῃ, κἂν τούτῳ μηδένα ποιήσασθαι λόγον, τὴν μέλλουσαν καταπλαγῇ τὴν μωρίαν, καὶ τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ψῆφον τε καὶ δίκην.

V: 21. τότε προσελθὼν αὐτῷ ὁ πέτρος εἶπε] id est, *Tunc accessit ad eum Petrus*: vel, *Tunc adiit eum Petrus, & dixit*. Vide suprà cap: 17. v: 19.

V: 26. μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ] vetus, *Patientiam habe in me*: id est, Patiens erga me esto; patienter me expecta: alii, *differ iram in me, et cohibe iram erga me*. Atqui non petit servus a rege, ut differat iram suam, sed ut diem solutionis comiter et clementer proroget. Ira debetur facinerosis, non imparatis à pecunia, et qui solvendo non sunt. Chrysostomus igitur et Theophilactus dicunt servum quæsivisse solùm ἀναβολὴν καιροῦ καὶ προθεσμίας ὑπέρθεσιν: id est, *dilationem diei & prorogationem temporis*. Obiter autem hîc monendum, προθεσμίαν, ut mihi videtur, vitiosè legi apud Theophylactum, pro, προθεσμίας ὑπέρθεσιν. Qui vertunt, μακροθύμησον, *differ iram*, animum videntur intendisse, in originem vocis potius quam in usum, quod qui faciunt, facilè de via deflectant. Sirachidæ dictum est, c: 29. v: 11. πλὴν ἐπὶ ταπεινῷ μακροθύμησον, h. e. Drusio interpete: *veruntamen erga humilem longanimis esto*: cujus dicti hæc est sententia:

Ne sis nimis rigidus in exigendo debito ab eo qui fortunis suis omnibus lapsus est, sed si minus ad condictum diem pecuniam a te mutuò acceptam representaverit, placide et patienter ferto. Nihil igitur impedit quò minus et hic dicamus μακροθύμησον ἐπ' ἐμοὶ, id est, *Longanimis erga me esto*: Jacob: 5. 7. ἰδὺ ὁ γεωργὸς ἐκδέχεται τὸν τίμιον καρπὸν τῆς γῆς μακροθυμῶν ἐπ' αὐτῷ id est, Beza interprete: *patienter eum expectans.*

V: 27. Satis est; *commotus misericordiâ*, sine *intimâ*, quod de aliis omnibus id genus locis dictum intelligatur. Ibid. Τὸ δάνειον] vetus, *debitum*: Rectè.

V: 28. καὶ κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε] id est, *et comprehensum illum præfocabat*, sive, *prehensum illum suffocabat*, hoc est, fauces illi premebat, seu collum obtorquebat, quemadmodum, ni fallor, locum hunc enarrat Camerarius. Lucianus dialogo Charonis, Mercurii, et Menippi: Καὶ μὴν ἄγξω σε, νὴ τὴν Πλούτωνα, ὦ μιαρὲ, ἢν μὴ ἀποδῷς verba sunt Charonis naulum à Menippo rigidissimè exigentis, et ni repræsentet, minitantis se illum jam jam præfocaturum. Festivissimus est dialogus, et pulchrè describit rigidum debiti exactorem, in quo nulla sit vel mica τῆς μακροθυμίας. D. Basilius κατὰ τῶν τοκιζόντων, de fæneratorum in exigendo sævitiâ, ἐὰν προΐῃς τοῦ δωματίου, ἕλκει πρὸς ἑαυτὸν καὶ κατασύρει, ἐὰν ἔνδον σεαυτὸν κατακρύψῃς, ἐφέστηκε τῇ αὐλαίᾳ, καὶ θυροκρουστεῖ, ἐπὶ γαμετῆς καταιχύνει, ἐπὶ φίλων καθυβρίζει, ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἄγχει, &c. Hîc ἄγχω est πνίγω.

V. 34. Καὶ ὀργισθεὶς ὁ κύριος αὐτοῦ, &c.] Hîc locus

locus fuit iræ, non antea, cum nihil irâ dignum commisisset.

Cap. XIX.

VErs: 1. μετῆρεν] vetus, *migravit*: quod cur cuiquam displiceat, fateor me non videre. Μετῆρεν enim quid est nisi μετέβη? Supra cap: 13. v: 53. μετῆρεν ἐκεῖθεν, id est, *migravit*, sive, *transiit illinc.* Chrysost: ibi, quærens cur Christus μετῆρεν ἐκεῖθεν, verbis, non sensu mutatis, ait: τί δὲ ἔνεκεν καὶ μεταβαίνει; Sic Theophylactus, μεταβαίνει δὲ, ἵνα καὶ ἄλλους ὠφελήσῃ τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ. Μετῆρεν, ergo, μετέβη, *transiit*, *migravit*, ἀπῆρε. Ibid. πέραν τοῦ Ἰορδάνου] vetus, *trans Jordanem*, alii, *trajecto Jordane*: alii, *secus Jordanem.* De media interpretatione nihil dico. Prima et ultima sic conciliari possunt. Certum est, *trans*, & *citra* de eodem loco dici posse, mutato respectu. Nam quod habitantibus trans Jordanem *citra* est, id *cis* Jordanem degentibus, ultra est, et vice versâ. Præterea, *secus* sive *secundum* flumen ea sumi, quæ proximè illi adjacent tam cis quàm ultrà. Hinc fit, ut עבר Hebraicè, et Græcè πέραν, triplicem sortiantur interpretationem, et nunc per *trans*, (quod usitatissimum est et maximè proprium) nunc per *citra*, et aliquoties per *secus* et *secundum* exponantur. De πέραν pro *citra* exempla habemus clarissima Numb: 22. v. 1. & Deut: 1. v. 1. et 5. Est etiam ubi non alio modo

modò commodiùs, quam per *secus*, aut *secundum* exponi posse videtur, ut Jos: 5. v. 1. 1 Maccab: 9. v: 34. Matth: 4 15. Joh: 1. 28. et 10. 40. J. Casaub: notis in Joh: 1. πέραν, inquit, *ex Hebræorum idiotismo, non semper ulteriorem ripam, sed simpliciter* τὴν παραποταμίαν *notat*. Est ergo πέραν, et *trans*, et *citrà*, et *secus*, sive *secundum*, sed *trans*, propriè et primariò, *citrà*, et *secus*, secundario quodam modo. Quòd si πέραν, hujus Hebraismi capax sit, et tam latè extendatur, cur non et *trans*, saltem iis locis, ubi τὸ πέραν largius sumpto respondet? Hoc duntaxat quæro, statuo verò nihil.

V. 4. ὅτι ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς &c.] id est, *quòd qui fecit ab initio*, [sc. hominem] *masculum et fœminam fecit eos*. Adde, *hominem*, et pro *quia*, pone *quod*, et quid, quæso, desideres in veteri interpretatione?

V: 5. κὰι προσκολληθήσεται] vetus, *et adhærebit*: alii, *et agglutinabitur*. Sed illud mihi συμβήσεται videtur. Vide Luc: 15. v: 15.

V. 7. βιβλίον ἀποστασίου] Vide supra cap: 5. v: 31.

V. 8. ἀπ' ἀρχῆς δὲ οὐ γέγονεν οὕτω] vetus, *ab initio autem non fuit sic*: alii, *cæterùm a principio non fuit ita*: quæro, quid interfit.

V. 10. *Si ita est causa hominis cum uxore*: id est, si ita est conditio hominis cum uxore.

V: 11. χωροῦσι] vetus, *capiunt*, quod multo rectius mihi videtur, quam, *capaces sunt*.

Sic

Sic ſtatim poſt, *Qui poteſt capere, capiat*: multò magis auribus meis placet, quam, *Qui poteſt capax eſſe, capiat.*

V: 16. Διδάσκαλε ἀγαθέ] Vetus, *Magiſter bone*, pro quo alii malunt, *Doctor bone*, à veteri interprete ſine causâ, opinor, diſcedentes. Gloſſarium vetus, *Magiſter*, ἐπιστάτης, ἄρχων, διδάσκαλος. Lexicon Græco-lat: vetus, Διδασκαλία, *doctrina, Magiſterium.* Διδάσκαλος, *Doctor, Præceptor, Magiſter.*

V. 20. τί ἔτι ὑστερῶ;] Vetus, *quid adhuc mihi deeſt?* Rectè, et ſic proximo verſu: ὕπαγε *vade*, & δεῦρο, *veni.* Nam ſi δεῦτε, Matth. 11. 28. eſt, *venite*, conſentaneum omnino videtur ut δεῦρο etiam ſit, *veni.* Heſych: Δεῦρο, ἐνθάδε ἐλθέ, id eſt, *huc veni*, vel ſeparatim, *huc veni*, et Suidas, σημαίνει δεῦρο, καὶ τὸ ἐλθέ. Sic Joh. 11. 43. δεῦρο ἔξω, *veni foras, exi foras.* Etymologus magnus σημαίνει, δεῦρο, καὶ ἔξελθε, ὡς ἐν τῇ διὰ χάρτου Λάζαρε δεῦρο ἔξω, ἀντὶ τοῦ ἔξελθε. Marc: 10. 21. δεῦρο, ἀκολούθει μοι. *Veni, ſequere me*, Beza.

V: 22. ἦν γὰρ ἔχων κτήματα πολλά] vetus, ſervato Helleniſmo, *erat enim habens multas poſſeſſiones.* Dico, ſervato Helleniſmo, quia non ignoro virum maximum, Hæbraiſmum hîc facere, (ni culpa ſit Typographi,) cùm tamen Græci quàm Hebræi, juſtius multò peripbraſin iſtam ſibi vendicent.

V: 25. ἐξεπλήσσοντο σφόδρα] id eſt, *valde percellebantur, vulde obſtupeſcebant, mirabantur valde.*

V. 29. ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου] vetus, *propter nomen meum*, et ſic Chryſoſtomus hom: 40. in

in Geneſin, pag: 325. lin: 28. ὅσις ἂν κληρονομήσῃ πατέρα ἢ μητέρα, &c. διὰ τὸ ὄνομά μου, &c. Ibid: κληρονομήσει, *poſſidebit*. vide infra cap: 5. v: 5.

Cap. XX.

Verſ: 2. ἐκ δηναρίου] id eſt, *denario*, vel, *de denario*.

V. 5, ὡσαύτως] id eſt, παραπλησίως, ὁμοίως, *ſimiliter*: Parùm igitur refert, utrum pro ὡσαύτως, *ſimiliter* dicatur, an, *itidem*.

V: 10. Ἐλθόντες δὲ οἱ πρῶτοι ἐνόμισαν &c.] id eſt, *venerunt autem primi, et exiſtimarunt*, &c. Vide ſupra annotationes meas in Matth. 17. 19.

V: 12. μίαν ὥραν ἐποίησαν] vetus, *unam horam fecerunt*, id eſt, fecerunt opus, ſive opera ei ſunt, Hebraicè, עשו Ruth 2. 19. ותאמר לה חמותה איפה לקטת היום ואנה עשית והי מכירך ברוך והגד לחמותה את אשר עשתה עמו ותאמר שם האיש אשר עשיתי עמו היום בעז id eſt, Græcè ex verſione ὃν ὁ Καὶ εἶπεν αὐτῇ ἡ πενθερὰ αὐτῆς, πῦ συνέλεξας σήμερον, καὶ πῦ ἐποίησας, εἴη ὁ ἐπιγνοὺς σε εὐλογημένος· καὶ ἀνήγγειλε Ρὺθ τῇ πενθερᾷ αὐτῆς πῦ ἐποίησε, καὶ εἶπε τὸ ὄνομα τῦ ἀνδρὸς μεθ' ὃ ἐποίησε σήμερον Boëz. Hîc, ut perſpicuum eſt, ἐποίησας et ἐποίησε, et ἐποίησε ſunt, *feciſti opus*, ſive, *operatàs es*, et *fecit opus*, ſive, *operatus eſt*, et *feci opus*, ſive *operata ſum*, nec aliter a veteri ibi Latino interprete accipiuntur.

Anglicè,

Anglicè thou wroughtest, she wrought, I wrought. Qui 70. interpretes non legit, aut minus legit accurate, is sciat se non adeo idoneum, qui scripta Evangelica Apostolica de Græco in Latinum, aut alium aliquem sermonem transferat, ut ut in aliis Græcis Scriptoribus multum diuque fuerit versatus.

V: 19. καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται] vetus, *et tertiâ die resurget*: Alii, *sed tertia*, &c. perspicuè fateor, et diligenter: Sed nescio quomodo malo ego nativum quasi vultum Græcæ orationis in Latina contemplari, quam scholiis, quantumvis doctis, interpolatum. Atque idem dico de v: 22. cap: 13. & de aliis consimilibus locis compluribus.

V: 22. πιεῖν τὸ ποτήριον, &c.] vide Drusii prouerbiorum class: 1. lib: 3. adag. 37. et 38.

V: 23. ἀλλ' ἡτοίμασται &c.] vetus, ad verbum, *sed quibus paratum est*: alii, addunt, *dabitur*, quod nemo non addendum videt; igitur vel omittere licebit, vel reponere in margine.

V: 24. οἱ δέκα] id est, *reliqui decem*.

V: 28. οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι, καὶ δοῦναι] hoc est, *non venit ut ministraretur sibi, sed ministraret, et daret*. Observatio enim est doctorum virorum, ubi verbum præteriti temporis præcesserit, consentaneum esse, ut verbum quod subjiciatur, imperfecti sit temporis potius quàm præsentis. Hoc, ut non sit perpetuum, tamen magna ex parte valet, nec causa est cur non et hîc valere debeat.

Ibid.

Ibid. λύτρον] Eustathius in Iliad: ἀ: τὸ λύεσθαι, καὶ τὸ λυτρὸν κυρίως ἐπὶ ἐξωνήσεως αἰχμαλώτου τίθενται.

V: 31. ἐπετίμησεν αὐτοῖς &c.] Vetus, *increpabat eos ut silerent*: hoc est, increpans eos, jussit, vel jubebat silere. Verbum *prægnans*, ut loquuntur Grammatici. Sic, *sitit*, apud Persium, pro, sitiens promit, et *cænat*, apud Suetonium, pro cænando exprimit. Vide Is: Casaubonum.

V: 34. pro σπλαχνισθείς] satis est si dicatur Latinè: *Misericordiâ commotus*.

Cap. XXI.

VErs: 5. καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου] id est, *et pullum filium asinæ*. Sic enim restringitur aliquoties τὸ ὑποζύγιον, Ut Exod: 20. v. 17. & alibi.

V. 9. ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις] vetus, *Hosanna in altissimis*: Rectè, nec desidero ampliùs. Quòd si quæ addenda videbuntur explicationis et perspicuitatis causâ, ea locum sibi quærant oportet in margine, aut annotationibus majoribus, non autem in ipso contextu.

V. 19 καὶ λέγει αὐτῇ, Μηκέτι, &c.] id est, ut Leo magnus, eleganter loquitur Sermone 7. de jejunio: *perpetuâ eam sterilitate damnavit*.

V: 21. τὸ τῆς συκῆς] id est, *ficus illud*, vel, *ficus hoc*: vide supra cap: 8. v: 33.

V:22.

V: 22. πάντα ὅσα ἂν αἰτήσητε] vetus, *omnia quæcunque petieritis*: non malè.

V: 28. Vetus interpres legisse videtur, ἄνθρωπός τις. Ibid. καὶ προσελθὼν τῷ πρώτῳ] vetus, *et accedens ad primum*: alii, *et accedens ad priorem*. Sed cur *priorem* potiùs, quàm *primum*? Nonne enim sequitur paulo post, *et accedens ad secundum*? At *secundus* rectius cohæret tum primo, quàm cum *priore*, quia *primus* et *secundus*, ejusdem ambo sunt συζυγίας. *Priori* certe respondet *posterior*, ut *primo secundus*: hujus ergo mutationis nullam satis justam causam video: Infra v: 36. hujus capitis, ubi πρώτου cum ὑστέρου non expressè confertur, etiam vetus ipse interpres, pro πρώτων, non dubitavit, *prioribus*, Latine, dicere, πλείονας τῶν πρώτων, *plures prioribus*.

V. 29. μεταμεληθείς] vetus, *pœnitentiâ motus*, et infra cap: 27. v: 3. *pœnitentiâ ductus*: utrumque rectè.

V: 30. vetus, *Ego Domine*] Nihil muto. Nam si Græca satis aperta sunt, quid ni et Latina? Facies ipsa Græci sermonis mihi placet, etiam ubi ἐναλλαγαὶ sunt, et ἐλλείψεις. Quòd si lectori imperito consulendum est, quàm facile id fiat brevi aliquâ annotatiunculâ in margine?

V: 31. *Fecit voluntatem patris*] rectè.

V: 32. plenius et melius uidetur, *in viâ justitiæ*, quàm *viâ justitiæ*: in extremo versu lego, *vos autem vidistis, nec pœnitentiam postea egistis, ut crederitis ei.*

V. 34. λαβεῖν τοὺς καρποὺς αὐτοῦ] vetus, *ut acciperent*

perent fructus ejus: Piſcator, *ut acciperet*, ſc. ὁ οἰκοδεσπότης Senſus eôdem redit, nec refert multum, dicamuſne, ſervos domini ſui nomine, an Dominum per ſervos accepiſſe.

V. 35. ἔδειραν] vetus, *ceciderunt*, et ſic etiam Beza, niſi quod *ceciderunt*, in *cecideruntmutarit*, quâ de cauſa neſcio. Piſcator, *verberarunt*: ſed leves omnino ſunt rationes, quæ contra τὸ *ceciderunt* afferuntur, veluti quod ambiguum ſit: nam hæc primaria eſt ratio; ut enim aliâs ſit ambiguum, certè hîc non eſt. Quòd non ſit a *cado*, ſyntaxis ipſa docet; quòd non ſignificet *occido*, verbum proxime ſequens declarat. Aliôquin inanis eſſet et Apoſtolo indigna tautologia.

V: 36. *ſimiliter*, pro ὡσαύτως] non diſplicet. Vide ſupra cap: 20, v.5.

V. 38. ἰδόντες τὸν υἱον] vetus, *videntes filium*, id eſt, ut viderunt filium, vel, viſo filio, participio præſentis terminationis ἀορίςως ſumpto. Vide ſupra, cap: 17. v: 19.

V: 42. Λίθον, ὃν &c.] vetus, *Lapidem quem* &c. ſimpliciſſimè nobis referens genuinam Apoſtolici ſermonis faciem, quod mihi certe, nec hîc, nec alibi improbatur.

V: 44. λικμήσει αὐτόν] vetus, *conteret eum*: alii, *diſſipabit*. Neutram interpretationem repudio, Dan: 2. 44. de regno potentiſſimo Chriſti, λεπτυνεῖ καὶ λικμήσει πάσας τὰς βασιλείας, id eſt, *comminuet, et conſumet*, &c.

V. 45. ἔγνωσαν ὅτι περὶ αὐτῶν λέγει] vetus, *cognoverunt quod de ipſis diceret*: Recte, niſi quis malit, pro, *diceret*, *loqueretur*. Ego tamen nihil muto.

V. 46.

V: 46. ἐφοβήθησαν τοὺς ὄχλους] vide suprà cap: 14. v: 5.

Cap. XXII.

VErs: 2. Ὡμοιώθη] id est, ὁμοία ἐστὶ, vide Matth: 13.

V: 3. κεκλημένους] vetus, *invitatos*: Rectè. Pro, *vocare*, autem malim, *vocatum*. *Et misit servos suos vocatum invitatos ad nuptias.*

V: 4. τοῖς κεκλημένοις] vetus, ut prius, *invitatis*, quod nescio cur cuiquam improbetur: atque idem dico de, δεῦτε, *venite*, in fine versus.

V: 5. οἱ δὲ ἀμελήσαντες ἀπῆλθον] vetus, *illi autem neglexerunt, et abierunt*: quo non requiro melius. Ibid. εἰς τὸν ἴδιον ἀγρὸν] vetus, *in villam suam*: alii, *in agrum suum*, vel, *in rus suum*. Probæ interpretationes omnes, si quid ego video; De *villa* tamen non nihil dubitatur, quia domum ea agrestem potius, quàm agrum denotat. At villa in agro est, et si Jurisconsultis credimus, *Ager*, et *rus*, et *villam* significat, totamque eam possessionem, quæ in agro extra urbem est, complectitur. Sic Lexicon Græco-Latinum vetus, ἀγρός, *ager*, *villa*, *rus*; certè, vulgari loquendi consuetudine, *rus ire*, dicuntur, qui domum alicujus rure habitantis, eunt. Quocircâ, εἰς τὸν ἴδιον ἀγρὸν, ex recepto ubique loquendi more, exponi potest; *in villam suam*, in agro, scilicet, positam et extructam.

V: 9. ἐπὶ τὰς διεξόδους τῶν ὁδῶν] vetus, *ad exitus viarum*: alii, *ad compita viarum*; sed *viarum* redundat. Nam, διέξοδοι per se non sunt *compita*, sed διέξοδοι ὁδῶν, Prov: 1. 20. et 21. Σοφία ἐν ἐξόδοις ὑμνεῖται, &c. Cæterum an διέξοδοι ὁδῶν id planè sint quod *compita* Latinè, ambigi potest. Ego existimo per διεξόδους ὁδῶν, vias illas intelligi quæ nunquam vacuæ sunt, sed transeuntium, et huc ac illuc commeantium pedibus perpetuò teruntur: quales ferè sunt viæ ducentes ad aulam principis, aut plateæ nobilissimæ quæque in civitatibus celebrioribus. Nam ut διέξοδοι ὑδάτων, Psal. 106. sunt loca irrigua, et aquosa, per quæ aqua indesinenter decurrit, sic διέξοδοι ὁδῶν dici videntur de viis, maximè celebribus, in quibus agmina ultrò citróque cursitantium jugiter conspiciuntur. Ego itaque vulgatam versionem tantisper retinendam puto, dum melior desideratur.

V. 12. ὁ δὲ ἐφιμώθη] Vetus, *At ille obmutuit*: alii, *an illius occlusum est*: rectè, si pueros docendos suscepissent. Alioqui vim verbi pulchrè expressit vetus interpres, nec erat cur ab illo vel latum unguem discederent. Lexicon Græco-latinum vetus: φιμῶμαι, *obmutco*, id est, obmutesco; Marc. 1. v. 25. φιμώθητι, *obmutesce*, ex illorum etiam interpretatione, qui à vetere hîc interprete discedunt.

V: 15. συμβούλιον ἔλαβον] vetus, *consilium inierunt*: alii, *consilium ceperunt*. Sed si rectè observavit vir doctus quidam, *consilium capere*, apud Latinos, non est consultare, sive deliberare, sed è duobus pluribúsve consiliis

unum

unum aliquod eligere, eique acquiescere. Hoc confirmat multis exemplis è probatissimis linguæ Latinæ authoribus petitis, inprimis è Cæsare, Cicerone, et Terentio. Terentius: *Hoc consilium quod cepi, rectum esse et tutum scito.* Cæsar *Postero die consilium ceperunt ex oppido profugere.* Huic observationi ut non est temerè fides deroganda, ita an in universum et sine exceptione admittenda sit, aliis judicandum relinquo. συμβούλιον λαμβάνειν, Græcè est *consultare*, [βουλεύεσθαι] hoc certum est: sed an *consilium capere*, Latine, pro eodem similiter sumi possit, id non perinde certum. Imò sunt, ut dixi, qui id planissimè negent; Cic: de officiis, lib: 3. pag. 393. *quum autem consilium principes cepissent, cognationem* Superbi, *nomenque* Tarquiniorum, *et memoriam regni esse tollendam: consilium cepissent*, id est, decrevissent.

V: 16. πρόσωπον ἀνθρώπων] vetus, *personam hominum*: Piscator, *faciem hominum*, et sic vetus etiam interpres, Marc: 12. 14. Sed cùm aures non solùm doctorum, sed etiam imperitæ ubivis penè gentium multitudinis, tamdiu *personæ* vocabulo in hac loquendi formulâ assuefactæ fuerint, ut aliter loquentem vix sunt intellecturi: non possum certè adduci, ut juxta cum illis sentiam, qui pro *personâ*, *faciem* aut hîc, aut aliis similibus in locis substituendam existimant.

V. 22. Bene redditur à vetere interprete.

V: 24. ἐπιγαμβρεύσει] vetus, *ducet*; alii, *ducet affinitatis jure*, nimis, ut mihi videtur, operosè.

Satis enim est, si dicas, *ducet*, cum veteri interprete. Quòd si qui nesciunt, quæ sit verbi propria vis, Scholio-graphos, et Lexico-graphos coniulant, qui abunde id monstrabunt. Gen. 38. v: 5. Inquit Judas ad Onan : Εἴσελθε πρὸς τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ σου, καὶ ἐπιγάμβρευσον αὐτῇ. id est, *Ingredere ad uxorem fratris tui, & ducito illam.* Anglicè, and marry her: 1. Maccab. 10. v:54. νῦν δός μοι τὴν θυγατέρα σου εἰς γυναῖκα, καὶ ἐπιγαμβρεύσω σοι, [id est, *gener ero tibi*] et mox v. 56. καὶ ἐπιγαμβρεύσω σοι καθὼς εἴρηκας, id est, *socer ero tibi.*

V. 26. ἕως ἐπὶ ἑπτᾷ] vetus, *usque ad septimum*; alii magis ad verbum: *usque ad septem illos.* Sed videtur esse Enallage *Cardinalis* numeri, pro *Ordinali*: ἕως ἐπὶ ἑπτά, i. ἕως τὸ ἑβδμον.

V. 34. ὅτι ἐφίμωσε] vetus, *quòd silentium imposuisset.* Optime; vide supra v. 12. hujus capitis. *Convenerunt etiam in unum*, pro, συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, non displicet.

V: 37. τῇ διανοίᾳ σου] vetus, *mente tuâ*: alii, *cogitatione tuâ.* Ego priorem interpretationem probam esse existimo, nec emendatione indigere. Ut sic sentiam facit Ciceronis authoritas et aliorum. Cic. Oratore ad Brutum, de Isocrate; *Inest enim naturâ philosophia in hujus viri mente quædam: mente*, id est διανοίᾳ. Platonis etenim hæc in Phædro exprimere voluit Cicero; φύσει γὰρ ἔνεστί πως φιλοσοφία τῇ τοῦ ἀνδρὸς διανοίᾳ. Sic 2. Maccab. 5.17. pro, ἐμετεωρίζετο τῇ διάνοιαν ὁ Ἀντίοχος, doctissimi viri non refugerunt dicere: *elatus est mente Antiochus.* Potuerunt hîc *cogitationis* uti vocabulo, sed, *mentis*, maluerunt. Addantur hic Glossarium vetus, et vetus Lexi-

con

con Græco-Latinum. In Gloſſario igitur ſic legitur: *Mens*, διάνοια, νῦς, ἔννοια, et in Lexico ſimiliter; Διάνοια, *animus, ſenſus, mens. Mens* itaque τῇ διανοίᾳ, ſi his tam locupletibus credimus, non malè reſpondet.

V: 41. Συνηλθόντων δὲ τῶν φαρισαίων] vetus, *Congregatis autem Phariſæis*; recte. Sic v: 44. *à dextris meis*, pro, ἐκ δεξιῶν μου, non diſplicet, etiamſi Hebraicè, Pſal. 110. 1. ſit, לִימִינִי *ad dextram meam.* Qui novum enim fœdus vertunt, Græcæ orationis, non Hebraicæ, profitentur ſe interpretes.

V. 46. λόγον] *verbum*, id eſt, quicquam.

Cap. XXIII.

VEr: 3. πάντα οὖν ὅσα ἂν εἴπωσιν ὑμῖν τηρεῖν τηρεῖτε, καὶ ποιεῖτε· κατὰ δὲ &c.] Pulcherrimè Auguſt: tractatu 46. in Evangelium Johannis: *Inde lædit* [ſc. mercenarius] *unde malè facit, non unde bona dicit. Botrum carpe, ſpinam cave. Quomodo dixi, Botrum carpe, ſpinam cave, cum Dominus dicat: Nunquid colligunt de ſpinis uvam, aut de tribulis ficus? Verum eſt omninò, & tamen etiam verum ego dixi: botrum carpe ſpinam cave: quia botrus aliquando de radice vitis exortus, pendet in ſepe: creſcit palmes, inſeritur ſpinis, & portat fructum ſpina non ſuum. Non enim ſpinam vitis attulit, ſed ſpinis palmes incubuit. Noli interrogare niſi radices. Quære radicem ſpinæ, extra invenies à vite: quære originem uvæ, vitis hanc protulit ex radice. Cathedra ergo Moſis vitis erat: Phariſæorum mores ſpinæ erant. Doctrina vera per malos, palmes in ſepe. Botrum inter ſpinas*

cante lege, ne, dum quæris fructum, laceres manum: et cùm audis bona dicentem, ne imiteris mala facientem. Quæ dicunt, facite, legite uvas: quæ autem faciunt, facere nolite, cavete spinas. Huc usque Augustinus, sanè quàm eleganter et dilucide.

V: 5. πλατύνουσι δὲ τὰ φυλακτήρια αὐτῶν] τὰ φυλακτήρια, id est, τὰ ἀσάλευτα, ut loquuntur 70. Exod: 13. v: 16. et Deut: 6. v: 8. Glossarium vetus: φυλακτήριον, *Servatorium, Amolimentum, Amoletum, Prævia*, vel ut Jos. Scalig. corrigit, *Præbra*. Jos: Scaliger Elenchi Tri-Hæresii cap: 7. pag: 61. et 62. טטפות inquit, *Septuaginta interpretes*, ἀσάλευτα, id est amuleta *verterunt. Itaque idem est*, ἀσάλευτον καὶ φυλακτήριον. *Utrumque enim est* amuletum. Idem cap: sequente; *Neque minùs Dominus noster Jesus Christus phylacteria et fimbrias gestavit, quam Pharisæi.* Et paulò post eod: cap: *Christus, non quidem Phylacteria damnat, quum lex illa præcepisset, et ipsemet, ut alii omnes Judæi, ea gestaret, sed ambitionem Pharisæorum exagitat, qui ut supra alios sanctissimi esse viderentur, ac Legis præceptorum observantissimi ea latiora quam reliqui Judæi, gestarent. Quòd dilatarent igitur, non quod ferrent*, hoc est, *ambitionem, non observationem damnavit Dominus.* Hæc è dissertatione viri longe doctissimi transcribenda duxi, quò si non meis, at alienis verbis lucem aliquam huic loco facerem.

V: 6. *τὸ, *in synagogis*] retinendum censeo. Quare enim aliter loquamur?

V. 7. ἐν τῇ ἀγορᾷς] vetus, * *in foro*, numero quidem

* *Vide infra hujus cap. v. 34.*

* *Vide supra, cap: 11. v. 16.*

quidem mutato, sed ex usu, credo, Latinæ linguæ.

V. 8. εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν ὁ καθηγητής &c.] vetus, *unus est enim magister vester*: Non male; καθηγητής enim est διδάσκαλος, et διδάσκαλος *magister*; vide supra, cap. 19 v. 16.

V. 11. *major vestrum*] id est, maximus vestrum.

V. 12. *humiliabitur, et humiliabit*, pro, ταπεινωθήσεται et ταπεινώσει, me non offendunt.

V. 14. κατεσθίετε] id est, *voratis, exeditis*. Ibid. ἐν προφάσει μακρὰ προσεύχεσθε] id est, ἐν διὰ προσχήματος τὸ μακρὰ προσεύχεσθαι, ut Theophylactus exponit: *idque sub prætextu*, seu, *per prætextum longarum precum*. καὶ, id est καὶ ταῦτα, *idque*.

V. 16. ὀφείλει] vetus, *debet*, id est, reus est, et sic v. 18.

V. 27. καὶ πάσης ἀκαθαρσίας] vetus, *et omni spurcitiâ*: alii, *omnique immunditiâ*: acsi *spurcitia*, non tam late pateret quàm ἀκαθαρσία. Certe *spurcitia* et *immunditia* promiscue usurpantur, id quod nemo negabit. Igitur alterum eorum expellere, ut alterum introducas, magis fortasse videatur curiosum, quam necessarium.

V. 30. ἐν ταῖς ἡμέραις] vetus, *in diebus*: id est, temporibus. Ibid. ἐν τῷ αἵματι] vetus, *in sanguine*: id est, in cæde. Utrobique enim veterem interpretem sequor, sed ita, ut expositionis loco, novas etiam versiones adjungam, quod et aliàs sæpissime facio.

V: 33. πῶς φύγητε] id est, πῶς φεύξεσθε. Sic Marc: 2. 20. ὅτε ἀπαρθῇ i. e. ὅταν ἀπαρθήσεται, *quùm tolletur*. Secundum enim Aoristum Subjunctivi, magnam habet cognationem cum futuro Indicativi, sicut patet ex negativis hisce locutionibus, οὐ μὴ παρέλθῃ, pro, οὐ παρελεύσεται, & οὐ μὴ ἀφεθῇ, pro οὐκ ἀφεθήσεται. Infra cap: 24. v: 21. οὐδὲ οὐ μὴ γένηται, i. e. οὐδ' ἔσται, *neque erit*. Igitur dico cum veteri interprete: *quomodo fugietis &c.*

V: 34. *ex illis*] id est, ex illis nonnullos. In fine versus; ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν] *ex civitate in civitatem*, vel, *ex urbe in urbem*. Quid hîc sit obscuritatis nescio.

V. 35. ἐκχυνόμενον ἐπὶ τῆς γῆς] id est, *qui effunditur super terram*. Sic Mat. 11. 7. κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον, *arundinem quæ à vento agitetur*.

V: 36. ἐπὶ τὴν γενεὰν ταύτην] id est, ἐπὶ τοὺς τότε ὄντας Ἰουδάους. Theophylactus.

V: 37. ἡ ἀποκτείνουσα, &c.] i. *quæ occidis*, vel, *quæ trucidas Prophetas, et lapidas eos qui*, &c.

V: 39. οὐ μή με ἴδητε] vetus, *non me videbitis*: vide supra cap. 5. v. 18. Theophylactus in fine hujus cap. Μετὰ τὸ σταυρωθῆναι, οὐκ εἶδον αὐτὸν, οὐδὲ ἴδωσιν ἄχρις ἂν ἐνστῇ ἡ παρουσία αὐτοῦ. i. e. *post quàm crucifixus esset, non viderunt eum neq; videbunt donec advenerit*: alii, *nequaquam me videbitis*. Sed supra docui perparum referre utrum dicas οὐ μὴ ἴδητε. an, οὐχ ὁράσετε, vel, οὐκ ὄψεσθε. Cap. proxime sequentis, v: 2. omnes, quod sciam interpretes, pro, οὐ μὴ ἀφεθῇ habent, *non relinquetur* i. e. οὐκ ἀφεθήσεται. vide Marc: 13. 2.

Cap.

Cap. XXIV.

VErs: 1. Καὶ ἐξελθὼν ὁ Ιησοῦς ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ] id est, *Et egrediebatur Jesus è templo:* videtur enim talis esse pleonasmus participii, qualis est, in ᾤχετο ἀπιὼν: Et tamen ἐπέχω: alii trajectionem hîc faciunt, sic in ordinem redigendam: Καὶ ἐξελθὼν ὁ Ιησοῦς ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, ἐπορεύετο. Atque ita etiam legi in Exemplari quodam testatur Dominus Beza. *Vide Marc: 13. 1.*

V: 5. ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου] vetus, *in Nomine meo*: hoc est, sub Nomine meo, et ut Theophylactus loquitur, ἀνακηρύττοντες ἑαυτοὺς Χριστοὺς, *pro Christo se venditantes.* Si, *in Nomine meo*, quid habet ambiguitatis, facile id tollent verba proxime sequentia: λέγοντες, Ἐγὼ εἰμι ὁ Χριστὸς. Igitur causa non fuit cur repudiaretur vulgata versio tanquam ambigua

V: 6. ἀλλὰ οὔπω ἐστὶ τὸ τέλος] vetus, *sed nondum est finis*: Quid reprehendis? alii tamen, *nondum erit finis.* Sed si ἐστὶ, pro, ἔσται, accipis, cur non etiam *est*, pro, *erit*? Ausim dicere, veterem hîc ἑρμηνευτὴν fecisse officium boni, et fidelis interpretis.

V: 8. πάντα δὲ ταῦτα, ἀρχὴ ὠδίνων] id est, *Hac autem omnia initium sunt dolorum.* Qui addunt *partus*, post, *dolorum*, plus æquo sunt solliciti, ne quid ἃς ὠδῖνες significent, lector non intelligat.

V: 9. Sequor veterem interpretem, et sic etiam vers. 10. nisi quis malit: *alii alios prodent, & odio habebunt alii alios*, pro,

pro, *invicem tradent, et odio habebunt invicem.*

V. 11. ἐγερθήσονται] *surgent*: recte.

V: 13. ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος, &c.] vetus, *Qui autem perseveraverit usque finem usque &c.* vide supra cap. 10. v: 22.

V: 14. ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ] vetus, *in universo orbe*: alii, *in universa terra*: alii, *in toto terrarum orbe*. οἰκουμένη est *orbis*, et *orbis terrarum*. Lexicon Græco-latinum vetus; οἰκουμένη, *orbis, orbis terrarum*: Glossarium, *Orbis*, κύκλος, οἰκουμένη. Inter primam ergo et postremam interpretationem, perparum intereſt, ut quæ ambæ probæ sint, Græciſque adamuſſim reſpondeant.

V: 15. τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως] vetus, *abominationem desolationis*: quæ interpretatio eô magis placet, quia ne latum quidem pilum diſcedit à Græcis. Quod si cui obſcurior hæc locutio viſa fuerit, vel in ſcholiis, vel in margine facile illuſtretur. Novæ interpretationes, quantum adeunt ad claritatem hujus loci, tantum de majeſtate detrahunt. Ibid. ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ] vetus, *ſtantem in loco ſancto*: recte.

V. 17. ὁ ἐπὶ τοῦ δώματος] id eſt, *in tecto*, vel, *ſupra tectum*: vide ſupra cap. 10. v: 27.

V: 22. οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σὰρξ] id eſt, *non ſervaretur ulla caro*, ut recte Piſcator.

V. 23. ὧδε ἢ ὧδε] *hic aut illic*, ut v. 40. ὁ εἷς καὶ ὁ εἷς *unus et alter*.

V: 24. Ἐγερθήσονται] vetus, **ſurgent*: vide ſupra v: 11. hujus capitis. Ibid. τέρατα] vetus *prodigia*; Hebraicè, מופתים 2. Theſſ. 2. 9.

* *Vide Marc.* 13. v. 8.

ἐν

ἐν πάσῃ δυνάμει, καὶ σημείοις, καὶ τέρασι ψεύδους· id est, Beza interprete: *cum omni potentia, et signis, ac prodigiis mendacibus.*

V. 26. ἐν τοῖς ταμείοις] vetus, *in penetralibus* - alii, *in conclavibus*: Neutrum rejiciendum. Sit ergo illud in contextu, hoc in margine.

V: 28. τὸ πτῶμα] Beza, *cadaver*: optime. Respondet autem, πτῶμα, in hac significatione Hebræorum מפלה Judicum cap. 14. v: 8. ויסר לראות את מפלת האריה id est, Græcè è versione τῶν ὁ, καὶ ἐξέκλινεν ἰδεῖν τὸ πτῶμα τοῦ λέοντος. πτῶμα ergo מפלה: id est, *cadaver*: alii, conferunt cum נבלה quod *cadaver* item significat, et a verbo fit significante item *cado*; Herodianus lib: 4. pag: 94. τὰ δὲ πτώματα φερόμενα μεθ' ὕβρεως, πάσαις ἀμάξαις ἐπιτεθέντα, ἔξω τῆς πόλεως κομισθέντα, σωρηδὸν κατεπίμπρατο, ἢ ὁπωσδὴ ἐρρίπτετο. πτώματα, id est, *cadavera.*

V. 32. καὶ τὰ φύλλα ἐκφύῃ] verbum ἐκφύῃ alii transitive, alii intransitive accipiunt Cæterùm de hoc ego haud magnopere contenderim; cum sensus idem sit, sive hoc, sive illo modo accipias. Sciendum est tamen apud Theophilactum, (ni culpa sit typographi) in Marc: 13. v: 28. esse ἐκφυῇ τὰ φύλλα, id est, *enata sunt folia*: Est enim ἐκφυῇ passivæ vocis.

V. 34. οὐ μὴ παρέλθῃ] id est, οὐ παρελεύσεται, Sicut Theophilactus, exponit hæc ipsa verba, Marc: 13. u: 30. et sic v: proxime sequente; οὐ μὴ παρέλθωσι, id est, παρελεύσονται.

V, 36.

V. 36. Sic lego Latinè ; *De die autem illa & hora nemo ſcit (ne angeli quidem cœlorum) niſi pater meus ſolus ; niſi*, refertur ad, *nemo*. Eodem modo, *niſi* ſupra cap: 12. v: 4. refertur, ad dictionem, *nemini*, tametſi non expreſſam, latentem tamen in reliqua oratione, et ſic in lucem educendam : *Quomodo intraverit in domum Dei, et panes propoſitionis comederit, quos non licebat ei edere, neque iis qui cum eo erant, [nec cuiquam alii] niſi ſolis ſacerdotibus;* vel *nec ulli ex iis qui cum eo erant, niſi*, &c.

Verſ: 38. et 39. Sic lego Latinè ; *ſicut diebus ante diluvium edebant, & bibebant, ducebant uxores, et nuptui tradebant, ad eum uſque diem, quo intravit Noe in arcam : Nec cognoverunt donec venit diluvium, & tulit omnes : ita erit et adventus filii hominis.* Hîc data eſt opera, ne a veteris interpretis veſtigiis, niſi ubi neceſſum eſſet, vel tantillùm recederetur. *Nec cognoverunt* ; id eſt, curarunt, [ſc. quid diceret Noë] *donec venit diluvium* ; id eſt, donec evenit id quod prædixerat, & vis diluvii eos omnes abripuit, & è medio ſuſtulit. Cognoverunt vera eſſe quæ Noë dixerat, ſed ſerò, cùm jam nulla elabendi ratio v áve ſupereſſet.

V: 40. παραλαμβάνεται] vetus, *aſſumetur* ; recte. Et ſic verſ: 43. ἔρχεται *venturus eſſet*.

V: 45. ὃν κατέστησεν ὁ Κύριος ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ] id eſt, *quem conſtituit dominus ejus ſuper familiam ſuam*, vel, *ſuper famulitium*

tium ſuum; ſuper famulos ſuos. ἐπὶ τ οἰκετείας id eſt, ἐπὶ τ οἰκείης. Θεράπων, οἰκέτης, & οἰκετεία, οἰκείη. Epictetus enchiridii cap: 46 ἶσον τροφὰς, πόμα, ἀμπεχόνιν, οἰκίαν, οἰκέτας, id eſt, *veluti cibum, potum, amictum, ades, ſervitium.* Quemadmodum autem hîc dicitur, καταστήσει ἐπὶ τ οἰκετείας, ſic Act. 6. 3: καταστήσομεν ἐπὶ τ χρείας ταύτης, & cap: proximè hoc ipſum caput ſequente, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω, & 1. Maccab: 6. 14. καὶ κατέστησεν αὐτὸν ἐπὶ πάσης τ βασιλείας αὐτῦ.

V: 47. ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῦ καταστήσει αὐτόν] id eſt, *ſuper omnia bona ſua conſtituet eum*, ſicut rectè vetus interpres.

V: 48. χρονίζει ὁ κύριός μυ ἐλθεῖν] id eſt, ad ſenſum, non ad verbum: *Diù erit antequam Dominus meus veniat: Dominus meus tardè aderit: tardè redibit, &c.*

V: 49. ἐσθίειν ϗ καὶ πίνειν] id eſt, *edere praterea & bibere.*

V: 51. Καὶ διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ τὸ μέρος αὐτῦ μετὰ τ ὑποκριτῶν θήσει] id eſt, *Et dividet eum*, ſive *diſſecabit eum, partemque ejus ponet cum hypocritis.* Dignum hypocritis ſupplicium eſt, ut, qui duplici ſunt corde in duo diſſecentur; cujus ſupplicii inſigne exemplum habemus in Metio Suffetio apud Livium. Ego itaq; à vetere interprete in hujus loci verſione diſcedendum non puto, quem ſi minùs eleganter, certe tuto & fideliter videtur reddidiſſe.

Cap.

Cap. XXV.

Vers. 5. χρονίζοντος] id est, *Morante, tardante, moram faciente* &c. Cic: Tuscul: 2. prope finem de Cleobi et Bitone: *cum enim illam ad solenne et statum sacrificium curru vehi jus esset, satis longe ab oppido ad fanum, morarenturque jumenta; tunc juvenes ii* &c. *morarenturque jumenta*; id est, Græce, χρονιζόντων δὲ αὐτῶν ἐνύσταξαν πᾶσαι καὶ ἐκάθευδον] id est, *cessarunt omnes somno, et dormiverunt.* Νυστάζω, est *dormito*, quod quidem si minùs placet, quia continuo sequitur, dormiverunt, quærenda est periphrasis. Nam si quid ego video νυστάζω, per *nicto*, non tam aptè exprimitur. *Nicto* respondet potiùs, τὸ σκαρδαμύσσω, quàm τὸ νυστάζω. Turnebus lib: 25. Adversar: cap: 15. Dormito *non est sæpe dormio, sed dormire cupio*. Plautus: Te dormitare aiebas, mensa sublata est, cubitum hinc abimus. *Sic in sancto Evangelio, quod* ἐνύσταξαν, *Græce scriptum est*, dormitarunt, *reddidit interpres elegantèr, quod qui dormire cupiunt, caput tenere non possunt.*

V. 10. ἀπερχομένων δὲ αὐτῶν ἀγορᾶσαι] id est, *Dum autem abibant emptum: Interea autem dum emptum abibant.*

V. 13. ἀγρυπνεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν, οὐδὲ τὴν ὥραν, &c.] id est, *quia nescitis diem, nedum horam*; οὐδὲ, pro, μήπως. Sic enim postulat sententiæ ratio, ut quod minus est præcedat, quod majus sequatur. Plus est enim scire quâ horâ quis

quàm

quàm quâ die venturus sit. Aliôqui verterem: *quia nescitis diem et horam*: vel, *diem aut horam*: vel, *nec diem nec horam nostis*.

V. 14. Ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος ἀποδημῶν, &c.] Vide Chrysost. hom. 41. in Genesin, Savilianæ editionis pag. 330. Est autem hic λόγος ἀλλειπτικὸς, sive ἀναπόδοτος. Deest enim posterior pars similitudinis, et laudandus est vetus interpres, qui maluerit Græcam ellipsin servare, quam de suo aliquid adjicere. Vel enim suâ sponte lector quid addendum sit facile conjiciet, vel si adjuvandus est, modestiæ erit nostræ brevi potius scholio illi consulere, quàm aliquid in contextum, (nisi res ipsa flagitet) infulciendo. ἀποδημῶν] *peregre proficiscens*, id est, *peregre* profecturus.

V. 15. κατὶ τὴν ἰδίαν δύναμιν] id est, *secundum propriam facultatem*. Cur enim cautiores simus, magisve religiosi quàm Sp: sanctus? Si Spiritus S: non dubitavit dicere κατ' ἰδίαν, cur nos vereamur dicere, *secundum propriam*?

V. 16. καὶ ἐποίησεν ἄλλα πέντε] vetus, *et lucratus est alia quinque*: alii, *et fecit*. Recte: *fecit* enim est ἐκέρδησε. Exemplum profert, Beza è quarta in Verrem, cui adjungi potest et hoc è lib. primo de divinatione: *Milesius Thales, ut objurgatores suos convinceret, ostenderetque etiam Philosophum, si commodum ei esset pecuniam facere posse, omnem oleam antequam florere cæpisset, coemisse dicitur*. Sed ne nimis cupide à veteri interprete recessisse videamur, non erit absre, si in contextu ponatur, *lucratus est*, et in margine: Græce, *fecit*: hoc si fecissent tum hîc tum alibi recentiores interpretes, nemo, ut opinor, illos non approbasset. V: 20.

V: 20, ἐπ' αὐτοῖς] id est, *super illa*, ut cum Suetonio loquamur. Ad eundem sensum vetus interpres; *alia quinque super-lucratus sum.*

V. 24. ἔγνων σε, &c.] id est, *sciebam te hominem durum esse, metentem, ubi non seminasti, et inde congregantem, ubi non sparsisti.*

V: 26. πονηρὲ δοῦλε καὶ ὀκνηρὲ] vetus, *serve male et piger*; optimè: at alii, *serve male et cunctator*, & *serve male, et ignave*. *Cunctator* est μελλητὴς, & *ignavus*, ἀργός. *piger* verò τῷ ὀκνηρὸς plane respondet. Nonne enim talis est συζυγία, inter ὀκνῶ, ὄκνος, & ὀκνηρὸς, qualis inter, *pigror, pigritia, et piger*? Igitur si κυριολεξίας anxiè sectari libet, neque concedere, ut una Græca vox communem cum multis Latinis habeat significationem, haud scio, an in tanta dictionum copiâ, quibus Latini desidiosum designant, ulla reperiri possit; quæ cum Græcorum, ὀκνηρὸς, melius conveniat, quàm vox Latina, *piger*. Ἴθι πρὸς τὴν μύρμηκα ὦ ὀκνηρὲ, [עצל] *Vade ad formicam piger*. Et ejusdem cap: [Prov: 6. v: 9] ἕως τινος ὀκνηρὲ κατακοίσαι; *Usque quo piger dormies?* Prov: 22. 13. προφασίζεται, καὶ λέγει ὀκνηρὸς, Λέων ἐν ταῖς ὁδοῖς, *Dicit piger, Leo est foris.* Sed quid opus est λύχνον ἅπτειν ἐν μεσημβρίᾳ;

V: 29. τῷ γὰρ ἔχοντι παντὶ δοθήσεται, καὶ περισσευθήσεται] id est, *omni enim habenti abunde dabitur*, sive, *affatim et copiose dabitur*; περισσῶς καὶ ἀφθόνως δοθήσεται. Habent enim hæc verba speciem quandam figuræ illius quæ dicitur ἓν διὰ δυοῖν, & ut aliàs *substantivum* pro *adjectivo* ponitur, ita hic *verbum* videtur poni pro *adverbio.*

verbio. Idem dico de his verbis Lucæ 6. 48. ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε, id est, βαθέως ἔσκαψε, he digged deep: Et sic habent Anglicæ nostræ versiones pleræque omnes. Porrò videndum annon locus esse debeat huic figuræ, etiam Marc: 10. 21. ubi sic legimus: ὁ δὲ Ιησοῦς ἐμβλέψας αὐτῷ ἠγάπησεν αὐτὸν, id est, ut ego interpretor μαλὰ φαιδρῶς ἔνεβλεψεν αὐτῷ. Sed de hac re suo loco copiosius, si Deus volet.

V: 30. εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον] vetus, *in tenebras exteriores*: recte.

V. 31. ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ] id est, *in gloria sua.*

V: 33. ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ] vetus, *a dextris suis*, vide supra cap: 22. v: 44.

V. 35. καὶ συνηγάγετέ με] sc: εἰς τὴν οἰκίαν ὑμῶν, *domum vobiscum duxistis; sub tectum vestrum recepistis:* Judic: 19. 15. καὶ οὐκ ἦν ἀνὴρ συνάγων αὐτοὺς εἰς οἰκίαν, & v: 18. καὶ οὐκ ἔστιν ἀνὴρ συνάγων με εἰς τὴν οἰκίαν. Pro συνάγων Hebraicè, utrobique est מאסף id est, *colligens, congregans.*

V. 36. ἠσθένησα] id est, *infirmus fui*, vide supra cap: 8. v: 17. Ibid: καὶ ἐπεσκέψασθέ με] vetus, *& visitastis me*: alii, *et invisistis me.* Ego, τὸ *visitastis*, non repudio, quia verbum est in hoc sensu tritissimum, maximéq; familiare.

V: 37. ἐθρέψαμεν] vetus, *pavimus*: alii, *aluimus*, sive *nutrivimus*: Recte, non nego; sed id non recte, quod inter voces finitimæ significationis ita curiosè distinguant, ut quod uni tribuitur alteri tribui nolint. Βόσκω, inquiunt,

est *pasco*: ergo τρέφω, non est *pasco*. Imò et τρέφω, nonnunquam est, *pasco*, & βόσκω, *alo*. Hesychius; βόσκων, τρέφων: βόσκομεν, τρέφομεν. Vetus Lexicon Græco-latinum: *Pascit*, τρέφει, et Glossarium: *Pascit*, βόσκει, τρέφει. Nihil ergo obstat, quò minùs cum vetere interprete, pro ἐπεινάσαμεν, *pavimus* hîc dicamus, præsertim cùm τὸ πεινῶντα præcedat. *Pascimus* enim esurientes sive famelicos, sicut potum damus sitientibus.

V: 41. πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ κατηραμένοι, &c.] id est, *Discedite*, vel, *abite a me ô maledicti*. Nescio cur quippiam in hac interpretatione desideretur.

Cap. XXVI.

VErs: 2. Οἴδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας, &c.] id est, *Scitis post biduum Pascha fore: et filius hominis tradetur, ut crucifigatur*. Hoc est, Post biduum Pascha futurum, hoc scitis; sed quod nescitis, de eo jam vos moneo, futurum tum etiam ut filius hominis tradatur, ut crucifigatur. Apud Theophylactum plena distinctio ponitur, post γίνεται, sed ut plenâ distinctione non sit opus, certe multo clarior erit sententia, si γίνεται ἀ καὶ mediâ distinctione separetur, id quod nonnullis interpretibus placere video. Duo enim sunt membra, neque dicit Christus scire discipulos, quòd tunc tradendus & crucifigendus esset: hoc enim nesciebant; sed quòd tunc instaret; atque hinc occasionem

occasionem sumit monendi eos de appropinquante passione, sive, de propinquitate mortis suæ. Igitur οἶδατε ὅτι, non est repetendum in posteriore membro, post, καὶ. Chrysostomus, οὐκ εἶπεν ὅτι οἶδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας παραδίδομαι· ἀλλὰ τί; οἶδατε ὅτι μετὰ δύο ἡμέρας τὸ πάσχα γίνεται, &c. γίνεται, id est, ἔσται. παραδίδοται, id est, παραδοθήσεται.

V: 5 μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ] id est, *non in festo*, sub: prehendemus, &c. vel, *ne in festo*, sub: prehendamus, &c.

V: 7. μύρου βαρυτίμου] Vetus, *Unguenti pretiosi*: alii, *unguenti gravis pretii*, hoc est, valde pretiosi: longe pretiosissimi, πολυτίμου. Nam βαρύτιμος, & πολύτιμος, aliquanto plus sunt quàm τίμιος, tametsi est ubi confundantur. Glossarium vetus; *Pretiosum*, πολυτίμητον, βαρύτιμον, τίμιον.

V. 8. Ἰδόντες δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ &c.] id est, *Videntes autem discipuli ejus*, &c. Quare autem *discipuli*, cùm Joh. 12. 4. uni Judæ Iscariotæ hoc tribuatur? Est synecdoche quædam, cujus in sacris Scripturis exempla non desunt; Josuæ cap: 7. v: 1. *commiserunt filii Israël peccatum contra anathema*: ad quem locum doctissimus Masius, scribit: *Israëlitæ hîc dicuntur peccasse κατὰ συνεκδοχὴν, quo loquendi schemate sæpe utitur sacra narratio, præsertim quando de cœtu hominum, societate vitæ ità inter se conjunctorum est mentio, ut tanquam corpus unum ex membris diversis coagmentatum esse videatur. Tunc enim ut communis vitæ conditionis, ità et virtutum et vitiorum, hoc est, actionum omnium societas omnibus cum singulis esse*

censetur. Itaque Matthæus discipulos esse indignatos, ob profusum in caput Jesu unguentum memorat, quamvis ejus culpæ unum Judam faciat reum Johannes. Hæc Masius graviter sanè & erudite, obiter etiam hunc locum, ut videmus, attingens & illustrans.

V: 12. πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με] vetus, *ad sepeliendum me*: Piscator, *ad funerandum me*: quod aliquanto videtur rectius. Casaubonus in hunc locum. Ego, inquit, *distinguendum arbitror inter θάπτειν & ἐνταφιάζειν, itemque inter ἐνταφιασμὸν, & ταφὴν. Θάπτειν est* sepelire: at ἐνταφιάζειν, corpus ad funus componere, *& ornamentis, ut sic dicam, sepulchralibus ornare, quæ Græci ἐντάφια dicuntur. Ergo quod funditur unguentum in Christi caput, id pertinet ad τὸν ἐνταφιασμὸν, non ad τὴν ταφὴν.* Ex his Casauboni verbis intelligimus mulierem istam pollinctoris sive ἐνταφιαστοῦ partes egisse, hoc ipso quod Christum paulo post sepeliendum curâ suâ dignata est, unguentisque honestavit. Pollinctorum enim munus fuit, cõrpora defunctorum lavando & ungendo ad sepulturam parare. Notandum præterea, quòd Christus jam vivus & spirans de seipso tanquam mortuo, & jam jam sepeliendo loquatur. Veteris interpretis versio sic defendi potest, si modo ex consequenti antecedens, ex sepultura pollinctura etiam & præparatio ad sepulturam intelligatur.

V: 15. οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῇ τριάκοντα ἀργύρια] vetus, *At illi constituerunt ei triginta argenteos:*

teos: alii, *Ipsi vero appenderunt ei triginta argenteos numos.* Neutra interpretatio rejicienda: priorem tamen præfero, quia sic melius convenit Matthæo cum Marco & Luca, nec (quod quidam fortasse suspicentur,) vis aliqua affertur verbo ἔστησαν. Apud Zachariam cap. 11. v. 12. ἔστησαν est שקלו id est, *appenderunt*, aliisque præterea locis nonnullis: at quoties respondet idem verbum, Hebræorum מקימו id est, *statuerunt, constituerunt, stabilierunt, confirmârunt?* Cum igitur duo Evangelistæ, Marcus et Lucas, pro veteri interpretatione manifeste faciant, (Alter enim loco τῷ ἔστησαν, ἐπηγγείλαντο ponit, alter συνέθεντο,) nec verbi ipsius usus, repugnet, (quemadmodum Græca Biblia cum Hebræis conferenti perspicuum esse potest) iniquum arbitror ut recentiori diversa dicenti locum cedere jubeatur. Huc accedit quod Theophylactus disertis verbis et priorem confirmet, et posteriorem jugulet. Sic ergo Theophylactus ὅτι τῷ ἔστησαν τετάχασιν ἀρχιερεῖς, ἀντὶ τοῦ, συνεφώνησαν, δόσειν δῆθεν; οὐχ ὡς ὅτι πολλοὶ νομίσαν, ἀντὶ τοῦ ἔζυγάσαντο, i. e. ἔστησαν, *quasi dicas, pacti sunt, decreverunt dare, non ut multi sentiunt, pro appenderunt, sive ponderarunt.*

V. 26. ἵνα αὐτὸν παραδῷ] vetus, *ut eum traderet*: alii, *ut eum proderet*, quibus tamen supra hujus c. v. 2. tradendi significatio non displicuit.

V. 17. πῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ Πάσχα;] id est, *Ubi vis paremus tibi, ut edas Pascha?* φαγεῖν, id est, ἵνα φάγῃς, Marc. 14. 12.

V. 19. ὡς συνέταξεν] i. ὡς προσέταξεν. Sic Exod. 16, 17. τοῦτο τὸ ῥῆμα ὃ συνέταξε κύριος, *hoc est verbum quod præcepit Dominus.* Heb. צוה

V. 20. Ὀψίας δὲ γενομένης] vetus, *Vespere autem facto*: Beza, *quum autem serum diei esset*: Piscator, *Vesperâ autem factâ*, quasi melius & Latinius esset dicere, *Vesperâ*, quàm, *Vespere*. At mihi tam placet hoc, quàm illud.

V: 23. ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ, &c.] *Qui intingit mecum manum in Catino*: id est, unus è familiaribus meis & quotidianis convictoribus. Atque hoc rei atrocitatem auget. Nam alium quemvis prodere simplicis perfidiæ est: at eum, qui se non ad mensæ solum ejusdem, sed catini etiam societatem assumpserit, hoc vero singularis cujusdam, et nunquam satis detestandi est sceleris. Theophylactus ita hæc verba accipit, ac si Judam manum tum in paropside una cum Christo habentem designarent. In eadem etiam sententia est Andreas Masius commentariis suis in Josuæ cap. 7. ubi sic scribit, Judam nimirum cum Achane comparans: *Sed prorsus geminam, vel majorem etiam impudentiam proditoris Judæ nobis cõmemorant sacræ literæ, qui cum audisset Christum diserte dicentem*: Unus vestrum me prodet: *atque insuper quis ille esset tanquam digito ostendentem, his verbis*: Qui intinxit [*ubi nota*, intinxit] unâ mecum manum in Catino, is me tradet: *nihil erubuit etiam tum interrogare ore durissimo*: Egone ille sum, magister? Ex Masii ergo sententiâ Christus velut digito Judam hic demonstrat: cum aliis non certa persona, sed conditio eorum, è quorum numero proditor ille unus esset, his verbis describi videatur. Ut sic sentiant, partim facit collatio hujus loci cum Psal. 41. 10. partim aliæ quædam rationes.

V: 28.

V: 28. τοῦτο γὰρ ἐστι τὸ αἷμά μου] vetus, *Hic est enim sanguis meus*: alii, *Hoc est enim sanguis meus*. Quare, *hoc*, non *hic*? Quia si dicamus, *hic*, nullum erit hujus propositionis subjectum, præter sanguinem ipsum, hoc est, vinum non demonstrabitur, sed tantum sanguis; Sed an convenientia demonstrativi pronominis cum attributo diversi a subjecto generis, demonstrationem subjecti tollat, de eo nondum mihi liquet, & rem esse puto non omnino indignam, quæ ad Senatum Grammaticorum referatur. Eò tamen inclino ut putem non tollere, quia lego apud Lactantium accuratissimum scriptorem: *Sola Catholica Ecclesia est, quæ verum cultum retinet. Hic est fons veritatis: hoc est domicilium fidei, hoc templum Dei.* Augustinus in Psal. 95. col. 1076. *In Ecclesia Catholica, hoc est atrium sanctum ejus*, non, *hæc est*, &c. Si illorum authoritatem sequimur, quibus, *hic est sanguis meus*, displicet, corrigendus est Lactantius tanquam parum appositè locutus, & pro, *hic est fons*, hæc est fons, pro, *hoc est domicilium*, & *hoc templum*, hæc est domicilium, & hæc templum, reponendum. Unum adhuc quæro, si, *hic est sanguis*, non placet; cur placet, *hoc est corpus*? Licetne dicere in priore enuntiato, *hoc*, id est, hic panis, & non licebit itidem in posteriore dicere, *hic*, id est, hic calix, hoc poculum, hoc vinum? Cupio convenire aliquem, qui hos mihi scrupulos eximat. Sed fortasse male intelligo priscæ interpretationis oppugnatores. Quid igitur tandem volunt illi? Pronomen demonstrativum non indicare aliquid diver-

fum ab attributo, nisi neutrius sit generis, ut verbi causâ, in isto enuntiato Eucharistico; *hoc est sanguis meus*: aliquid declaratur, per pronomen *hoc*, quod diversum sit à sanguine, nimirum poculum; at in isto, *hic est sanguis meus*, nihil aliud dicitur, quàm hic sanguis est sanguis meus. Age jam intelligo, aut saltem intelligere videor. Ergo ubi pronomen demonstrativū locum subjecti tenet in tropica enuntiatione, necessariò debet esse neutrius generis, tametsi & nomen quô referatur, et attributum cui subjiciatur, diversi sint generis, masculini puta aut fœminini. Aliôquin enim idem de seipso prædicabitur, et pro sacramentali, vel figurata, identicam enuntiationem habebimus. At ego semper antehac putabam propositionum hoc genus, sensum atq; interpretationem, non à genere demonstrativi pronominis, sed à demonstrantis mente ac voluntate pendere. Si ille qui loquitur, bisque verbis utitur: *Hic est sanguis meus*: si ille, inquam, calicem ostendat, porrigatque, parum refert meâ sententiâ, utrum *hic* an *hoc* dicatur, dummodo de mente et proposito loquentis constet. Et tamen negari non potest, opinor, magis legit mã esse syntaxin: *hic est sanguis meus*: quàm, *hoc est sanguis meus*, etiam in figuratis et sacramentalibus locutionibus. Nusquam itaque memini me reperire, neq; Græcè neq; Latinè, in probato aliquo scriptore, discordiam generis inter pronomen demonstrativum, et attributum cui pronomen subjicitur, ne in talibus quidem propositionibus, quales modò cõmemoravi, Gen: 17. 10. τοῦτο ἐστὶ διαθήκη, Mat. 26. v. 26

et

et 28. τοῦτο τὸ σῶμα : τοῦτο τὸ αἷμα. Plinius lib. 18 c. 5. *Veneficia mea, Quirites, hæc sunt.* Cornelia de pueris à schola redeuntibus, *hi sunt mei thesauri.* Lactantius, ut paulò superius dictum est, de Ecclesia Catholica ; *hic est fons ; hoc est domicilium*, &c. Sed modus esto. Antequam verò progrediar, de hoc uno monendus est lector, pro ποτήριον, v. præcedente, ma le me, *calicem*, quàm *poculum*: primũ, quia multò frequentiore in usu est, & deinde quo pronomen demonstrativum *hic*, sequente versu, commodiorem & clariorem habeat ad antecedens suum relationem. Ibid. ἐκχυνόμενον] vetus, *effundetur* : Beza & Piscator, *effunditur*, & in Scholiis i. e. *effundetur*, vel, *paulo post effundetur*. Optime, si perpetuò hoc servarent, nec pro arbitrio, nunc verbis adhærescerent, nunc sensum potius quã verba respicerent, & veterem interpretem sine justâ satis causa desererent. Supra v. 11. hujus capitis, vetus præsens tempus retinet ; illi mutant in futurum. Si illic deserendus, cur non hic premenda ejus vestigia, præsens similiter in futurum mutantis, & enallagen Græcam explicantis ?

V. 31. σκανδαλισθήσεσθε] vetus, *scandalum patimini*, pro quo dicamus licet, uno verbo: *scandalizabimini*; sic v. 33. hujus cap. *scandalizati fuerint*, & *scandalizabor* ; vide supra cap. 5. v. 29.

V. 34. πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι] id est, *antequam gallus cantet*, vel, *canat* : alii, *vocem mittat*, non ita eleganter.

V. 36. εἰς χωρίον λεγόμενον Γεθσημανῆ] vet: *in villam quæ dicitur G.* alii, *in locum qui dicitur*

Lexicon

Lexicon Græco-Latinum vetus, Χωρίον, *Rus, possessio, villa, fundus.* Ibidem. ἕως οὗ ἀπελθὼν προσεύξωμαι ἐκεῖ] id est, *usque quo abiens precatus fuero illic*, vel, *usque quo abiero, & precatus fuero illic.* Vide infra v: 42. hujus capitis.

V: 38. περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου] vetus, *tristis est anima mea.* Verba Cic: hæc, libro de Senectute: *Quarta restat causa, quæ maxime angere atque sollicitam habere nostram ætatem videtur, appropinquatio mortis:* sic Gaza reddit Græcè: Λοιπὴ δὲ ἡ τετάρτη τῶν αἰτιῶν, ἣ μάλιστα περίλυπόν τε δοκεῖ, καὶ πολυμέριμνον ἴσχειν τὴν ἡμετέραν ἡλικίαν, ἡ τοῦ θανάτου γειτνίασις. Isocrates ad Demonicum: Νόμιζε μηδὲν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων βέβαιον, οὕτω γὰρ οὔτ' εὐτυχῶν ἔσῃ περιχαρὴς, οὔτε δυστυχῶν περίλυπος. Hic τῷ περιχαρὴς, τὸ περίλυπος opponitur, atque ita ut utrumque eorum excessum significet. Luc: 18. vers: 23. & 24. περίλυπος ἐγένετο, *valde tristis factus est*; & ἰδὼν αὐτὸν περίλυπον γενόμενον, *cum vidisset eum valde tristem factum.* Marc 6. v: 26. Καὶ περίλυπος γενόμενος, *valde tristis factus*: Beza. Piscator, *tristis factus.* Hoc vero loco Matthæi, non est opus ut vim compositionis curiose expendamus, satisque mihi videtur, si cum veteri interprete dicamus, *Tristis est anima mea.* Nam qualis, & quam vehemens fuerit tristitia, abunde docent quæ proxime sequuntur, ἕως θανάτου, *usque ad mortem.* Potestne enim ulla tristitia esse major, quàm quæ nonnisi morte ipsa finiatur, vel, quæ mortem ipsam ob oculos ponat? Præterea non displicet Erasmi versio: *mæsta est anima mea.* Nam ut περιχαρὴς est, *lætus*, sic περίλυπος est, *mæstus.*

V: 39.

V: 39. τὸ ποτήριον τοῦτο] vetus, *calix iste*: alii, *poculum istud*, quod non improbo, ut nec *calicem*, tametsi Græcæ sit originis. Ita enim frequens est usus ejus apud Latinos, ut pro suo pene possint vendicare. Lexicon Græco-Latinum vetus, Κύλιξ, ποτήριον, *hic calix*: vide supra hujus cap: v- 27.

V: 42. παρελθεῖν ἀπ' ἐμοῦ] vetus, *transire*, nihil addens quod præpositioni, & prænomini respondeat. Fortasse enim verbum cum præpositione & pronomine, satis plene uno verbo, *transire*, exprimi posse putabat: alii, *abire a me*. Licet etiam dicere, *praeterire me*: *transire me*, expresso pronomine, præpositione vero, commodioris syntaxeos causâ, omissa. Pro, ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, dicasne, *nisi bibam*, an, *quin bibam*, parum refert.

V. 43. εὑρίσκει] vetus, *invenit*: ut et paulò suprà vers: 40. Beza, utrobique reperit. Sed cum, ipso fatente, differentia illa, quam Grammatici ponunt, inter, *invenio* & *reperio* nullius sit momenti, causam comminisci nequeo, cur his locis τὸ, *reperio*, ἐπὶ, *invenio*, prætulerit.

V: 45. καθεύδετε τὸ λοιπόν] vetus, *Dormite jam*: alii, *Dormite quod superest*, vel, *de cætero*, vel *posthac*. Ego, * *jam*, retinendum censeo. Optime enim huic loco convenit (quod nemo, opinor, negaverit,) &, si Glossario credimus, λοιπὸν & ἤδη, Græcorum particulæ, *jam* Latinorum exprimunt. *Jam*, inquit Glossarium, λοιπὸν, ἤδη, & sic Lexicon vetus cum Glossario plane concinens, λοιπὸν ὄνομα, *cæterum*, *reliquum*: λοιπὸν ἐπίῤῥημα, *postsecus*, *jam*.

* *Vide infr notas meas in Marc: 14. v. 41. & Act: 17 v. 20.*

jam. Erasmus in annotationibus : λοιπόν, *posthac*, sive, *de cætero*, pro quo interpres posuit, *jam*; nec id sanè malè. *Dormite jam*; id est, videte an dormiendi & requiescendi tempus nunc sit, cum adsint qui me ad mortem rapiant, & cum vobis tot mala ac pericula impendeant. Est Ironica συγχώρησις, quam qui non vident, hæreant necesse est in sequentibus.

V. 47. ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων, &c.] vetus, *missi a Principibus Sacerdotum*: alii, *à Principibus Sacerdotum*, sine *missi*. Aiunt enim participium facilè subaudiri. Verum est; sed hoc queror, quòd, quodsibi permittunt hîc, id aliâs non concedant veteri interpreti. Loca supra notata sunt.

V. 51. ἀπέσπασε τὴν μάχαιραν αὐτοῦ] vetus, *exemit*: alii, *exeruit*, & *distrinxit*. Ἀπέσπασε hîc, est εἵλκυσε, Joh. 18. 10. id est, *eduxit*, *extraxit*: Diogenes apud Laërtium ad adolescentem quendam, qui cum formâ esset egregiâ verbis minus decoris uteretur, οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη ἐξ ἐλεφαντίνου κολεοῦ μολιβδίνην ἕλκων μάχαιραν; id est, *non te pudet, inquit, ex eburnea vagina plumbeum gladium educere.*? Ibid: ἀφεῖλε] vetus, *amputavit*: Græcè, *abstulit*. Sic enim malim in margine addere, quàm τὸ *amputavit* expungere.

V. 53. καὶ παραστήσει μοι] id est, ἅστε παραστῆσαί μοι, *ut exhibeat mihi*: *ut sistat huc mihi*: ad verbum, *qui exhibiturus mihi sit*.

V. 57. οἱ δὲ κρατήσαντες τὸν Ἰησοῦν, &c.] id est, *illi verò prehenderunt Jesum et abduxerunt*, &c. vel, *illi verò prehendentes Jesum abduxerunt*.

V: 59.

V: 59. θανατώσωσι] Piſcator, *morte afficerent*, & ſic vetus ſupra, cap 10. v. 21.

Fine v. 60 & initio v. 61. recte vetus: *Noviſſime autem venerunt duo falſi teſtes, Et dixerunt.*

V: 61. τί οὗτοί σου κατεμαρτυροῦσιν;] id eſt, *Quid iſti adverſum te teſtificantur?* Chryſoſtomus legit: οὐκ ἀκούεις τί οὗτοί σου κατεμαρτύρουσι;] id eſt, *Nonne audis quid iſti adverſum te teſtificentur?* Quæ lectio commodior aliquanto eſt. Non eſt tamen diſſimulandum Chryſoſtomum hoc loco verba textus non ita accuratè recitare.

V: 64. πάλιν] *veruntamen.* ἀπ' ἄρτι] *dehinc.*

V: 65. διέῤῥηξε] *ſcidit, diſcidit.* Terentius Adelphis: *diſcidit veſtem?* διέῤῥηξεν ἱμάτιον; 2. reg: 6. v. 30. διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, id eſt, *ſcidit, laceravit*; & ſic Gen: 37. v. 29. & 34. & aliis multis in locis. Heb. ויקרע את בגדיו & ויקרע שמלתיו

V. 66. ἔνοχος θανάτου ἐστί] vetus, *Reus mortis eſt*, quod miror cur quibuſdam non ſatisfaciat.

V. 61. οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν] vetus, *palmas in faciem ejus dederunt*: id eſt brevius; *expalmarunt, alaparunt, palmis ceciderunt.* Heinſius exercitationis ſacræ cap. 28. pag: 493. *Interpres vetus (cujus eruditionem plurimis in locis ſatis admirari non poſſumus)* Matthæi illud, οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν, *ſic expreſſit*; alii autem, palmas in faciem ejus dederunt. *Quo profectò nihil poteſt dici eruditius.* Sedulius libro quinto. —— *Heu mihi quantis Impedior lachrymis, rabidum memorare tumultum!*

Sacrilegas

Sacrilegas moviſſe manus, non denique paſſim
Vel colaphis pulſare caput, vel cædere palmis,
Aut ſpuere in faciem plebis execranda quievit.

Lexicon Græco-latinum vetus, Παίζω, *Expalmo, alapo.* Pro *expalmo*, eſt *depalmo* apud Gellium noſt. Att: lib: 20. cap: 1. *& quemcunque depalmaverat* [id eſt, palma verberaverat] *numerari ſtatim ſecundum duodecim tabulas vigenti & quinque aſſes jubebat.* Auguſtinus hacipſa de re loquens tractatu 7. in Epiſtolam Johannis [tom: 9. col: 626.] verbo *expalmo*, utitur. *Si*, inquit, [id eſt, Num, *vel* Aut] *cum expalmaretur, voluit ſe vindicare?*

Cap. XXVII.

Vers: 1. Πρωΐας δὲ γενομένης] vetus, *Mane autem facto*: Rectè. Chryſoſtomus quæ fuſiùs narrantur a Mathæo, in pauciora ſic contrahit: Καὶ γενομένης ἡμέρας ἄρτι ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τῆς Καϊάφα πρὸς Πιλάτον. Ibid: συμβούλιον ἔλαβον] vide ſupra cap: 22. v: 15.

V: 3. Sic lego: *Tunc videns Judas qui Eum tradiderat* [vel, *prodiderat*] *quod damnatus eſſet, pœnitentiâ ductus retulit triginta argenteos ad &c.* vel *reſtituit triginta argenteos primariis Sacerdotibus & ſenioribus.* ἀπέστρεψε, id eſt, ἀπέδωκε, *reſtituit, retulit.* Judicum, cap: 11. v: 13. καὶ νῦν ἀπόστρεψον αὐτὰς ἐν εἰρήνῃ, id eſt, *& nunc reſtitue*, [*redde*] *eas in pace.*

μετὰ-

μεταμεληθείς] .Chrysost: Tom: 7. Savilianæ editionis,, pag- 86. οὕτω καὶ Ἰοῦδας οὐκ ἐνεγκὼν τοῦ συνειδότος τὸ ἔλεγχον, ἐπὶ βρόχον ὥρμησε, καὶ δι' ἀγχόνης τὸν βίον κατέλυσε, καὶ ὅτε μὲν τὸ ἀναίσχυντον ἐκεῖνο συμβούλιον ἐτόλμα, λέγων· τί θέλετέ μοι δοῦναι, καὶ ἐγὼ ὑμῖν παραδώσω αὐτὸν; οὐ τοὺς ἀκούοντας ᾐσχύνετο, ὅτι μαθητὴς ὢν τοιαῦτα περὶ τοῦ διδασκάλου ἐτύρευεν, [id est, κατέσκευαζεν, ἐμηχανᾶτο] οὐκ ἐν ταῖς ἡμέραις ταῖς μεταξὺ κατενύγη, ἀλλὰ μεθύων ἔτι τῇ ἡδονῇ τῆς φιλαργυρίας, οὐ σφόδρα ᾐσθάνετο τῆς κατηγορίας τοῦ συνειδότος. Ἐπειδὴ δὲ ἔπραξε τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὸ ἀργύριον ἔλαβε, καὶ ἡ ἡδονὴ μὲν ἐπαύσατο τοῦ λήμματος, ἡ δὲ κατηγορία τοῦ πλημμελήματος ἰῶθει λοιπὸν, τότε μηδενὸς ἀναγκάζοντος, μηδενὸς βιαζομένου, μηδενὸς παραινοῦντος, αὐτόματος ἀπελθὼν τό τε ἀργύριον προσέρριψε τοῖς δεδωκόσι, καὶ τὴν παρανομίαν ὡμολόγησεν, αὐτῶν ἀκούοντων ἠκείνων, λέγων. Ἥμαρτον παραδοὺς αἷμα ἀθῶον, &c.

V: 4. Ἥμαρτον παραδοὺς αἷμα ἀθῶον] id est, *Peccavi prodens sanguinem innocentem*, vel, *prodendo* &c. vel, *eo quòd prodidi* &c.

V: 5. Καὶ ῥίψας &c.] id est, Et projectis, vel, quare projectis. Ibid. ἀπήγξατο] vetus, *laqueo se suspendit*: alii, *strangulavit se se*: vide 2 Sam: 17. 23.

V: 7. Συμβούλιον δὲ λαβόντες] vetus, *consilio autem inito*: alii, *consilio autem capto*: vide supra cap: 22. vers: 15. & hujus cap: vers. 1,

V: 9. ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ισραήλ] In locis obscurioribus qualis hic est, (Aliôquin enim non tot excellentis ingenii & doctrinæ viri in ejus explicatione tantopere sudassent) tutissimum esse reor, & cum boni fidique interpretis

pretis officio conjunctissimum, ut à verbis & ipsâ orationis indole quam minimum recedatur. Itaque maxime hic mihi placent, qui conjecturis quantumvis speciosis & probabilibus nihil loci dantes, intra verba Evangelistæ se continent, & nec plura nec pauciora dant Latinè, quàm Evangelista habet Græcè. Quod si, verbis fideliter & χατ' πόδας redditis, libuerit postea opportunè aliquid addere, quod ad loci clariorem intelligentiam faciat, tantũ abest, ut talem operam reprehendendam putem, ut potius efflagitandam, maximique beneficii loco habendam existimem. Totum autem versum Latine sic lego: *Tunc impletum est, quod dictum fuit per Ieremiam Prophetam, dicentem. Et acceperunt* [Non audeo enim eos imitari, qui ut ἔλαβον hîc sit *accepi*, proximo versu ἔδωκαν in ἔδωκα mutant] *triginta argenteos, pretium æstimati, quem æstimaverunt à filiis Israel.* Hîc Græca habemus ad verbum expressa, & si quis Græca explicare vult, eâdem operâ explicabit & Latina.

V. 10. Non recedo à vet: interprete.

V. 14. πρὸς οὐδὲ ἓν ῥῆμα] id est, *ad ullum verbum*; vel, *ne ad unum quidem verbum.*

V: 19. σήμερον] pro σήμερον, id est, *hac die*, textus Ægyptiacus, teste Petro Kirstenio, habet *hac ipsa nocte*: & fortasse σήμερον latè ponitur, pro τάυτῃ τῇ νυκτί: Sequitur enim χαὶ ὄναρ.

V: 21. τίνα θέλετε, &c.] id est, *utrum vultis è duobus dimittam vobis?*

V. 32. ἠγγάρευσαν] Ios: ἀρχαιολ. lib: 13, cap. 5. κελεύω δ' μηδὲ ἀγγαρεύεσθαι τὸ Ἰουδαίων ὑπουζύγια.

γία. id est, *jubeo verò ut ne Judæorum jumenta quidem angarientur*, hoc est, volo illa libera esse ab Angarorum, sive regiorum ministrorum imperio, ac coactione. Eustathius Procemio παρεκβολῶν εἰς τὴν Ἰλιάδα, non dubitavit hujus verbi participio uti, sic scribens ἀλλ' ἡμεῖς καὶ οὕτως ἐπιβαλοῦμεν τῷ ἔργῳ ἵνα, εἰ μὴ ἑτέροις, ἀλλὰ τοῖς γοῦν ἀγγαρεύσασιν ἀρέσωμεν, ἀγογγύστως τὸ ἐπιτεθὲν φορτίον ἄραντες. id est, *verùm & sic opus aggrediemur, ut si minùs aliis, at iis saltem, quorum imperio ac authoritate huc compulsi fuimus, placeamus alacriter onus impositum suscipientes.*

V: 39. *blasphemabant*] id est, *convitiabantur*; sive, convicia faciebant, & inferebant probra.

V: 44. *improperabant*] id est, exprobrabant.

V. 46. *dereliquisti*] mihi non displicet, ut nec *velum*. v: 51.

V: 57. ὀψίας δὲ γενομένης] id est, *vespere autem facto*, vide supra. cap: 26. v: 20.

V: 62. συνήχθησαν] vetus, *convenerunt*: Beza, *coacti sunt*; Piscator, *congregati sunt*. Ex his tribus interpretationibus sumat lector, quam volet.

V: 63. ἐγείρομαι] id est, *resurgam*, vel, *surgam*: vide seq: cap: v: 6. & 7.

V. 65. ἔχετε κουστωδίαν] vide Nicol: Fulleri Miscell. sacrorum lib: 4. cap. 17. pag: 580. &c.

Cap. XXVIII.

VErſ: 1. Ὀψὲ δὲ σαββάτων, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων] id eſt: *Sero autem Sabbathi*, [videlicet] *ſummo diluculo primæ diei hebdomadis*: vel, *Sero autem Sabbathi*, [videlicet] *valde mane primo die hebdomadis*. Poſterior pars explicat priorem. Ὀψὲ σαββάτων, id eſt, τῇ ἐπιφωσκούσῃ, εἰς μίαν Σαββάτων. Εἰς μίαν Σαββάτων, ſine dubio id eſt, quod apud Marcum, τῆς μιᾶς Σαββάτων, & apud Lucam, τῇ μιᾷ τῶν Σαββάτων, neque certe collatio Evangeliſtarum patitur, ut aliter ſentiamus. Jam, τῇ ἐπιφωσκούσῃ, quid eſt niſi λίαν πρωῒ, & ὄρθρου βαθέος, apud eoſdem Marcum & Lucam? τῇ ἐπιφωσκούσῃ ſub. πρωΐᾳ· *luceſcente diluculo*, vel, *luceſcente mane*, *cum luceſceret mane*. Atque hîc ſubdiſtinguo. Tum ſequitur, εἰς μίαν Σαββάτων, id eſt, ἐν μιᾷ Σαββάτων, *in prima Sabbathi*, [hoc eſt hebdomadis] ut rectiſſime vetus interpres. Theophylactus pulchre hunc locum enarrat, cujus verba ideo ſubjicienda hîc cum brevi quadam declaratione putavi: τὸ ὀψὲ Σαββάτων, inquit, ἴσον ἐστὶ τῷ παρὰ τῷ Λουκᾷ εἰρημένῳ, ὄρθρου βαθέος, καὶ τῷ παρὰ τῷ Μάρκῳ, λίαν πρωῒ, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου· Ἥλιον γὰρ ἐνταῦθα νοεῖν ὀφείλομεν τὰς ὀρθρινὰς τοῦ ἡλίου αὐγάς. ἀφ' οὗ γὰρ ἡ ὀξεῖα ὥρα τῆς νυκτὸς ἐπιλάβηται, ἐκ τότε ἡ ἀρχὴ τῆς μελλούσης ἡμέρας, καὶ ἡ πρωΐα δοκεῖ ἐπιλαμβάνεσθαι· τότε τοίνυν ὀψὲ μὲν ἦν Σαββάτου, ἀρχὴ δὲ τῆς κυριακῆς, ἣν μίαν τῶν Σαββάτων ὀνομάζει. id eſt, ὀψὲ Σαββάτων, *idem valet atque* ὄρθρου βαθέος

Vide Theophylactum in Marc: 16.v.1.&c

βαθέος apud Lucam, & λίαν πρωῒ ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, apud Marcum. Ἥλιον *enim hic* [id est, apud Marcum] *accipere debemus de solaribus radiis diluculum efficientibus. Ex quo enim octava noctis hora advenerit, ex eo principium sequentis diei & diluculum advenire videtur. Tunc itaque serum quidem erat Sabbathi, initium vero Dominici, quem primum diem hebdomadis nominat.* In his verbis Theophylacti hæc duo observanda: 1. ἥλιον apud Marcum non de sole ipso, sed de solaribus radiis primo diluculo apparere incipientibus accipiendum, ut sic Marcus cum reliquis Evangelistis concilietur. 2. Finem noctis esse initium diei, igitur serum Sabbathi, nihil aliud esse quam diluculum Dominici, nec referre utrum initium, Dominici significare volens, ὀψὲ Σαββάτων dicas cum Matthæo; an cum Marco & Lucâ, λίαν πρωῒ τῆς μιᾶς σαββάτων, &, τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων ὄρθρου βαθέος. Eodem enim puncto temporis & noctem finiri & diem inchoari. Sic Eustathius in initium Odyss. θ: τὴν τῆς ἡμέρας ἀρχὴν ὁ τὴν νύκτα περαίων ὄρθρος ποιεῖ, *Diei initium noctem terminans diluculum facit.* Eô igitur spectant hæc Theophylacti, ut quid sit ὀψὲ σαββάτων, explicetur. Cæterum videndū annon apud Theophylactum loco citato, pro, ὀψιδὸν, legendum sit ἑσπέρη, forte ὀψίμη, aut aliquid tale. Quid enim hîc faciat ὀψιδὸν, ubi de communi noctis & diei termino differitur? Sed scrupulum omnem eximit Balsamon, qui scribit ortum solis vulgo creditum esse incipere post horam noctis septimam, quia tunc incipit illius ἀνάβασις & φαῦσις. Quocirca minime dubi-

tandum est, quin ἡ ὀγδόη ὥρα vera sit lectio, & talis omnino, quæ correctoris opera non indigeat.

V: 3. ἡ ἰδέα] vetus, *aspectus*: alii, *visus*: alii, *species*, & *facies*. Erasmus: *aspectus ejus*, id est, species ejus, sive forma. Theognis: Πολλάκι γὰρ γνώμην ἐξαπατῶσ' ἰδέαι, id est, *species sæpe fallunt mentem & judicium hominis*.

V. 4. καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροὶ] Maxima his verbis consternatio significatur, quæ quidem ita gravis, & vehemens fuerit, ut penè extingueret eos. Nonnunquam etiam qui in maximo sunt metu, mori præ timore, hyperbolico quodam loquendi genere dicuntur. Sap. 17. v: 10. κνωδάλων παρόδοις, καὶ ἑρπετῶν συριγμοῖς ἐκτεσοβημένοι διώλλυντο ἔντρομοι. id est, *præ pavore peribant*. Sic ἀποθνήσκειν ἀπὸ ἀθυμίας, & ἀποθνήσκειν τῷ δέει sæpè apud Chrysostomum, de maximis pavoribus dictum reperias. Vide Casaub: adver: Baron: pag. 673. 674. & 675. Porrò illud in initio versus: ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ ἐσείσθησαν οἱ τηροῦντες] non incommode sic ad verbum reddatur: *Præ timore autem ipsius concussi*, sive *conquassati sunt custodes*.

V. 10 κἀκεῖ με ὄψονται] id est, *nam illic me videbunt*. Piscator.

V. 12. συμβούλιόν τε λαβόντες] id est, *consilio inito*. Vide supra cap: 22. v. 15.

Finis Evangelii secundum Matthæum

Τῷ Θεῷ δόξα.

August. 13. 1619. *Collatio fervente Messe.*

Collatio Veteris Interpretis cum aliquot è recentioribus in Evangelio ſecundum Marcum.

Cap. I.

VERS: 1. ἀρχὴ τῦ εὐαγγελίε] vetus, *initium Evangelii*: alii, *principium*. Vide ſupra Matth. 19. v. 8.

V. 3. εὐθείας ποιῆτε τὰς τρίβυς ἀυτῦ] vetus ad verbum, *rectas facite ſemitas ejus*: quod non diſplicet; vide Matth: 3. 3.

V. 4. ἐγένετο Ιωάννης βαπτίζων &c.] id eſt, *Erat Iohannes baptizans in deſerto, & prædicans baptiſmum, &c.* A Græca enim periphraſi lingua Latina non abhorret.

Sic v. 6. Græcam etiam periphraſin retineo: *Porrò erat Iohannes indutus pilis *cameli, & zonâ pelliceâ circa lumbos ſuos, & edebat locuſtas, &c.* * id eſt, *camelorum.*

V. 7. κύψας] id eſt, *incurvatus*, vel, *cernuus*. Prudentius περὶ στεφάνων Hymno decimoquarto: *Sic fata, Chriſtum vertice cernuo Supplex adorat. Vertice cernuo;*

id est κύψασα, quemadmodum 70: interpretes de Josephi fratribus dicunt, Genes. 43.28. καὶ κύψαντες προσεκύνησαν αὐτῷ. Vetus Hymnus in corpus Christi: *Tantum ergo Sacramentum Veneremur cernui*: id est, κύψαντες προσκυνῶμεν. οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς κύψας λῦσαι, &c.] id est, *cujus non sum dignus qui corrigiam calceamentorum solvam cernuus.*

V: 13. Καὶ ἦν ἐκεῖ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἡμέρας τεσσαράκοντα, πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ σατανᾶ] id est, *Et erat illîc in deserto dies 40. & tentabatur à Satana.* Sic propemodum vetus interpres, nisi quod, *illic*, omittat, & 40. diebus 40. etiam noctes addat. In postremis verbis prorsus cum illo consentio, ubi tamen ab aliis deseritur: *tentante eum Satanâ*: dicentibus, id est, πειράζοντος αὐτὸν τοῦ σατανᾶ: Sensus est: *Et cum esset ibi in deserto dies 40, tentabatur à Satana.*

V: 20. Pro, ἀφέντες αὐτὸν] malim dicere cum vetere interprete, *relicto patre*, quàm cum aliis, *omisso patre.*

Cap. II.

VErs: 1. δι' ἡμερῶν] Vetus, *post dies*, sub. aliquot: alii, *interiectis aliquot diebus.* Τὸ, διὰ in istiusmodi loq[illegible] generibus non male exprimi videtur, per, *post*, aut aliud aliquod vocabulum, quod tantundem valeat.

Act.

Act. 24. 17. Δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων παρεγενόμην, &c. i. e. *Post annos autem plures veni.* Sic enim ibi vetus interpres, à quo, quod ad rem ipsam attinet, non multum discrepant, qui dicere tamen maluerunt: *Pluribus annis interjectis.* Theodoretus quest 15. in Genesin: Ἐκ δὲ τοῦ δρόμου τῆς σελήνης τὸν τῶν μηνῶν μανθάνομεν ἀριθμὸν. Διὰ τριάκοντα γὰρ ἡμερῶν μῆνα προσαγορεύομεν. id est, *Ex cursu autem lunæ, qui mensium sit numerus, intelligimus. Post triginta enim dies* [vel *exactis, sive expletis 30 diebus*] *mensem vocamus.* Philo Judæus περὶ βίου θεωρητικοῦ pag: 613. Ἔνιοι δὲ καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ὑπομιμνήσκονται τροφῆς, ὅις πλείων ὁ πόθος ἐπιστήμης ἐνίδρυται· Τίνες δὲ οὕτως ἐνευφραίνονται, καὶ τρυφῶσιν ὑπὸ σοφίας ἡστιώμενοι πλουσίως καὶ ἀφθόνως τὰ δόγματα χορηγούσης, ὡς καὶ πρὸς διπλασίονα χρόνον ἀντέχειν, καὶ μόλις δι' ἓξ ἡμερῶν ἀπογεύεσθαι τροφῆς ἀναγκαίας. id est, *Nonnulli autem, quibus major est amor scientiæ, etiã post triduum leviter cibi recordantur.* [Nota vim præpositionis ὑπὸ in ὑπομιμνήσκονται. At apud Eusebium Eccl: Hist lib: 2. cap: 16. ubi hic locus citatur, negandi particula οὐχ ante ὑπομιμνήσκονται ponitur, non tam commodo, ut mihi videtur, sensu, præsertim cum ascetas hosce cibi aliquid post triduum sumpsisse, è posteriore membro constet.] *quidam vero sapientiæ epulis, benigne & copiose dogmata suppeditantes, ita delectantur, itaque capiuntur, ut duplo diutius sine cibo persistant, vixque post sex dies necessariæ alimoniæ gustum capiant.* Loquitur Philo de admirabili abstinentiâ Ægyptiacorum quorundam Monachorum, quorum alii scientiæ amore triduanam inediam, alii

duplo diuturniorem perferrent. Sed quid longius eo? Nonne Deut. 9. 11. & 15. 1. διὰ apud 70. interpretes Hebræorum מקץ, id est, *post*, *post finem*, μετὰ, clarissimè respondet? Sicut igitur apud 70. δι' ἐτῶν, est, μετ' ἐτη ἔτη, & διὰ τεσσαράκοντα ἡμερῶν, μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας, ita hîc quid obstat, quô minùs, δι' ἡμερῶν, idem valeat, quod μετ' ἡμέρας?

Vers. 2. τὸν λόγον, *sermonem*] id est, sermonem Evangelii. τὸ, *Evangelii* enim rectius expositionis vice addatur, extra contextum, quam in contextu ipso ponatur.

Vers. 12. οὐδέποτε οὕτως εἴδομεν] Vetus, *nunquam sic vidimus*: id est, nunquam tale quicquam vidimus.

Vers. 21. ἐπιῤῥάπτει] Vetus, *assuit*: alii, *insuit*: qui iidem negant *assuit* (quod ipsi quidem sciant) apud bonos authores reperiri, aut sensum hujus loci rectè exprimere. Quos bonos authores intelligant nescio: certè apud Horatium in vestibulo libri de arte Poëticâ legimus, *unus & alter Assuitur pannus*. Deinde, *insuere* opinor, dicuntur, non tam qui apponunt aliquid vesti, defectus supplendi causâ, quam qui suendo includunt aliquid, & veluti illatebrant. Sic parricida culeo sive in culeum insuitur; sic Epistola insuitur ventri leporis:

sic

Sic Bacchus inſuitur femori Jovis: Plautus Vidulariâ: *Jube hunc inſui Culleo, atque in altum deportari, ſi vis annonam bonam.* Ovid: Metamorph: lib: 3. fab: 3.

Imperfectus adhuc infans genetricis ab alvo
Eripitur, patrioque tener (& credere dignum eſt)
Inſuitur femori &c.

Igitur meâ ſententiâ, *aſſuit*, quàm *inſuit*, aptius huic loco convenit, & ſenſum ejus rectius exprimit. De his verbis: ὀθόνημα ῥάκυς ἀγνάφου] vide ſupra Matth: 9. v: 16.

Cap. III.

Verſ: 5. συλλυπούμενος] Vetus, *contriſtatus*, non male: alii, *ſimul dolens*, & *condoleſcens*. Sed ſatis eſt *dolens*: eſt enim συλλυπούμενος, ἀντὶ τοῦ λυπούμενος.

Verſ: 9. παρακαθήμενοι] id eſt, *ſemper*, vel, *aſſidue adeſſet*.

Verſ: 10. ὥστε ἐπιπίπτειν αὐτῷ] vetus, *ut irruerent in eum*: quo non requiro melius. Totum autem verſum ſic lego: *Multos enim ſanaverat ita*

ita ut irruerent [vel *ruerent*] *in eum, tangendi ipsius causa*; vel, *quo ipsum tangerent, quotquot, &c.*

V: 12. πολλὰ ἐπετίμα αὐτοῖς] id est, *vehementer comminabatur eis*: ut vetus, vel, *multum interminabatur eis*; ut recte Piscator.

V. 14. κηρύσσειν] id est, *ad prædicandum*, sive, *ut prædicarent*. Beza addit *Evangelium*, sed rectius id addatur in margine; vide v: 2. præcedentis capitis. Cogitet autem secum prudens lector, annon v: 14. & 15. sic haud incommode reddi possint Latine: *Et fecit ut duodecim secum essent, quos mitteret ad prædicandum, & cum potestate sanandi morbos & ejiciendi dæmonia.* Sensum credo hoc modo recte representari etiamsi à verbis, perspicuitatis & commodioris syntaxeωs causâ aliquantulum recedatur. Aliter, *Et constituit duodecim, qui secum essent, & quos mitteret tum ad prædicandum, tum potestate instructos sanandi morbos*, &c. Ἐποίησε] id est, ἐχειροτόνησε, προὐβάλετο, è Theophylacto.

V: 16. Καὶ ἐπέθηκε &c.] vetus ad Verbum: *Et imposuit Simoni*, &c. Beza: *Primum Simonem* &c. ac si esset Græce, πρῶτον Σίμωνα, quod reperiri in nonnullis exemplaribus annotat Erasmus, sed minus illis quidem emendatis, nec dissimulat transumptum hoc sibi videri ex Matthæo. Simplicissimum ergo mihi videtur cum vetere interprete, optimorum exemplarium fidem sequi. Et, ni fallor, numero majorum. Multa enim consului, nec dum videre licuit, ubi scriptum esset: πρῶτον σίμωνα.

Durities

Durities autem, si qua est, in recepta lectione, facile ea moliatur annotatiunculâ aliquâ in margine, quæ & diligentiæ simul nostræ & modestiæ sit testis. Veluti hoc loco: *Et imposuit*, &c. Marginalis annotatio: *Nonnulla exemplaria, testante Erasmo, habent*, πρῶτον σίμωνα [sc. ἐποίησε] καὶ ἐπέθηκε τῷ σίμωνι, &c. hoc est, *Primùm Simonem* [sc. *constituit*] *cui Simoni Petro nomen imposuit*. Si hoc modò legas, aliquanto mollior erit membrorum connexio. Quis non malit talem annotationem, quàm contextus ipsius vel levissimam emendationem, à viris quantumvis eruditis, magniq; nominis profectam?

V: 20. ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς, &c.] id est, *ut ne panem quidem possent edere*, sive, *manducare*: alii, *cibum capere*. Ego malim intus, id est, in contextu, *panem edere*, & foris, id est in margine, *cibum capere*; vel contra, intus, *cibum capere*, & foris, Græcè, *panem edere*. Idiomata enim linguarum, ut Hebraismi, Hellenismi, &c. non sunt dissimulanda. Hoc semel notasse sufficiat.

V: 21. οἱ παρ' αὐτοῦ] vetus, *sui*: alii, *ipsius propinqui*. οἱ παρ' αὐτοῦ id est, οἱ οἰκεῖοι καὶ προσήκοντες, quibus furiosi tradi solent. Theophylactus, οἱ παρ' αὐτοῦ, τουτέστιν, οἱ οἰκεῖοι αὐτοῦ. Tum addit majoris adhuc explicationis gratiâ: τυχὸν δὲ ἀπὸ τῆς αὐτῆς πατρίδος, ἢ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, id est, *fortasse populares, vel etiam fratres ejus*. Apud Polybium οἱ παρ' αὐτῶν, commodissime redditur per, *sui*, ut his duobus locis, lib: 4. τῶν ... τῶν Αἰτωλῶν ... τὴν τάξιν, ἀποχωρεῖν εἰς τὴν παρώρειαν, σπεύδοντες

συνάψαι

συνάψαι τοῖς παρ' αὐτῶν πεζοῖς· id est, *Ptolo-lorum equites ordinem servantes, in campum monti subjectum recesserunt, properantes cum peditatu suo se conjungere.* Ibidem, paulo post; παρεγγυήσαντες βοηθεῖν καὶ συνάψειν τοῖς παρ' αὐτῶν ἐυζώνοις. id est, *jubens* [Aratus sc. οἱ ἀεὶ τὸν Ἄρατον] *auxilium ferre & se conjungere cum expeditis suis.* 1. Macc. 2, 15. Καὶ ἦλθον οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως, id est, οἱ βασιλικοὶ, *regii ministri*, vel, ut Josephus, οἱ ἀπὸ τοῦ βασιλέως καθιστάμενοι. Si apud Polyb: οἱ παρ' αὐτῶν, idem sonat, quod *sui*; non est cur temere vetus hic interpretatio repudietur. Et certè quò generalior est, eò tutior, dummodo tamen sensus non obscuretur. Infra cap. 5. v. 26. καὶ δαπανήσαντα τὰ παρ' ἑαυτῆς πάντα, id est, *& cùm omnia sua impendisset.* Ibid. ὅτι ἐξέστη] i. e. ὅτι διάνοιαν ἔχει, Theophylactus. Suidas, ἐξέστηκα, μαίνεσθαι.

V. 24. Καὶ ἐὰν βασιλεία &c.] i. e. *Nam si*, ut sit ἐὰ pro γὰ. Vide Joh. 2. v. 13. ubi pro Καὶ ἐγγὺς ἦν τὸ πάσχα, Nonnus habet Ἐγγὺς γὰ τότε πάσχα. *Nam si regnum*, &c. tum v. proximo: *Et si domus*, &c.

V. 28. καὶ βλασφημίαι ὅσας ἂν βλασφημήσωσιν] *& blasphemiæ quibuscunque blasphemarint.* id est, & blasphemiæ quascunque dixerint. βλασφημήσωσι, i. e. φήσωσι, εἴπωσι.

V. 31. ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν, φωνοῦντες αὐτὸν] vet: *miserunt ad eum, vocantes eum*: Quomodo, *vocantes*? Per eos quos miserunt. Non male igitur Erasmus, quod ad sensum attinet: *miserunt ad eum, qui eum evocarent, vel evocarent.*

CAP.

Cap. IV.

Vers: 1. παρὰ τὴν θάλασσαν] vetus, *ad mare*, id est, *juxta mare*. Ibid, πρὸς τὴν θάλασσαν ἐπὶ τῆς γῆς ὅλης] id est, *circa*, vel, *prope mare in terra erat*. ὅλης, id est, *fortasse*, ὅλη ἐφὸς ἵστατο. Quemadmodum enim Christus sedens docebat, ita illos stantes audivisse probabile est.

V. 18. τὸ, ἤτοι εἰσιν, posteriore loco proculdubio redundat, nec agnoscit Theophylactus, apud quem sic legitur: Καὶ ἄλλοι εἰσὶν οἱ εἰς τὰς ἀκάνθας σπειρόμενοι, οἱ τὸν λόγον ἀκούοντες &c.

V. 22. οὐ γάρ ἐστί τι κρυπτὸν, &c.] id est, *Non est enim quicquam occultum quod non manifestabitur, neque clam factum est, sed ut in lucem veniat*. ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ, id est, ὃ μὴ φανερωθήσεται. ἀλλ' ἐγένετο ἀπόκρυφον, id est, ἀλλὰ κρύφα τι ἐγένετο *subaud*, ἵνα κρυφθῇ, *ut occultetur, ut clam fiat*. εἰς φανερὸν, id est εἰς φῶς. Supplementis opus esse non nego, sed, ut sæpe antea testatus sum, rectius ea multo in margine, quam in contextu ipso collocentur. Summa enim mihi religio est, etiam ubi obscurior est & implicatior Evangelistarum oratio, addere aliquid aut mutare, præsertim in contextu. In margine id tutius fiat, aut Scholiis majoribus, si modo ita res exigat.

V. 24.

V. 24. ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν, καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν] id est, *quâ mensurâ, metimini reponetur vobis*; [ad verbũ, *mensurabitur*] *imò adjicietur, apponetur vobis qui auditis.* προστεθήσεται plus est, quam μετρηθήσεται. Igitur καὶ recte per *imò*, exprimatur.

V. 29. Ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπός] id est, *cùm maturuerit fructus*: Sic, ni fallor, Euthymius, & Maldonatus. Sed cur, *maturuerit*? Quia fructus jam maturus se messori veluti demetendum tradit. Ibid. εὐθέως ἀποστέλλει τὸ δρέπανον, ὅτι παρέστηκεν ὁ θερισμός] vetus, *statim mittit falcem, quoniam adest messis*: alii, *statim mittit messores*, &c. ut μετωνυμικῶς, falx, instrumentum nimirum messorium, pro messoribus ipsis ponatur. Acutè sanè & eruditè; Sed cum apud Joëlem cap: 3. v: 13. ἐξαποστείλατε δρέπανα, nihil aliud sit, quàm πέμψατε δρέπανα, id est, *mittite*, sive, *immittite falces*. Hebraicè, שלחו מגל, æquum non puto ut vulgata hîc versio sollicitetur. Sic Apocal. 14. 15. legimus: πέμψον τὸ δρέπανόν σου καὶ θέρισον] id est, *mitte falcem tuam, & mete.*

V: 31. Ὡς κόκκῳ σινάπεως] *Ut grano sinapis*; ὡς, id est, ὁμοία ἐστίν. Matth. 13. 31. *adverbium* pro *adjectivo*; Igitur si sensum respicias, verba ista, ὡς κόκκῳ σινάπεως, non male reddideris: *simile est grano sinapis*. Optimè ergo Anglici nostri interpretes: It is like to a grains of mustard-seed, &c.

V: 34. ἐπέλυε πάντα] id est, ἔλυε, ἡρμήνευε, διεσάφει, διεσαφήνιζε. 3. Esdræ 9. 46. Καὶ ἐν τῷ λῦσαι τὸν νόμον πάντες ὀρθοὶ ἔστησαν· Ἐν τῷ λῦσαι, id

id est, ἐν τῷ ἁπλῦσαι, ἐν τῷ ἑρμηνεῦσαι, *dum explicabat, dum interpretabatur*, sc. Esdras.

V: 37. τὰ δὲ κύματα ἐπέβαλλεν εἰς τὸ πλοῖον] id est, *fluctus autem irruebant*. 1. Maccab: 4. v: 2. ὥστε ἐπιβαλεῖν ἐπὶ τὴν παρεμβολὴν τῶν Ἰουδαίων, id est, *ut irruerent in castra Judæorum*.

CAP. V.

VErs: 35. τί ἔτι σκύλλεις τὸν διδάσκαλον;] Vetus, *quid ultrà vexas magistrum?* & sic propemodum Beza. σκύλλεις, id est, ἐνοχλεῖς, κόπον παρέχεις, *vexas, fatigas*. Lexicon Græco-Latinum vetus, σκύλλομαι, *jactor*: σκύλλω, *fatigo, vexo*: σκυλμὸς, *vexatio, fatigatio*. Matth: 9. 36. apud Chrysostomum, Theophylactum, & alios, σκυλμένοι legitur, pro ἐκλελυμένοι; quæ lectio minimè sanè videtur improbanda, cùm & loco apprimè conveniat, & à vetere interprete exprimatur, &, Bezâ ipso teste, in sex minimum vetustis codd: reperiatur. Addit ibid. Beza, τὸ σκύλλεσθαι, propriè dici non de quavis molestiâ, sed *de fatigatione*, & lassitudine ex itinere: cui diserte astipulatur H. Stephanus præfatione Herodiani sui. Post examinata enim duo loca Herodiani, ubi τὸ σκύλλειν non potest aliter capi, quàm *de fatigatione ex itinere*, statim subjungit: *sic etiam Evangelii Marci*, cap: 5. σκύλλε, *illa*

illâ ipsâ de re [id est, *fatigatione ex longitudine itineris*] *dicitur*: *ideoque* τί ἔτι σκύλλεις τὸν διδάσκαλον, *apte redditum iri puto*: Quid amplius fatigas magistrum? *conficiendo* videlicet *hoc itinere*. Non negat tamen proximis verbis τὸ, σκύλλειν referri posse, non tam ad longitudinem itineris, quàm ad hoc, quòd inter eundum à turbâ comprimeretur. Septimo tomo Chrysostomi pag: 554. πολυσκυλτος, legitur, ἀντὶ τοῦ, πολυπονος καὶ πολυμέριμνος, id est, *laboriosus*, & *tadii curarumque plenus*: apud Eusebium etiam Eccl. Hist. lib. 4. c. 15. reperio adverbium ἀσκύλτως, pro, ἀπόνως, ἀκόπως, ῥᾳδίως, id est, *facile*, *nullo negotio*, *citra tadium aut molestiam*. Sic enim ibi Polycarpus jam jam tradendus flammis, ad eos qui cum clavis veniebant, ut palo illum affigerent: ἄφετέ με οὕτως, inquit, ὁ γὰρ διδοὺς ὑπομεῖναι τὸ πῦρ, δώσει καὶ χωρὶς τῆς ὑμετέρας ἐκ τῶν ἥλων ἀσφαλείας ἀσκύλτως ἐπιμεῖναι τῇ πυρᾷ. id est, *Sinite me, ut sum. Nam qui, ut ignem sustineam dat mihi, dabit etiam, ut sine clavis vestris, facile citra molestiam in rogo permaneam*. Hæc attuli non aliam ob causam, quam ut receptam interpretationem partim illustrarem, partim etiam confirmarem. Porrò si libet & vacat, vide notas meas in septimum tomum Chrysostomi, pag: 107. lin: 3. & pag: 160. lin: 16.

V. 38. ἀλαλάζοντας πολλά] Vetus & Beza, *ejulantes multum*. Rectè. Est enim ubi ἀλαλάζω idem sonet, quod ילל Hebræis, ut Jerem. cap. 4. v. 8. והילילו καὶ ἀλαλάζετε, & 25. v. 36. καὶ ἀλαλαγμὸς τῶν προβάτων καὶ τῶν κριῶν. Hæbraicè, ויללת אדירי הצאן id est, *ejulatusque*

tuſque fortium è pecude, vel ut alii reddunt, *ejulatus magnificorum pecuariorum*; Lexici etiam Græco-latini toties à me memorati non eſt negligenda hîc authoritas, in quo, videlicet in litera, *α.* ſic legimus: ἀλαλαγμὸς, *jubilatio*, *ejulatio*, & ἀλαλάζω, *ululo.* ἀλαλάζω ergo non ſolum, *jubilo*, ſignificat, (quod omnes norunt & fatentur) ſed etiam, *ejulo*, & *ululo.*

Cap. VI.

Verſ. 5. οὐκ ἠδύνατο] H. Stephanus animadverſionibus ſuis in lib: de Dialectis pag: 50. Sect. 62. *Jam vero quemadmodum* οὐκ ἐθέλειν, pro ἐ δύνασθαι *uſurpatur*, ita viciſſim, ἐ δύνασθαι, pro οὐκ ἐθέλειν *poni ſciendum eſt: cujus tamen ſignificationis exemplum ex ſolo Marco habere me fateor cap. 6. v. 5.* καὶ οὐκ ἠδύνατο ἐκεῖ &c. *Hic enim* οὐκ ἠδύνατο *eſt pro*, οὐκ ἤθελε, *vel*, οὐκ ἐβούλετο. *Non potuit* ergo i. e. "*noluit*, atq; pro hac interpretatione faciunt, "quæ proxime hoc verſu ſequuntur: *niſi* "*quod quum paucis ægrotis impoſuiſſet manus*, "*ſanavit eos.* Rectiùs enim multò referuntur hæc ad voluntatem, quàm ad potentiam Chriſti; niſi velimus Chriſtum in ordinem cogere, & talem efficere ut quoſdam ſanare potuerit, quoſdam non.

V: 11. ἢ Γομόῤῥοις] Beza, *ſive Gomorrhorum.* Sed pro, *ſive*, malim, *et tolerabilior erit* [*conditio*]

ditio] *Sodomorum & Gomorrhorum*, &c. ut sit *disjunctiva* particula, pro *copulativa*, ἤ, pro καὶ. vide Matth. 10. 15.

V: 12. ἐκήρυσσον] vetus, *prædicabant*: Recte.

V: 13. πολλοὺς ἀῤῥώστους] id est, *multos ægros*, vel, *ægrotos*.

V: 14. φανερὸν] vetus, *manifestum*: Beza, *clarum*, id est, λαμπρὸν, ἔνδοξον.

V: 16. ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην] vetus, *quem ego decollavi Johannem*: Beza, *Johannes quem ego decollavi*: perspicuâ magis & usitatâ structurâ, cui tamen locum dari velim in margine potiùs, quàm in contextu, quia illa altera Græci sermonis faciem melius refert, & ejusmodi præterea est, quæ multis exemplis è nobilissimis tam Græcis quàm Latinis scriptoribus petitis facillimè defendatur. Sophoclis doctissimus enarrator Triclinius, vocat talem accusativum, ἀπαρεμφατικὸν πρὸς εὐθεῖαν μεταχωρῆσαν, cum alibi, tum, ni fallor, super hæc verba in Aiace: ὁρᾷς, ἀδυνατεῖ, τλῆ θεῶν ἰσχὺν ὅση;

V: 19. ἐνεῖχεν αὐτῷ] vetus, *insidiabatur illi*: Beza, *imminebat ei*. Quod si vetus interpres deserendus sit, malim ubique: *infensa erat ei*: quia puto Marcum hoc verbo significare voluisse, quàm esset Herodias infenso & malevolo, ergà Johannem, animo. *Insidiari* & *imminere* (quæ duo si res probè expendatur, non multùm differunt) effectus sunt malevolentiæ, sive odii alt us concepti, & ab eo tanquam à fonte manant: at Marcus fontem ipsum designare voluit, nec verbo ad hoc designandum

usus

usus est inidoneo, sed maximè apposito. Ἐνεῖχεν enim est, ἐνώτει, ἐχολᾶτο, ὠργίζετο, ἐμνησικάκει, id est, *odio & irâ ardebat: infesta erat, irascebatur, malevolo erat animo.* Sic Hesychius: Ἐνεῖχον, ἐχόλων [rectius fortè ἐχολῶντο,] ὠργίζοντο. Et paulo post: Ἐνέχει, μνησικακεῖ, ἐχθοῖ, [ita enim legendum censeo pro ἔχθεται] Declarat ergo hoc verbum talem iram, qualis illa fuit de qua Poeta *Savæ memorem Junonis ob iram;* vimque ejus optimè & vidisse & expressisse videntur Anglici nostri interpretes in hunc modum loquentes: **Therefore Herodias had a quarrell against him,** or, **Therefore Herodias had an inward grudge against him.** Camerarius, utriusque linguæ commentariis, col. 326. *In Marco legitur,* ἡ δὲ Ἡρωδιὰς ἐνεῖχεν αὐτῷ. erat illi infesta, urgebat eum, *vel quemadmodum interpres,* insidiabatur ei.

V. 20. καὶ συνετήρει αὐτὸν] vetus, *& custodiebat eum.* Rectè, ni fallor. *Custodiebat eum* id est, erat ei pro custode, nec patiebatur, ut à quoquam læderetur: defendebat eum: prohibebat ab injuriis &c. Beza, *observabat eum,* id est, ἐθεράπευε.

V. 27. σπεκουλάτορα] vetus, & Beza, *spiculatore,* i, in e, mutato: sed mutatione non est opus. Nam speculator in hac notione notum satis Latinum vocabulum est. Seneca lib. de ira. *Tunc Centurio supplicio præpositus condere gladium speculatorem jubet.* Vide Lipsium & Meursium.

V. 36. εἰς τὰς κύκλῳ ἀγρὰς] id est, *in proximas villas,* vel, *in circumjacentes villas:* vide Erasmum, & annotationes meas in Mat. 22. v. 5

V. 39. συμπόσια συμπόσια] id est, *ordine convivali*, vel per *convivia*, ut Beza hîc, & vetus, Luc. 9. 14. Valla, *manipulatim*.

V. 45. εἰς τὸ πέραν πρὸς Βηθσαϊδὰν] Parùm mihi satisfaciunt qui in hunc locum scripserunt interpretes. Ut Marco cum Johanne conveniat, alii alias rationes comminiscuntur: mihi vero simplicissimum videtur ut optimæ fidei chartæ Geographicæ consulantur, ex illisque statuatur, unde solverint discipuli, et quo tetenderint: quòd si fiet, fortasse ἀπλοϊα illa inter Marcum et Johannem, quæ multos torsit, haud ita difficulter tolletur. Ego doctissimi Adricomii descriptionem sequor apud quem ὁ ἔρημος τόπος, id est, *desertum Bethsaidæ*, ita ponitur ut inter illud et Bethsaidam mare Galilææ quàm latum est, intersit. Bethsaida enim comparata cum deserto suo magis spectat Occidentem, ut contra desertum ex altera parte maris Orientem versus Bethsaidæ plane opponitur. Cum igitur discipuli, sicut constat ex Evangelistis, è deserto solverint, probabile est, Capernaum, ut locum viciniorem, primùm eos petiisse, et deinde Capernaum relictâ, venisse Bethsaidam. Non enim compendium navigandi faciebant, nec rectâ petebant Bethsaidam, præcidentes omnes sinus, sed circuitione quadam utebantur. Hoc modo nulla, ne minima quidem, quantum mihi videtur, inter Evangelistas erit ἀπλοϊα. Johannes meminit Capernaum tantum, ut civitatis propinquioris: Marcus Bethsaidæ tantum, ut loci ejus quò præcipuè iter dirigerent. Igitur dicitur paulò infrâ v: 53. hujus cap:

Et

Et cum trajeciſſent, venerunt in terram Genezaret. Terra enim Genezaret contermina eſt Bethſaidæ. Ergo terminus navigationis illius fuit terra Genezaret, ſive portus Bethſaidæ.

V. 52. ὁ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις] vetus, *Non enim intellexerunt de panibus* : βεχυλοχίαν Evangeliſtæ ſimili βεχυλογίᾳ exprimens, quod improbandum non videtur. *De panibus*, id eſt, quid de panibus factum nuper fuiſſet; vel, miraculum illud de panibus.

V. 53. Καὶ διαπεράσαντες] *& quùm trajeciſſent.* Hoc eſt, quùm trajeciſſent maris illam partem, quæ media eſt, inter deſertum & Bethſaidam, haud tamen recto curſu, ſed priùs aditâ urbe Capernaum, & deinde Bethſaidam verſus curſu tranſlato.

V. 56. ἐν ταῖς ἀγορᾶις] id eſt, *in foro*, quod rectius puto, quam *in foris*, quia *forum* Latinè in ſingulari eſt uſitatius.

Cap. VII.

VErſ. 2. κοιναῖς] vetus, *communibus*. Bezæ, *pollutis*. Sed ſic, proximè ſequens interpretatio, τοῦτ' ἔστιν ἀνίπτοις] ſupervacanea redditur. Quid eſt enim *illotis*, niſi *pollutis*?

V. 3. ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας] vetus, *niſi crebro laverint manus* : alii, *niſi pugno*, &c.

Alii, *nisi studiosè*, &c. Cùm πυγμῇ interdum idem valeat, quod πυκνῶς, & ἐπὶ πολύ (sicut à viris doctiss. annotatum est) iniquum fuerit, veterem interpretationem prorsus hic rejicere. Qui vertunt, πυγμῇ, *studiosè*, sive, *diligenter*, & *accurate* (Syriacè בשׁילאיו) à vetere interprete non multum recedunt. Josephi Scaligeri verba huc pertinentia initio capitis septimi Elenchi Trihæresii Serarii, tanquam ab illustri viro summique judicii profecta, nequeo hîc omittere. Sic ergo Scaliger: *Arabica*, inquit, *duæ diversæ paraphraseis omittunt*, [*hæc verba*, πυγμῇ νίψωνται] *tertia ab illis diversa exponit*, fæviſſimè, *ex interpretibus Græcorum, qui* πυγμῇ, *pro eo quod Homero*, πύξ, id est, frequenter, *accipiunt. Inde infimæ vetustatis Christiani scriptores* πύξ & πυγμῇ, *pro eodem usurpant*, id est, fæpissime. *Certè verum est eo verbo diligentem & accuratam lotionem significari.* Hæc illustriss. ille vir, qui deinde pergens affert quædam nescio unde desumpta, sed lectu dignissima, de ritu lotionis manuum illius, quæ propriè, τῷ πυγμῇ νίπτεσθαι significatur. Tum concludit in hunc modum, contra illos, qui πυγμῇ, *pugno*, interpretantur: *Quare* πυγμῇ νίπτεσθαι *non est pugno in cavum manus alterius immisso defricari, quod putant viri docti (hoc enim fanè fiebat) sed est elevatio manuum in pugni figuram compositarum.* Ergo secundum Scaligerum πυγμῇ νίπτεσθαι, est multum & crebrò lavare, sed tamen certo quodam ritu elevationis manus in pugni figuram contractæ, qui ritus melius multò intelligatur à lectore, quàm eodem verbi exprimatur ab

inter-

interprete. Anglici noſtri interpretes plerique omnes tutiſſimum hîc arbitrati ſunt, à veſtigiis priſci interpretis non diſcedere.

V. 9. καλῶς ἀθετεῖτε] id eſt, *recte abrogatis*: vide Jacob. 2. v. 19.

V. 13. ἀκυροῦντες] id eſt, *irritum facientes*: vide Matth. 15. v. 6.

V. 14. Καὶ προσκαλεσάμενος πάντα τὸν ὄχλον] id eſt, *& advocatâ inſuper totâ turbâ*.

V. 15. τὰ κοινοῦντα] vetus, *quæ communicant*: vitiò, ut probabile eſt, deſcriptoris, cum hoc ipſo verſu τὸ κοινῶσαι il i ſit, coinquinare. Igitur & hîc poſtea, pro *communicant*, *coinquinant*, reponendum cenſeo. τὰ κοινοῦντα, id eſt, τὰ μιαίνοντα, & κοινῶσαι, id eſt, μιᾶναι. Theophylactus.

V. 22. πλεονεξίαι] vetus, *avaritiæ*: Beza, *augendæ rei artes*, pro quo malim, *injuſtæ rei augendæ artes*, vel, *injuſta rei ſuæ augendæ artificia*. Piſcator retinet, *avaritiæ*, & ſic etiam interpretes noſtri Anglicii. Ibid. βλασφημία] vetus, *blaſpemia*: Beza, *obtrectatio*: Piſcator, *maledicta*. Theophylactus per βλασφημίαν hîc intelligit τὸ εἰς τὸν θεὸν ὑβρίζειν, *contumeliam in Deum*, ut verbi cauſſâ, qui negat providentiam divinam, reus eſt blaſphemiæ. Hoc ſi ita ſit, non eſt cur in Græcæ dictionis locum alia aliqua ſubſtituatur.

V. 26. καὶ ἠρώτα αὐτὸν] vetus, *& rogabat eum*: alii, *& rogavit eum*, neglecto temporis diſcrimine, quod & aliâs ſæpiſſimè fit.

V. 32. μογιλάλον] vetus, *mutum*: Beza, *difficulter loquentem*. Μογιλάλος eſt [illegible] Hebraicè,

braicè, id est, *mutus*. Mutus autem quodam gradu non solum qui loquendi, sed etiam expeditè & clare loquendi facultate caret. Habet ergo vetus interpres quo se defendat. Esai: 35. v: 6 לשון אלם γλῶσσα μογιλάλων, vel ut 70. γλῶσσα μογιλάλων mutato numero. Sed si displicet *mutus*, non displicebit, opinor, *Attubus*, qui planè respondet μογιλάλῳ Græcorum, si credimus Glossario veteri nunquam satis laudato. Sic enim Glossarium: *Attubus* [sive, *Attubus*] μογιλάλῳ, μόγῳ. Vide A. Gellium noct. Att. lib. 4. cap: 2. pag: 120. Ausonius ex emendatione illustrissimi Scaligeri: *Canus, comosus, hispidus, trux, attubus. Attubus*, id est, μογιλάλῳ. Idem Scaliger Epistolâ ad G. Seguinum: *Est γλωσσόδεσμῳ, linguæ *vinculum, quo, qui laborant, in Evangelio* μογιλάλοι *dicuntur, à veteribus Latinis* attubi. Dum hæc scribebam, veniebat mihi in mentem cujusdam olim bene mihi noti qui, si viveret, inter *attubos* & μογιλάλους facile regnaret. Semper illi magno constitit, tres quatuorve voces proferre. Si vidisses illum conantem, seu potius satagentem loqui (nunquam autem pejus ei procedebat negotium, quam cum maximè cupiebat sui esse dissimilis,) risi, plane ferreus esses, misereseeret te illius: adeo, non ore tantum & linguâ, sed toto vultu, imo manibus etiam, & cruribus ad mentum penè sublatis, contra naturæ impedimenta luctabatur. *Attubus*. Anglicè est, tongue-tied. Igitur Anglicè, totus versus 32. non male sic reddatur: And they bring unto him one that was deafe, and tongue-tied, and they beseech him to put his hand

*f vitium quia sequitur; quo qui laborāt

hand upon him. Confirmant hanc interpretationem verba ista.

V: 35. καὶ ἐλύθη ὁ δεσμὸς τῆς γλώσσης αὐτοῦ] *& solutum est vinculum linguæ ipsius.* Eodem v: 35. καὶ ἐλάλει ὀρθῶς] id est, τρανῶς. Esai: 35. v: 6. καὶ τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων.

V: 36. ὅσον δὲ αὐτὸς &c.] id est, ὅσῳ δὲ μᾶλλον αὐτὸς αὐτοῖς διεστέλλετο, τοσούτῳ μᾶλλον περισσότερον ἐκήρυσσον. hoc est, *sed quô magis ipse eis interdicebat, hoc ampliùs rem prædicabant.*

Cap. VIII.

VErs. 2. Σπλαγχνίζομαι ἐπὶ τὸν ὄχλον] id est, *Misericordiâ commoveor ergâ turbam.* Hoc satis est nec opus est, ut addatur, *intima*, id quod sæpius testatus sum.

Sic v: 20. *ingemuisset*, satis est, sine *altè*. Nam gemitus, qui veri modò sint, nec simulati, non solent nisi de pectoris penetralibus ipsis provenire. Igitur adverbia addere verbis per se satis sonoris, & significantibus, poëtarum potius est, quam rem communi sermone narrantium. Threnorum cap: 1. v: 40. legimus; οἱ ἱερεῖς αὐτῆς ἀναστενάζουσιν. Hebraicè כהניה כאנחים At quid hoc aliud est, quam, *sacerdotes ejus gemunt*, sive, *ingemiscunt, sive suspirant?* Nec aliter credo, qui accuratissimi sunt interpretum.

V: 16.

V. 18. πρὸς ἑαυτοὺς] id est, ἐν ἑαυτοῖς; Matth: 16. vers. 7. vel, πρὸς ἑαυτοὺς; Luc: 22. 23.

V. 18. Vetus, *Oculos habentes, non videtis? & aures habentes, non auditis?* Græca ad verbum exprimens, eoque magis placet.

V. 25. τηλαυγῶς] Vetus, *clare*; alii, *procul & dilucidè*, nimis enucleate, & ut sic loquar, pædagogicè. Originem verborum enucleare pædagogis potius, quàm interpretibus convenit. Interpres officio suo abundè functus est, si sensum rectè & fideliter exprimat, id quod à vetere hîc interprete præstitum nemo, opinor, negabit. Τηλαυγῶς, λαμπρῶς, Hesychius. λαμπρῶς, id est, *clarè*, clearly, & sic Anglici nostri interpretes, qui non sine causa veterem hîc versionem prætulerunt.

V. 27. Vetus, *Cæsaræ Philippi*; alii, *Cæsaream quæ cognominatur Philippi*: perspicuitati plus æquo, ut mihi videtur, studentes: aut si quid addendum est, addatur in margine; vide supra Matth. 16. 13.

V. 31. μετὰ τρεῖς ἡμέρας] id est, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, Matth. 16. 21. & Luc. 9. 22. μετὰ τρεῖς ἡμέρας] id est, *intra triduum*. Sic enim necessario hæc verba exponenda sunt, hoc quidem in loco, etiam si tota Grammaticorum manus contrà veniat. Num enim æquum existimemus ut sensui verbis succumbat, an verba sensui? Sed ne verba quidem hanc interpretationem repudiant, sicut diligentissimè annotatum est à doctissimo interprete, quem consule.

V. 32.

V. 32. παῤῥησίᾳ] id est, σαφῶς, φανερῶς.

V: 33. ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ &c] vide Mat: 16. v: 23.

V: 34. ὅστις θέλει &c.] id est, *Quicunque vult me* * *sequi, abneget semetipsum*, &c.

*Gr: *pone*

V. 38. ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ] vetus, *in me venire. gloria Patris sui.* Rectè.

Cap. IX.

VErs: 1. οὐ μὴ γεύσωνται] vetus, *non gustabunt*: recte. Quid enim interest, inter οὐ μὴ γεύσωνται, & οὐ γεύσονται? Nihil, sicut suprà demonstratum est, Matth: 5. v: 18.

V. 2. παραλαμβάνει] vetus, *assumit*: recte.

V. 3. ὅτα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι.] Huc spectat vox Hæbræa כובס *fullo*, quæ deducitur à כבס *lavavit*, *lavando de albavit*.

V. 4. ὤφθη αὐτοῖς] vetus, *apparuit illis*: Beza, *visus est eis*: Piscator, *conspectus est eis*. Ex his sumat lector quam volet.

V. 7. Καὶ ἐγένετο, νεφέλη ἐπισκιάζουσα αὐτοῖς] id est, *& nubes obumbrabat* [vel *inumbrabat*] *eos*. ἐγένετο ἐπισκιάζουσα, id est, ἦν ἐπισκιάζουσα, ἐπεσκίαζε.

V: 9. Nescio elegantius ne dicatur: *quæ vidissent*: cum vet: interprete; an, *quæ viderant*, cum aliis.

V: 11.

V: 11. ὅτι λέγουσιν] id est, τί ὅτι, vel, τί ὅν, ut Math: 17. 9. non male itaque vetus: *Quid ergo?* vide infra hujus cap: v. 28: ubi tamen pro, ὅτι apud Theophylactum est, τί ὅτι. Ibid. ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον] id est, *quòd oporteat Eliam primùm venire.* Sunt qui vertunt: *oportere ut Elias prius veniat*: sed valdè ambigo an purioris Latinitatis patiatur ratio, ut particula, *ut*, post oportet, exprimatur. Vide supra Matth: 17. v: 10. 11.

V: 12. καὶ πῶς γέγραπται ἵνα πολλὰ πάθῃ καὶ ἐξουδενωθῇ] vetus, *& quomodo scriptum est in Filium hominis, ut multa patiatur, & contemnatur*: pro quo malim: *& quomodo scriptum sit de Filio hominis* [*fore*] *ut multa patiatur, & pro nihilo habeatur.* Inter καὶ, & πῶς, deesse videtur, οἶδατε, aut γινώσκετε, aut ἀνέγνωτε, aut tale quid. Scripturæ enim propheticæ de futurâ passione Christi loquuntur, sicut res ipsa indicat, & ut Christus testatur Luc: 24. v: 25. & 26. & Apostolus etiam Paulus cùm alibi, tum 1. Cor. 15. v: 3. Sensus igitur hic esse videtur: *Elias quidem primum veniens restituet omnia, sicut scriptum est, & animadvertis etiam quomodo scriptum sit, futurum, ut Filius hominis multa patiatur, et pro nihilo habeatur.* Scripturæ loquuntur non solum de adventu Eliæ, sed etiam de passione Filii hominis, & si verum est illarum testimonium ex una parte, cur non etiam ex altera? Objectio è Scripturis petita, Scripturis ipsis refellitur, & sumptâ occasione à discipulorum quæstione docet Christus, ut nihil dixerit ipse de passione & resur-

reſurrectione ſuâ, quod non facilè Scripturæ propheticæ teſtimoniis confirmetur. Ut πῶς pro ὡς, aut ὅπως accipiatur, duriuſculum mihi videtur & parum neceſſarium. Quod ſæpius antehac monui, in locis hoc genus perplexis, conſultiſſimum duco, ut quoad fieri poſſit, verbum verbo reddatur.

V: 13. ἀλλὰ λέγω ὑμῖν &c.] hoc eſt, Non ſolum concedo verum eſſe, quod Elias priùs venturus ſit, ſed hoc ampliùs, addo, Eliam jam veniſſe, ne fruſtrà illum expectare pergatis. ἀλλὰ λέγω ὑμῖν, id eſt, *Imò dico vobis.*

V:16. πρὸς αὐτοὺς;] id eſt, πρὸς τοὺς μαθητάς.

V: 17. Vetus, & Beza, *inter vos*, id eſt, πρὸς ἀυτοὺς, vel, ἑαυτοὺς, quemadmodum legitur in nonnullis Exemplaribus. Theophylactus tamen & codd: emendatiſſimi quique habent, ἀυτοὺς, & ſic Anglici noſtri interpretes; with them.

V: 18. ῥήσσει αὐτὸν] vetus, *allidit illum*: Legiſſe enim videtur, ῥάσσει ἀυτὸν, nec veri eſt diſſimile, ῥάσσει in ῥήσσει corruptum fuiſſe, non hoc ſolum loco, ſed alibi. Sap: 4. 19 legitur: ὅτι ῥήξει αὐτοὺς ἀφώνους πρωτοῦς: ſed probabile eſt legendum, ὅτι ῥάξει αὐτοὺς &c. Idem fortaſſe dicendum, de verbis hiſce Matth: 7.6. καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς, ubi ſi ῥάξωσι pro ῥήξωσι legeretur, ſententiæ loci non peſſimè omnino conſuleretur. Ibid. ξηραίνεται] vetus, *& areſcit*: alii, *& exareſcit*: Quæro, cur, *exareſcit*, potius quam *areſcit*? *Areſcit*, id eſt vehementiſſimè ſudat. Arbitror enim ex conſequente intelligi antecedens.

V: 20.

V. 20. καὶ ἰδὼν αὐτὸν] vetus, & quum vidisset eum: non malè.

V. 22. σπλαγχνισθεὶς ἐφ' ἡμᾶς] vetus, misertus nostri. Beza, intimâ misericordiâ commotus erga nos, quod cur displiceat, supra aliquoties docui. Piscator rectius: misericordiâ commotus, sine, intima.

V. 23. Particula, τὸ, vacat, ut sæpe apud Lucam [vide Lucæ cap. 22. v. 2. 4. & 37. & Luc. 9. v. 46. & Act. 4. v. 21.] Igitur rectè vetus interpres: Si potes credere.

V. 33. καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενον] id est, & cum domi esset: vel, & cum venisset domum.

V. 41. ἐ μὴ ἀπολέσαι] vetus, non perdet. Rectè, & sic seq. versu: si scandalizaverit: & de similibus locis idem judicium esto.

V. 45. Sunt qui addant, id est, ante, in ignem, sed sine causa.

V. 49. πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται &c.] Scaliger [Epistolâ 443. pag. 807. & 808.] vehementissime contendit hic legendum; πᾶσα πυρία ἁλισθήσεται, καὶ πᾶσα &c. ut πυρία sit id quod Levit. 2. שְׁיָה. Certe si πυρία in hac significatione legeretur apud 70. vel apud alium è primariæ notæ Græcis scriptoribus, non ita ægrè adducerer, ut Scaligero auscultarem: sed cum omni antiquitati ignota, opinor, fuerit hæc vox, saltem posita pro Hebraica voce שְׁיָה, ignoscet mihi Scaliger, & quotquot favent Scaligero, si unius hominis conjecturali lectioni, tot seculorum receptissimam lectionem antepoſuerim. Neque multum me movent dicta quædam Scaligeri postulantia, ut sibi præ aliis omnibus

omnibus fides habeatur, veluti ista. *Locum Marci vetustissima menda occupavit, quam nemo adoratus est, quum tamen lectio vulgaris sit ineptissima.* Et mox: *Scio veterum & recentiorum super illo portentoso loquendi genere sententias. Melius tacuissent.* Et aliquanto post: יֵשׁ *felicissime ab Evangelista redditum est* πυρία. *At inepti homines qui hunc locum depravarunt, hoc comma cum superiore conjungere voluerunt* &c. Quæ sequuntur quis ferat paulò modestior? *Mea est vera hujus loci interpretatio, quem, ut dixi, fædissima menda ab incunabilis usque ipsius Christianismi invasit. Sunt & alia passim in textum Evangelicum ab ultima vetustate vitia admissa, quæ nemo præter me indicaverit. Et hoc quod jam aperuimus, præcipuum est ex omnibus. Qui aliquo sensu communi præditus est, non poterit non laudare sententiam nostram. Nihil enim verius esse potest.* Obsecro te, lector, quid est περιαυτολογεῖν, si hoc non sit?

Cap. X.

VErs. 5. πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν] vetus, *ad duritiam cordis*: id est, propter duritiam.

V: 7. καὶ προσκολληθήσεται] vetus, *& adhærebit*: Alii, *& agglutinabitur*, quod, ut minus σεμνὸν, repudio; vide Matth: 19 5.

V: 21.

V: 21. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐμβλέψας αὐτῷ ἠγάπησεν αὐτὸν] id est, ut opinor, ἐνέβλεψεν αὐτῷ φαιδρῶς, καὶ προσηνῶς, vel, πρᾴως, καὶ προσηνῶς, ut sit talis figura, qualis est in his verbis Luc: 6. v: 48. ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε, id est, βαθέως ἔσκαψε, *fodit in altum*. Nec aliter intelligo verba ista Eusebii Eccles: Hist: lib: 4. cap: 23. fol: 41. b: πρὸς ἣν ὁ Πινυτὸς ἀντιγράφων θαυμάζει μὲν καὶ ἀποδέχεται τὸν Διονύσιον, id est, θαυμαστῶς, sive, θαυμασίως ἀποδέχεται. Simile etiam quiddam notavi supra Matth: 25. v: 29. δοθήσεται, καὶ περισσευθήσεται, id est, περισσῶς καὶ πλουσίως δοθήσεται. Nemo mihi persuadebit, τὸ ἠγάπησεν hîc de interno amoris affectu intelligendum, (quæ causæ enim amoris erga hominem avarum, & sui insuper opinione inflatum?) Quid ergo? vel figura est quam dixi, vel alia quædam figura, figuræ, quæ μείωσις dicitur, contraria. In μειώσει, minus dicitur, & plus intelligitur, at hîc plus dicitur, & minus intelligitur. *Dilexit illum*, id est, leniter cum illo egit, non asperè, non vehementer, ut sæpè cum Pharisæis, quos pro meritis suis durius identidem accepit, nunc hypocritas, nunc cæcos duces, nunc serpentes & progenies viperarum appellitans. Non igitur sic cum illo egit, sed molliter, & amanter, dixitque &c. In hanc propemodum sententiam ὁ μακαρίτης Isaacus Casaubonus notis suis in hunc locum, ubi sic scribit: *Sanè quùm illa vox* (id est, τὸ ἀγαπᾶν) *significet interdum, contentum esse, & acquiescere in aliquo, etsi merito insolens videbitur ἡ σύνταξις, non displiceret tamen mihi, si quis ita acciperet, ut intelligatur Christus signum approbationis dedisse isti*

isti juveni, qui Legis præcepta se servasse dixerat: quasi dixerit Christus; Probo quod ais, laudoque: vel, Factum bene, aut aliud quid ejusmodi. Si cum Casaubono sic hunc locum interpretemur, Christi verbis Ironia subsit necesse est, quæ figura leni & obliquæ reprehensioni est aptissima. Ibid. Ἓν σοι ὑστερεῖ] vetus, *unum tibi deest*: alii, *unum te deficit.* At inter hæc duo quid interest?

V. 27. vel dico cum vet. interprete: *apud homines* [*hoc*] *est impossibile, sed non apud Deum*: vel, *apud homines hoc fieri non potest, sed potest apud Deum.* Nam qui posteriore parte habent: *sed non apud Deum*: præcedentibus his verbis: *apud homines hoc fieri non potest*: obscurius loquuntur, nec antithesin satis apte designant.

V. 32. ἐπ' ἀληθείας] *vere*, vel, *revera*, ut Luc. 22. 59. Καλῶς διδάσκαλε, ἐπ' ἀληθείας εἶπας. id est, *Bene præceptor, revera dixisti.*

V. 33. Ante ἰδοὺ, intelligendum, ἄλλως ἔν, aut tale quid. Sic apud Eustathium, & Græcos Grammaticos sæpissime intelligitur σημείωσαι ante eandem particulam.

V. 42. οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν] id est, οἱ ἄρχοντες, sive, οἱ βασιλεῖς τῶν ἐθνῶν: Periphrasis. Non est tamen otiosa periphrasis, quia regna terrena, specie & δοκήσει sunt regna; revera si penitius in illa introspiciatur, negotia servitutis & laboris plenissima. Pulchrè itaque Antigonus rex ad filium suum insolentiùs adversus subditos suos se gerentem: οὐκ οἶδα, inquit, ὦ παῖ, τὴν βασιλείαν ἡμῶν, ἔνδοξον εἶναι

εἶναι δουλείαν; id est, *Nescis, Fili, regnum nostrum gloriosam esse servitutem?* Neque vero eo hoc dictum spectat, ut jus regum minuatur, aut potestas illis imaginaria tribuatur (sunt enim verè quod dicuntur) sed ut fastus primùm retundatur principum ipsorum, & deinde error eorum omnium in genere corrigatur, qui de terrenis istis & caducis, maximéque laboriosis imperiis magnificentiùs quàm par sit, existimant. Imperant quidem reges, & verè imperant, sed tantâ plerúmque cum formidine & solicitudine, (præsertim si potestate suâ tyrannicè abutantur) ut non tam imperare, quàm servire videantur. Rectè ergo meâ sententiâ vetus interpres pro, οἱ δοκοῦντες, Latinè posuit, *eos qui videntur*, at non ita recte pro ἄρχειν dixit *principari*: pro quo meliùs dicas, *imperare*. Beza, οἱ δοκοῦντες, accipit, pro οἱ θέλοντες, cui expositioni favere videntur hæc Theophylacti: τὸ ἁρπάζειν τὴν τιμὴν, καὶ τῶν προτείων ἐρᾷν ἐθνικὸν ὄστι. Οἱ γὰρ τῶν ἐθνῶν ἄρχοντες, ἐκεῖνοι ἐξουσιαστικῶς, καὶ τυραννικῶς προσφέρονται [τοῖς ὑπηκόοις.] Verba uncis inclusa non sunt apud Theophylactum, sed addi tamen oportere, res ipsa loquitur. Nota porrò τὸ κατακυριεύειν καὶ κατεξουσιάζειν, Theophylacto esse, non simpliciter, *dominari*, aut quocunque modo dominium exercere, sed, ἐξουσιαστικῶς καὶ τυραννικῶς προσφέρεσθαι τοῖς ὑπηκόοις, hoc est, *imperiose & tyrannice cum iis quibus præsunt, agere.*

V: 48. Καὶ ἐπιτίμων αὐτῷ πολλοὶ ἵνα σιωπήσῃ] id est, *Et objurgantes eum multi, jubebant silere*: vide supra, Matth: 20. 31.

V: 51.

V: 51. ἵνα ἀναβλέψω] vetus, *ut videam*: Beza, *ut visum recipiam*: Piscator, *ut visum adipiscar*: & sic versu proximè sequente, pro, εὐθέως ἀνέβλεψε, vetus habet: *confestim vidit*: Beza, *statim recepit visum*: Piscator, *statim visum adeptus est*.

Cap. XI.

Vers: 1. Καὶ ὅτε ἐγγίζουσιν, &c.] id est, *Quum autem prope veniunt Hierosolymam, eâ parte quâ Bethphage est & Bethania, ad montem olearum, mittit duos e discipulis suis.* τὸ, εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν declarat quâ viâ, sive ex qua parte civitatem versus pergerent. Igitur ego non dubitavi, majoris perspicuitatis causâ paraphraftem hîc agere, & liberius aliquanto hæc convertere, cum difficile sit, Græcis ad verbum expressis, obscuritatem effugere. Sic certe est mea sententia: alii, prout videbitur, judicent.

Vers: 2. λύσαντες αὐτὸν ἀγάγετε] vetus, *solvite illum & adducite*: rectè.

Sic etiam vers: 5. *Quid facitis solventes pullum?* Pro quo alii malunt: *Quid facitis quòd solvitis pullum?*

V: 8. στοιβάδας] id est, σκέδας, *frondes*, τὰς ἀπὸ δένδρων ἀκρέμονας, ut loquitur Suidas.

V: 10. ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις] vetus, *Hosanna in excelsis*: pro quo malim, *Hosanna*

in altissimis, quæ si obscuriora videbuntur, explicentur in marginalibus aut majoribus Scholiis. Dico autem malle me, *Hosanna in altissimis*, quia sic habet vetus ipse interpres, Matth: 21. v: 9.

V: 11. ὀψίας ἤδη οὔσης τὴν ὥραν] id est, *vespertino jam tempore*. vel, *& omnibus undique perlustratis, cum tempus jam vespertinum esset, exivit Bethaniam* &c. Al: *& ubi omnia circumspexisset, cum jam vespertinum tempus esset, exivit* B: &c.

V: 12. ἐξελθόντων αὐτῶν ἀπὸ Βηθανίας] id est, *postquam exiissent Bethaniâ*. *Postquam* dico, potius, quàm, *quùm*, ne crebriore particulæ istius repetitione aures offendantur.

V: 13. Non displicet mihi Græca ellipsis, in Latina etiam versione retenta: ἦλθεν εἰ ἄρα ἄρα cap: 27. v. 12. εὑρήσει τι ἐν αὐτῇ, id est, ex veteri interpretatione; *veniit, si quid forte inveniret in ea*: id est, sciturus, visurus. Suetonius lib: 4 cap: 11. de Caio Caligulâ, & Tiberio: *facile id sane Tiberio patiente, si per has mansuescere posset ferum ejus ingenium*: hoc est, facile Tiberio patiente, ut C. Caligula saltandi & canendi artibus studeret, * cùm experiri, sive explorare vellet, si per has &c. *si*, id est, εἰ ἄρα, vel, ἄρα ut Hom: loquitur Iliad: α. Justinus Hist: lib. 12. *clamore edito undique concurrunt, si possint in uno capite orbis bella finire*. id est, experturi si possint. Prudentius hamartigenia:

Dum venas squallentis humi scrutatur inepta
Ambitio, scalpens naturæ occulta latentis,
Si quibus in foveis radiantes forte lapillos
Rimata inveniat: id est, visura, sive, expertura,

* *Vide Act* *periculum facturo.*

tura, *si fortè*; εἰ ἄρα. His addamus licet Buchananum paraph: Psalmi 14.

De Templo æthereo Deus
Ad curas hominum lumina verterat,
Si quis non ſtolide improbus
Ad cultum revocet pectora numinis.

Si quis, id eſt, viſurus ſi quis. Veterem igitur interpretem hîc ſequor.

V: 14. εἶπεν αὐτῇ] vetus, *dixit ei*: Alii, *dixit ficui*, nomen pronomini, neſcio quâ de cauſa, præferentes.

V: 20. παραπορευόμενοι] id eſt, *prætereuntes*, ut rectè Eraſmus.

V: 25. Καὶ ὅταν στήκητε προσευχόμενοι] Hinc, & ex 18. cap: Lucæ apparet, morem fuiſſe etiam Chriſti temporibus, ut hòmines non ſolùm * genibus flexis, ſed etiam ſtantes precarentur. Id verò poſtea in veteri Eccleſiâ adeò invaluit, ut, *ſtationes* pro ipſis precationibus ponerentur: Quod ne dubium cuiquam ſit, non pigebit quædam ex Onuphrio huc ſpectantia paulò prolixiùs recitare. Onuphrii libellulus eſt de Stationibus Urbis Romæ, ubi ſic ſcribit. Stationis *voce ſignificabant antiqui Chriſtiani actum quendam corporis, quo in ſacris conventibus orantes ſtabant, nunc in hac baſilica, nunc in alia convenientes.* Et paulo poſt; *Illud ſcitu dignum eſt, apud veteres Chriſtianos, inter alia, duo fuiſſe comprecationum genera: primum, cùm genibus flexis, alterum, cùm ſtantes orarent. Illud*, de geniculis adorare, *hoc*, de geniculis non adorare, *vocat Tertullianus: atque hic poſterior orandi mos die Dominica,*

* vide Druſii præteritorum, lib. 1. pag: 19. *Veteres orabant ſtantes, non de geniculis, ut nunc*, &c.

& per totum id tempus quod inter Paſcha, & Pentecoſten eſt, uſurpabatur. Tertullianus de corona militis: Die Dominico jejunium neſas duximus, vel de geniculis adorare. Eâdem immunitate à die Paſchæ in Pentecoſte uſque gaudemus. *Quamobrem precationes illæ ſtationes vocantur, quarum ſubinde veteres Doctores meminerunt.* Hæc Onuphrius, & multò præterea plura, quæ apud authorem melius legantur. Ibid. τὰ παραπτώματα ὑμῶν] vetus, *peccata veſtra*: Eraſmus, *delicta veſtra*: Beza, *offenſas veſtras*: Piſcator, *lapſus veſtros.*

Cap. XII.

Verſ: 4. κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν] id eſt. *& lapidibus in illum jactis caput ei vulnerarunt*: vel, *& illi lapidibus jactis caput vulnerarunt.* τὸ κεφαλαίῶν, pro, *caput vulnerare*, vix alibi, credo, legatur. Vetus tamen interpres, ſenſum potius quam verbi apud alios authores uſum reſpiciens, non dubitavit hîc novam ei ſignificationem tribuere, quam certè ſeries ipſa narrationis non ſolum poſtulat, ſed flagitat. Eraſmus & Beza à vetere interprete diſſentiunt, ſed leviſſimè. Quantulum enim intereſt inter, *caput commiſerunt*, & *caput vulnerarunt?* Comminuitur alicui caput etiam ſumma cute leviter perſtrictâ:

strictâ: at vulnus altiùs descendit, & est propterea majoris contumeliæ argumentum.

V: 10. Λίθον ὃν, &c.] vide Matth: 21. v: 42.

V. 13. ἵνα αὐτὸν ἀγρεύσωσι λόγῳ] Vetus, *ut eum caperent in verbo*, Dele, *in verbo*, & ejus loco pone, *sermone*, & non erit cur immutatum aliquid cupias. Alii, *ut eum captarent sermone*. Sed *capere* plus est quàm *captare*, & idcirco loco huic melius convenit. *Captat* qui cupit aut conatur capere: at finis Pharisæorum, & Herodianorum legationis fuit, non ut cuperent capere, sed ut captioso suo sermone revera Christum irretitum tenerent.

V: 14. δῶμεν, ἢ μὴ δῶμεν; id est, δῶμεν, ἢ μὴ δώσομεν; *dabimus, an non dabimus?* Magna est enim cognatio, ut supra alicubi significavi, inter aoristum secundum Subjunctivi, & futurum Indicativi. Vetus ergo interpres, cujus judicium non est contemnendum, non est veritus hîc, pro, ἢ μὴ δώμεν; [δῶμεν enim quod proximè præcedit, non legit,] Latinè dicere, *an non dabimus?*

V: 19. καὶ καταλίπῃ γυναῖκα] Vetus, *& dimiserit uxorem*: ambiguè fateor, sed adde, *viduam*, & tolletur ambiguitas, simul etiam efficietur, ut Latina versio, Græco fonti varietate respondeat. Sic ergo lego: *Moses scripsit nobis, ut si cujus frater mortuus fuerit, & viduam dimiserit uxorem, nec filios reliquerit.* vel sic: *& superstitem habuerit uxorem, nec filios reliquerit*: vel, *nec liberos reliquerit*,

V: 26. ὅτι ἐγήγερται] vetus, *quòd resurgant*: non malè.

V: 28. Sic lego, *Et accessit quidam e Scribis qui audierat illos disceptantes: quúmque sciret quòd bene illis respondisset*, &c. Aliter: *Et accedens quidam e Scribis, qui audierat eos disceptantes, cognoveratq; quòd bene illis respondisset, interrogavit eum* [dicens] *Quod est primum omnium mandatum?*

V: 30. ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου] vetus, *ex tota mente tua*. Vide supra Matth: 22. v: 27.

V: 31. Καὶ δευτέρα ὁμοία, αὕτη] vetus, *Secundum autem simile est illi*: Legisse enim videtur ἀυτῇ, pro, ἄλλη, quemadmodum legitur Matth: 22. 39. nec diffitetur Beza se hîc etiam sic scriptum inveniſse in duobus antiquis exemplaribus. Si receptam lectionem sequimur, licebit & sic vertere: *Et secundum* [est] *simile*, [*nimirum*] *hoc*: *Diliges*, &c.

V: 38. ἐν ταῖς ἀγοραῖς] vetus, *in foro*: recte. vide supra, cap: 6. v: 56.

V: 39. ἐν ταῖς συναγωγαῖς] vetus, *in synagogis*: alii, *in conventibus*. Sed Græcum vocabulum, cùm adeò notum & tritum sit, etiam in communibus linguis, extrudendum non videtur.

Cap. XIII.

VErs: 2. ὃς μὴ ἀφεθῇ λίθος ἐπὶ λίθῳ] vetus, *non relinquetur*: id est, οὐκ ἀφεθήσεται. Optimè. Quid est enim aliud ὃς μὴ ἀφεθῇ quàm

quàm οὐκ ἀφεθήσεται, nisi velimus supra modum ἀκριβολογεῖσθαι? Οὐ μὴ ἀφεθῇ λίθος ἐπὶ λίθῳ, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ. id est, ut Theodoretus breviùs aliquanto loquitur, ἄρδην καταλυθήσεται, *funditus destruetur*. Verba Theodoreti de hac re habentur, serm. 11. de curandis Græcorum affectibus, pag: 163. quæ quoniam ut αὐτόπτης, & oculatus prædictionis hujus veritatis testis profert, transcribenda, & notis hisce inserenda duxi. Sic ergo Theodoretus, τὴν τῶν Ἱεροσολύμων ὁ δεσπότης Χριστὸς προεῖπε πολιορκίαν, καὶ ὡς ὁ νεὼς ἐκεῖνος ὁ περιβόητος ἄρδην καταλυθήσεται, καὶ ὡς εἰς ἅπασαν τὴν οἰκουμένην τὸ τῶν ἐσταυρωκότων αὐτὸν κατασπαρήσεται γένος. Ἴδωμεν τοίνυν εἰ μὴ τὸ πέρας ὁ λόγος ἐδέξατο. Καὶ περὶ μὲν Ἰουδαίων οὐκ ὄιμαι ὑμᾶς ἀμφισβητήσειν· ἐκείνης τε γὰρ τῆς πόλεως ἐξελήλανται, καὶ τῆς οἰκουμένης γεγένηνται μέτοικοι· τοῦ νεὼ δὲ καὶ τὴν ἐρημίαν, καὶ τὴν ἐκ βάθρων κατάλυσιν, οἱ μὲν τεθεαμένοι φιλαλήθως ὁμολογήσατε· οἱ δὲ λοιποὶ τοῖς διηγουμένοις πιστεύσατε· αὐτόπτης γὰρ που κἀγὼ τῆς ἐρημίας ἐκείνης γεγένημαι, καὶ τὴν προῤῥησιν ἣν ταῖς ἀκοαῖς ἐδεξάμην, ἐθεασάμην τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τὴν ἀλήθειαν ὕμνησά τε καὶ προσεκύνησα. Egregium testimonium, & πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων. Dicit se non auditione solùm accepisse, sed etiam oculis suis spectasse miserabilem illam Templi desolationem, quam hic prædicit Christus. Et quis fuit Theodoretus? Vir certè ut disertiss: ita digniss: fide.

V: 4. liberiùs aliquanto sic converto: *Dic nobis quando hæc futura sint, & quod signum horum omnium consũmationem sit antecessurum.*

Aliter,

Aliter; *Dic nobis quando hæc eventura sint, & ex quo signo intelligamus, quando futurum sit, ut hæc omnia consummentur.* Aliter; *Dic nobis quando hæc futura sint, & quod signum* [indicet] *quando hæc omnia consummanda sint.* Particulis *quando*, & *quod*, indefinite positis, verba ὑποτακτικὰ quàm ὁριστικὰ aptius multò conveniunt, si Grammaticorum accuratissimis auscultandum putamus. Ne igitur traditio illorum violaretur, necesse habui, à Græcæ orationis compositione nonnihil deflectere, sensu tamen ad amussim servato.

V: 9. ἀρχαὶ ὠδίνων ταῦτα] id est, *Principia dolorum hæc*: vel, *Principia dolorum* [sunt] *hæc.* Qui vertunt, ὠδίνων, *dolorum partus*, nimis Grammaticè vertunt, sive magis sunt Grammatici, quàm sit opus. Ibid. ἐπὶ ἡγεμόνων καὶ βασιλέων σταθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ εἰς μαρτύριον αὐτοῖς] id est, *& coràm præsidibus ac regibus sistemini* * *meâ causâ, in testimonium illis.*

* sive, propter me.

V: 11. Ὅταν δὲ ἀγάγωσιν ὑμᾶς παραδιδόντες] id est, ὅταν δὲ ἄγοντες ὑμᾶς παραδῶσι, *quùm autem ducentes vos tradiderint.* Hypallage, & Pleonasmus participii, veluti cum dicunt Græci: ἐπίδωκέ μοι φέρων ἐπιστολὴν, &, τούτοις φέροντες τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν προσέθηκαν. Hîc demptis participiis sensus manet integer, & sic hoc loco, ἄγοντες παραδῶσι nihil est, aliud quàm παραδῶσι, sicut ex collatione Marci cum Matthæo, [cap: 10 v: 19] facillimè appareat. Ibid. *non enim vos estis loquentes*: pro, οὐ γὰρ ἐστε ὑμεῖς οἱ λαλοῦντες] mihi non displicet.

V: 12.

V: 12. ἀνελόσσιν] id est, *morte afficient*, sive, *morte multabunt*.

V: 13. ὁ δὲ ὑπομείνας] vet: *qui autem sustinuerit*: alii, *sed qui perseveraverit*: Recte. Sed cur quod bis anteà rejecerunt, hîc admittunt? Matth: 10. 22. & 24. 13. ὑπομείνας illis est, *sustinuerit*, cum veteri interpreti sit, *perseveraverit*: at hîc ubi vetus habet, *sustinuerit*, illi, exclusum priùs, *perseveraverit*, revocant. Nolo viros tam venerabiles inconstantiæ arguere; sed tamen vel hic unus locus ostendat, cupidiùs illos nonnusquam quàm justiùs à vetere interprete discessisse.

V: 15. ὁ δὲ ἐπὶ τῷ δώματος] vide supra Matth: 10. v: 27.

V: 20. οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ] id est, *non servaretur ulla caro*, ut recte Piscator.

V: 27. ἐπισυνάξει] id est, *congregabit*.

V: 35. οὐκ οἴδατε γὰρ πότε ὁ κύριος τῆς οἰκίας ἔρχεται] id est, *nescitis enim quando Dominus domus venturus sit*. Sic Erasmus, observata quidem traditione Grammaticorum, de quâ paulò superius ad versum quartum hujus cap: quam tamen contempserunt, qui post particulam *quando*, indefinitè sumptam, *veniet*, verbum indicativi modi, posuerunt.

Cap. XIV.

VErs: 1. μετὰ δύο ἡμέρας] vetus, *post biduum*. Quis reprehendit?

V: 2. Μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ] id est, *Non*, vel, *Ne in festo*. Ibidem. μήποτε] vetus, *ne forte*: quod non

non puto corrigendum. Vide Matth: cap: 5. v: 25.

V: 3. ἔχουσα ἀλάβαστρον μύρου, νάρδου πιστικῆς πολυτελοῦς] vetus, *habens alabastrum unguenti nardi spicati pretiosi*: Alii, *nardi liquidæ multi pretii*. Est enim & nardus, fæm: generis, & nardum, neutrius. De dictione πιστικῆς alii aliter sentiunt. Vetus Latinus interpres pro, *spicatâ*, accipit, nec sine dubio defuerunt illi rationes, cur ita interpretaretur, etiamsi nobis magnâ ex parte sint ignotæ. Suspicantur tamen docti viri τὸ πιστικῆς, depravatè dictum, pro σπικοῦς, id est, *spicatâ*, Latinâ voce: quæ suspicio non est omninò improbabilis. Theophylactus, cùm dicit πιστικὸν νάρδον esse εἶδος νάρδου, ὅτω λεγόμενον, cum vetere interprete consentire videtur; quæ enim species nardi celebratior aut nobilior, quàm ea quæ in aristas assurgit, idq; Plinio ipso teste? Sed addit Theophylactus (nam inter duas sententias dubius vacillat) τὸν πιστικὸν νάρδον esse τὸν ἄδολον, καὶ μετὰ πίστεως κατασκευασθέντα, id est, *sinceram & puram, summaque cum fide, absque dolo omni apparatam*. Hoc modo πιστικὸν erit Græca vox, & à πείθω deducetur, cùm ex priore interpretatione sit Latina potiùs quàm Græca. Beza illam Græcam etiam facit, sed à πίνω, non à πείθω, ut πιστικὸν sit πιστὸν, id est, *potabilis* (ut φάρμακα πιστὰ, quæ potando sumuntur) & deinde liquida, quia quæ potabilia sunt, sunt item liquida. Hæc tametsi eruditè & ingeniosè disputentur, tamen tanti apud me non sunt, ut propterea veterem interpretem deserendum putem. At deserit ipse sese: Nam Joh: 12. 3. pro, νάρδου πιστικῆς, habet, *nardi pistici*. Imò non deserit,

deſerit, ſi ſenſum ſpectes: neque enim aliud ibi intelligit per, *piſtici*, quàm hîc per, *ſpicati*; & ſi doctorum judicio, πιστικῆς hîc corruptè legitur pro σπυκτῆς, cur non & ibi ſimili corruptelâ, *piſtici*, pro, *ſpicati*, legi exiſtimemus? Non ergo à ſeipſo diſſentit aut diſcedit vetus interpres. Quinetiam, Bezâ fatente, non eſt vetus interpretatio improbanda, ut cui, & nardi natura, & vetuſtiſſimus ipſius codex, & Syrus prætereà interpres ſuffragentur. Sequitur tamen Beza conjecturam ſuam ἀντὶ πιστικῆς, ἀντὶ τῆς πιστῆς ἀπὸ τοῦ πίνω. Voco autem conjecturam Bezæ, quia, quod ſciam, vetuſtioris alicujus authoritate non nitatur. Ejuſdem cum Beza ſententiæ fuit olim doctiſſ. Caſaubonus, aut ſaltem eò inclinavit: ſed poſteà cùm animadvertiſſet, apud Euſebium, & alios Græcos ſcriptores complures, τὸ πιστὸς ſæpe ita ſumi, ac ſi à πείθω deduceretur, & id declararet quod πιστὸς, hoc eſt, *fidelis*, ſententiam ſuam mutaſſe videtur. Certè ſi ad Græcam originem referre libet, multò malim à πείθω, quàm à πίνω deducere: primùm, quia deductio illa à πίνω durior videtur, nec facilè probati alicujus ſcriptoris authoritate defendenda: deinde, quia πιστὸς à πίνω, non ſignificat ὑγρὸς in genere, ſed πόσιμος. Sunt quidem omnia πόσιμα, ὑγρὰ, ſed non vice verſâ. Qui igitur πρῶν, ſive, πιστικὸν, *liquidum*, interpretantur, quia omnia potabilia ſunt liquida, perinde mihi facere videntur, acſi quis βασίλισσαν, *mulierem*, redderet, quia omnes reginæ ſunt mulieres, aut σεβὸν, *venerandum*, quia omnes ſapientes ſunt ἀιδέσιμοι, & venerandi. Poſtremò,

τὸ

τὸ πιστικὸς ad Græcam originem relatũ, à πιστὸω quàm à πίνω lubentius arcessio, quia hoc idem Divo Hieronmyo, & aliis quibusdam summi judicii viris placuisse video. Hieron: in Matth: cap. 26. *Alius*, inquit Evangelista, *pro alabastro unguenti pretiosi (quod genus est marmoris) nardum pistícam portat*, hoc est *veram, & absque dolo ut fidem Ecclesiæ & gentium demonstraret. His adde, quod* πιστὸς, si pro liquida accipiatur otiosum epithetum erit. Num enim nardinum est aliquod quod non sit item liquidum? Imò ea est ejus liquiditas & tam efficax, ut malagmatis, & cataplasmatis nonnunquam liquefaciendis & ab ariditate defendendis adhibeatur. Legimus igitur in Epistolis Chrysostomi nobilem quandam fœminam, Carteriam nomine, polyarchio (est polyarchium genus malagmatis vel Cataplasmatis) quod ad Chrysostomum longius tum semotum misit, nardinum admiscuisse, ne diuturniore morâ aridum illud & inutile fieret, priusquàm ad Chrysost: perveniret. Nequeolhic omittere, quæ doctiss: Vadianus super hac re scripsit, ea Epitomes parte, quæ est de insulis maris Mediterranei, pag 476. & 477. Sunt enim, ni valde fallor, commemoratu dignissima, & ficubi occasio præbetur, non tam lubenter profero mea, quàm recito aliena. Quid ergo doctissimus ille vir? *Nardinum*, inquit, *non modo variabat propter varias ejus species, sed etiam rebus adulterabatur, vim nardi præferentibus. Est autem Nardus Indica, quæ & laudatissima, est Syriaca, est Gallica, est Cretica Plinio lib: 12. Indica & folia habet, & in spicas exurgit, quorum*

quorum utriusque eximius usus in unguentis erat. Spicatum etiam dicebatur, quòd e spica esset confectum, authore Galeno. Idem paulo post: *Dignum autem cognitu, quod lib: 13. Plinius tradit. videlicet, novem herbarum species esse quæ Nardum imitentur, & adulterent. Unde intelligimus in tanta fraudis materia usum loquendi obtinuisse, ut pistica Nardus diceretur, quæ sincera, & absque vitio esset, ἀπὸ τῆς πίστεως, a fide) & plane ἀδόλῳ, hoc est, germana et nulla arte vitiata. Proinde et Hermolaus libro Corollarii primo, πιστὴν probam et fidelem exponit, et quæ adulterata non sit, sicut Marc: 14. et Joh: 12. accipitur.* Hæc Vadianus. Anglici nostri interpretes, (de recentissimis loquor) omnes istas interpretationes simul legendas exhibent, illam nimirum quæ est veteris interpretis (hanc enim præferunt) in contextu, & reliquas duas in margine.

V. 4. Εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη τοῦ μύρου γέγονεν;] vetus, *Ut quid perditio ista unguenti facta est?* alii, *Quorsum profusio ista unguenti facta est?* alii, ad veterem propius accedentes: *Quorsum perditio ista unguenti facta est?* Est enim ἀπώλεια *perditio* potiùs quàm *profusio*. Sed, ne quid dissimulem, meæ aures non sunt adeò elegantes, ut vocibus, quicquam offendantur. Sic olim in Ecclesia locuti sunt: & tantùm abest, ut veteris Ecclesiæ quasi idiomata fastidiam, aut improbem, ut venerer potiùs, & amplectar; cæterum eâ lege ac conditione, ne sensus vel tantillùm depravetur.

V: 8.

V: 8. εἰς τ ἐνταφιασμόν] vide Matth: 26. v: 12.

V: 12. ὅτε τὸ πάσχα ἔθυον] id est, *quando paſcha immolabant*, vel, *mactabant*. Ibid. ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμεν ἵνα φάγῃς τὸ πάσχα;] id est, *ubi vis paremus, ut edas paſcha?* Participium ἑτοιμάσωμεν redundat, ut ſupra cap. 13. v: 11. participium ἄρον]ες.

V: 24. τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου] vetus, *Hic eſt ſanguis meus*: vide Matth: 26. v: 28.

V: 27. σκανδαλισθήσεσθε] vetus, *ſcandalizabimini*: rectè, & ſic v: 29. *ſi omnes ſcandalizentur*.

V: 32. καθίσα]ε] id est, μείνα]ε.

V: 34. περίλυπός ἐστιν] Vide Matth: 26. v: 38.

V: 35. εἰ δυνατόν ἐστι] vetus, *ſi fieri poſſet*: Beza, *ſi poſſibile eſſet*. At ſupra cap: 10. v: 27. ubi vetus interpres habet, *impoſſibile eſt*, Beza ejus loco ponit, *fieri non poteſt*. Ibid. παρέλθῃ] vetus, *tranſiret*: Beza, *abiret*: credo, quia, *abiret*, melius conjungitur cum, *ab ipſo*, quod proxime ſequitur.

V: 36. ἀλλ' οὐ τί ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τί σύ] vetus, *ſed non quod ego volo, ſed quod tu*: ut ſit, τί, pro ὅ, vel, ὅ, τι. Poſt, *quod*, ſubaudiendum, γενηθήτω: poſt, *quid*, σκοπεῖτον, aut aliquid tale.

V: 39. ſic reddo Latinè, *Et rurſum abiens precatus eſt, eundemque ſermonem dixit*.

V: 41. Καθεύδε]ε τὸ λοιπὸν] vetus, *Dormite jam*: Alii, *Dormite quod ſupereſt*: vide Matth: 26. v: 45.

V: 42.

V: 42. ἤγγικα] id est, *prope est, appropinquat*, præt pro præsenti, ut sæpè aliâs.

V: 43. παραγίνεται] vetus, *venit*: alii, *adest*: Mihi prius satisfacit.

V: 44. σύσσημον] vetus, *signum*: alii, *commune signum*. At quid, quæso, est σύσσημον hîc, aut quid aliud significat, quàm quod, σημεῖον, apud Matthæum? Apud Hesychium & Suidam, duos doctiss: Lexicographos, σύσσημον simpliciter exponitur per σημεῖον, & ex collatione Evangelistarum apertissimè liquet, σημεῖον & σύσσημον hîc ἰσοδυναμεῖν. Quid igitur opus fuit, novam interpretationem quærere, & pro *signo*, *commune signum* dicere? Nunquam certè mihi probari potuit in interpretibus, anxia ista & tantùm non pædagogica diligentia. Non nego, σύσσημον esse *commune signum*, ne quis à mente meâ aberret; sed hoc dico, cùm σύσσημον ejusdem sit notionis cum vocibus σημεῖον & σύνθημα, quæ semper per *signum*, exponuntur, non esse causam cur τῷ συσσήμῳ peculiaris interpretatio apponatur. Suidas; σύνθημα, σύσσημον. Ergo, salvo sensu, abesse potest, *commune*. Ibid. ἀσφαλῶς] vetus, *cautè*: alii, *tutò*; Re conveniunt.

V: 45. κατεφίλησεν] vetus, *osculatus est*: alii, *deosculatus est*, non magni momenti differentia.

V: 46. ad verbum sic interpretor: *Illi verò injecerunt in eum manus suas, & prehenderunt eum.*

V: 49. ἀλλ' ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαὶ] vetus, καὶ πόδας, *Sed ut impleantur Scripturæ*: alii, ad perficiendum sensum (Est enim ἑλληνιστικὸς ὁ-

λείπει) addunt aliquid. Beza addit, *oportet: Sed oportet ut impleantur Scripturæ.* Atqui, ut bis minimum priùs monui, nescio an puriòris Latinitatis ratio patiatur, ut, impersonale *oportet*, particulam, *ut*, expressam præcedat: expressam dico, &, præcedat, quia scio, non expressam, sed subauditam sæpiùs, nec sine elegantia sequi. Piscator addit, *hæc fiunt*, idq; rectiùs: *sed hæc fiunt, ut impleantur Scripturæ.*

V: 51. περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ] id est, absque circumjecta sindone foret, planè nudus; [De sindone lege Casaub: exercit. 16. ad annales Baronii pag: 594. & 595.] Ibid. οἱ νεανίσκοι] vetus hoc omittit: Beza & Piscator, *juvenes*: Casaub: exercitationibus Baronianis, pag: 154. *milites*. Verba Casauboni sunt hæc: *Apud Polybium & alios historicos νεανίσκος sæpe significat* militem, *& νεανίσκοι καταγραφὴ, de conscripta legione, leges. Sic accipiendum Marci* 14. 51. καὶ κρατοῦσιν αὐτὸν οἱ νεανίσκοι, & prehendunt eum milites, *ex usu loquendi Græce scribentium, etiam apud* 70. *seniores. Viros eruditos, qui apud Marcum accipiunt de nescio quibus lascivientibus adolescentulis, refellit vel articulus οἱ.* Hæc Casaubonus, sed quid si apud Latinos etiam, juvenes, pro, militibus accipiantur? Certè accuratissimus ille observator, Justus Lipsius, tale aliquid observavit Epistolicarum quæst: lib: 1. Epistolâ primâ, quô te remitto. Igitur mihi non displicet, ut pro οἱ νεανίσκοι, Latinè *juvenes* dicatur, etiamsi pro confesso sumatur, οἱ νεανίσκοι hîc esse milites.

V: 53.

V: 53. ἀπήγαγον] vetus, *adduxerunt*: alii, *abduxerunt*. Vide Matth: 8. v: 33. Ibidem. καὶ συνέρχονται αὐτῷ] id est, *& unâ cum illo veniunt.*

V: 54. καὶ ἦν συναθήμενος] vetus, *& sedebat*, pro quo malim, *& considebat*. Bene etiam Beza: *& erat considens*: Græcâ servatâ periphrasi. Cæterum ubi retinet illam vetus interpres, ibi fere solet ille non retinere.

V: 55. καὶ οὐχ ηὕρισκον] vetus & Beza, *nec inveniebant*: Piscator, *sed non inveniebant*, magis aliquanto perspicuè.

V: 58. *Manufactum*, & *non manufactum*, prò, χειροποίητον, & ἀχειροποίητον, mihi non displicet.

V: 60. Vetus interpres legisse videtur: οὐκ ἀποκρίνῃ οὐδὲν πρὸς ἃ οὗτοί σε καταμαρτυροῦσι;

V: 61. ὁ υἱὸς τοῦ εὐλογητοῦ] vet: *Filius Benedicti*: alii, *Filius Dei Benedicti*: &, *Filius illo Benedicti*. Mihi prima interpretatio satisfacit.

V: 64. οἱ δὲ πάντες κατέκριναν αὐτὸν εἶναι ἔνοχον θανάτου] id est, *Illi verò omnes judicarunt eum reum esse mortis*: vel, *teneri mortis panâ*. κατέκριναν, id est, ἔκριναν, per pleonasmum quendam.

V: 65. καὶ οἱ ὑπηρέται ῥαπίσμασιν αὐτὸν ἔβαλλον] vet: *& ministri alapis eum cædebant*: quæ interpretatio miror cur cuiquam displiceat, cum sit, ut existimo, omni emendatione superior. Vide Matth: 26. v: 67.

V: 67. Καὶ ἰδοῦσα τὸν Πέτρον θερμαινόμενον] Vetus, *Et cum vidisset Petrum calefacientem se*. Rectè, nec habeo quod improbem.

V: 68. Καὶ ἐξῆλθεν ἔξω εἰς τὸ προαύλιον, καὶ ἀλέκτωρ ἐφώνησε] id est, *Et exivit foras in vestibulum, & gallus cecinit*, ut rectè Piscator.

V: 71. ἀναθεματίζειν] vetus, *anathematizare*: id est, execrari se.

V: 72. Καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε] vetus, *& cæpit flere*: Beza, *Et quùm se proripuisset, flevit*: Anglici nostri interpretes editione illâ quæ novissima est, omniumque accuratissima habetur, locum hunc sic reddiderunt: **And when he thought thereon he wept.** Hæc interpretatio habetur in contextu quem vocant, in margine autem adduntur aliæ duæ: **he wept abundantly**, or, **he began to weep.** Theophylactus participium ἐπιβαλὼν bifariam interpretatur, idque tam dissimiliter, ut divinasse eum potiùs, quàm certi aliquid quod statueret habuisse, appareat. Ἐπιβαλὼν, inquit, τουτέστιν, ἐπικαλυψάμενος τὴν κεφαλὴν, ἢ ἀντὶ τοῦ ἀρξάμενος μετὰ σφοδρότητος. id est, Ἐπιβαλὼν, hoc est, *tecto capite*, sive, *ubi caput obtexisset*, vel pro, *incipiens cum vehementia*. Priore loco, ἐπιβάλλω, est *injicio*, sive, *tego*: posteriore, *incipio*, vel, *vehementer incipio*; atque hoc posterius significatum secutus est vetus interpres, si modo nostram lectionem secutus sit, de quo meritò ambigitur. Casaubonus Theophrasteis suis ad caput περὶ λογοποιΐας, ait hunc locum similem esse huic Theophrasti: καὶ ἐπιβαλὼν ἐρωτᾷν, id est, ut ipse interpretatur: *& pergens interrogare*. Observavi & ego haud absimilem locutionem apud Athenæum de Epicureo icadista: ἐγχέλυος, inquit παρατεθείσης, ἐπιβαλὼν ἐψίλωσε τὸ πλευρὸν ἀγαγὼν εἰς ἄκανθαν. Dominus Beza Marcum è

Matthæo

Matthæo interpretatur : neque enim cauſam, quantùm conjicio, habuit ullam, cur, ἐπιβαλὼν, ſic, uti fecit, interpretaretur, niſi ut Marci narrationem, narrationi Matthæi applicaret. Ubi enim legitur, ubi reperitur, ἐπιβάλλω pro, *proripio me*? Ἐπιβάλλω eſt ἔρχομαι, καὶ ἐπιχειρῶ : eſt etiam καταναῦω, & alia præterea nonnulla ſignificat : ſed, quod ſciam, pro, *proripio me*, nuſquam accipitur. In vetuſtiſſimo quodam exemplari, teſte Bezâ, pro ἐπιβαλὼν ἔκλαιε, legitur, ἤρξατο κλαίειν, quæ lectio expeditiſſima eſt, & veteri Latinæ interpretationi prorſus reſpondet. Eô etiam trahi poteſt recepta lectio, ſed trahi tamen potiùs quàm duci. Sunt qui à participio ἐπιβαλὼν, augeri tantùm volunt verbi ſequentis ſignificationem, ut ſit ἐπιβαλὼν ἔκλαιε, quaſi dicas, σφόδρα ἔκλαιε, *vehementer flevit*. Sed hoc alienius mihi videtur. Quare ex omnibus verſionibus palmam illi tribuo, quæ ἐπιβαλὼν pro, νοήσας, ſive, καταναύσας, ſive, ut Homerus ſæpè loquitur, φρασάμενος, accipit. Ἐπιβαλὼν ἔκλαιε. id eſt, *ubi rem altiùs ſecum reputaſſet, ubi mentem intendiſſet, ubi animo in rem incubuiſſet, flevit*. Hîc aoriſti temporis vis ſervatur, neque quicquam dicitur, quod cum verbi proprietate & authorum uſu non optimè congruat. Beza itaque in annotationibus non negat hanc interpretationem probam eſſe & appoſitam. Sic enim ſcribit: [Poſſit etiam aliquis interpretari, ἐπιβαλὼν, *quùm animadvertiſſet*, id eſt, re animadversâ. Fuerat enim Petrus intuitu Chriſti, & galli cantu velut ex profundiſſimo ſomno expergefactus.]

Cap. XV.

VErs: 1. Καὶ εὐθέως &c.] id est, *Statim autem diluculo, cum summi sacerdotes cum senioribus & Scribis, totúsque consessus consilium iniissent, vinctum Jesum abduxerunt, & tradiderunt Pilato.* Alii, *Statim autem diluculo, consilio inito, summi sacerdotes cum senioribus, & Scribis ac toto consessu* [vel, *denique totus consessus*] *vinctum Jesum*, &c. Hæc posterior interpretatio non tam perspicuè ostendit a quibus consilium initum fuerit. Igitur ego perspicuitati studens, aliquanto aliter verba disposui.

V: 6. κατ' ἑορτὴν] id est, *In festo autem.*

V: 10. Rectè se habet vetus versio, nisi mavis sic: (*Noverat enim quòd per invidiam tradidissent eum Primarii sacerdotes.*)

* *Vide Luc. 23. v: 5.*

V: 11. * ἀνέσεισαν] id est, *concitarunt*, vel, *incitarunt*, παρώρμησαν.

V: 16. ἔσω τῆς αὐλῆς, ὅ ἐστι πραιτώριον] id est, *intra aulam, quod est Prætorium.* Cur enim *quod est*, in, *id est*, mutetur, causa non est; idem dico de versu 42. infra. Ibid. & v. sequenti: *convocarunt*, Gr: *convocant*: *induerunt*, Gr: *induunt*: *circumposuerunt*, Gr: *circumponunt.*

V: 17. καὶ περιέθηκαν αὐτῷ πλέξαντες ἀκάνθινον στέφανον] id est, *& coronam spineam quam texuerant, imponunt ei.*

V: 19. *ac summissis genibus*, Græcè, *ac ponentes genua.*

V: 21. & 22. *angariarunt*, Gr: *angariant*: *duxerunt*, Græcè, *ducunt.*

V: 27.

V: 27. *Crucifixerunt*] Gr: *crucifigunt*; & sic in omnibus hoc genus locis.

V: 33. ἐφ' ὅλην τὴν γῆν] id est, *super totam terram.*

V: 38. τὸ καταπέτασμα] vetus, *velum*: rectè.

V: 43. Lego; *venit Joseph Arimathæensis* [sive, *ortus ex Arimathæa,*] *nobilis decurio,* [vel, *honestus Senator,*] *qui ipse etiam expectabat regnum Dei, & audacter* [vel, *fidenti animo*] *introiit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu.* Malo enim copulativam addere cum vetere interprete, quàm cum recentioribus verbum in participium mutare, τὸ *venit*, nimirum in τὸ *veniens.* Βουλευτὴς est *decurio*, nimirùm in coloniis & provinciis. Id licet intelligere ex Jurisconsultorum commentariis ad tit: Digest: de verborum significatione, lege 239. §. 5. *Decuriones*, inquit Fornerius, βουλευταὶ *dicebantur, quod consilii gratia allegerentur.* Lexic: Græco Latinum vetus, Βουλευτὴς, *decurio, curialis.* Sic Glossarium vetus: *Decurio*, βουλευτὴς, δεκαδάρχης. Non est igitur vetus interpres reprehendendus quòd βουλευτὴν *decurionem* reddiderit.

Βουλευταὶ *in provinciis Latine decuriones dicebantur.*

Cap. XVI.

VErs: Καὶ διαγενομένου τοῦ Σαββάτου] id est, *Et quùm transiisset Sabbatum*, vel, *Et quùm exactum esset Sabbatum.* Neutra enim interpretatio displicet. Ibid. καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου] sc: νομιζομένη μήτηρ. *Maria quæ Jacobi*

cibi putabatur mater. Hæc eadem Johanni eſt, Μαρία ἡ Κλωπᾶ, ſc: γυνὴ, id eſt, *Maria Cleopæ Uxor.* Ibidem. ἠγόρασαν] Vetus, *emerunt*: Alii, *emerant*: quorum hoc ſeries hiſtoriæ requirit: illud ſeries & contextus orationis. Si namque quid legitimus apud Grammaticos uſus temporum requirat, conſideretur, nemo negabit, opinor, præteritum huic loco quàm pluſquamperfectum aptius convenire. Utrùm ita ſit necne, conſulant aures ſuas, qui ſunt δεινοὶ τὰ τοιαῦτα. Cæterùm quicquid ſentiant Grammatici, ſenſus iſte ſit neceſſe eſt: Quùm exactum eſſet Sabbatum, venerunt prædictæ mulieres, ut aromatis, quæ emiſſent, ungerent Chriſtum.

V: 2. ἀνατείλαντι τῷ ἡλίῳ] Hoc Authore Theophylacto, non de Solis ipſius exortu accipiendum, ſed de radiis ſolaribus, ſolis exortum antecedentibus, ſive de ſplendore illo, quem ſolis exortus ſubſequitur. Atque ſic optimè conciliatur Marcus cum reliquis Evangeliſtis.

V: 4. Καὶ ἀναβλέψασαι] id eſt, *Et quùm intuerentur*, hoc eſt, quùm oculos in ſepulchrum immitterent, vel, *Et quùm intuita fuiſſent.* ſc: in ſepulchrum.

V: 14. Ὕστερον δὲ ἀνακειμένοις αὐτοῖς τοῖς ἕνδεκα ἐφανερώθη] id eſt, *Dehinc verò undecim ipſis accumbentibus apparuit*, vel, *exhibuit ſeſe.*

V: 17. παρακολουθήσει] vetus, *ſequentur*: Piſcator, *ſubſequentur.* Ibid. ἐν τῷ ὀνόματί μου] Vetus,

Vetus, *in nomine meo*, pro quo alii malunt, *per nomen meum* : ſed cur illis vetus interpres non ſatisfaciat rationem requiro.

V: 18. οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψῃ] id eſt, οὐ βλάψει, *non nocebit.*

Deo ſit laus.

Septemb. 30.
1619.

Veteris

Veteris Interpretis cum Recentioribus quibuſdam collatio in Evangelio ſecundum Lucam.

Cap. I.

VERS: 5. Ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρῴδου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας] Rectè vetus: *Fuit in diebus Herodis regis Judeæ*: non, *illius regis Judeæ*. Vide notas meas in Matth: 1. v: 16.

V: 11. Ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος Κυρίου] vetus, *Apparuit autem illi Angelus Domini*: alii, *viſus autem eſt ei*, &c. [1. Cor. 15. v: 5,6,7, & 8. vetus interpres, ubique pro ὤφθη, habet, *viſus eſt*.] Neutrum improbo, tametſi prius hoc loco malim: neque vero aliter reddere ſolent veteres Teſtamenti interpretes, וירא (quod planè reſpondet πρ, ὤφθη δὲ) quàm per verbum, *apparuit*. Unum locum pro multis proferam, Exod: 3. v: 2. וירא מלאך יהוה אליו Græcè, Ὤφθη δὲ αὐτῷ ἄγγελος Κυρίου, Latinè è verſione Tremellianâ: *Apparuit autem illi &c.* Ergo, ὤφθη, hîc eſt ἐφάνη, id eſt, *apparuit*.

parvit. Sic Theophylactus post recitata hæc verba statim subjungit ; ὁ πᾶσι φαίνεται ὁ ἄγγελος, ἀλλὰ τοῖς καθαροῖς τῇ καρδίᾳ.

Vers: 13. ὅτι] Vetus, *quoniam*: alii, *nam.*

Vers: 14. Καὶ ἔσαι χαρά σοι καὶ ἀγαλλίασις] vetus, *Et erit gaudium tibi & exultatio*: id est, Futurum est, ut plurimùm ex illo gaudii ac lætitiæ percipias. Qui corrigunt veterem interpretem, & pro, *erit gaudium*, *erit gaudio*, substituunt, faciunt, ut *suppositum* verbi, ἔσαι, sit Ἰωάννης, quod tamen non est necesse : atq; de eo etiam monuit Piscator.

V: 15. Ἔτι ἐκ κοιλίας] vetus, *adhuc ex utero*: Beza, *etiam à ventre*: Erasmus & Piscator, *jam inde ab utero*, quod maximè mihi probatur.

V: 17. ἀπειθεῖς] *parere recusantes, contumaces, rebelles.* Ibid. ἑτοιμάσαι Κυρίῳ λαὸν κατεσκευασμένον] *ut tradat Domino populum præparatum*: sed ne aures offenderentur similium vocum in eâdem clausulâ repetitione, de industria τῷ, ἑτοιμάσαι, sensu tamen haud neglecto, alieniorem dedi significationem. Aliter, *ut paret Domino populum, qui ad recipiendum illum aptus sit.* Theophylactus, λαὸν κατεσκευασμένον, τέλειον, ἐμπεφάκελον πρὸς τὸ ὑποδέξασθαι τὸ κήρυγμα· & paulo post, μεμηχανημένον εἰς ὑποδοχὴν τοῦ Χριστοῦ.

V: 19. εὐαγγελίσασθαί σοι ταῦτα] vetus, *& hæc tibi Evangelizare*: quod non displicet. Vide Matth: 11. v. 5. & infrà Luc: 2. v: 10. ubi, τὸ, εὐαγγελίζομαι, non veteri solùm interpreti, sed recentioribus etiam est, *evangelizo.*

V: 22.

V: 22. καὶ ἐπέγνωσαν ὅτι ὀπτασίαν ἑωράκειν ἐν τῷ ναῷ] vetus, *& cognoverunt quòd visionem vidisset in templo.* Alii, *eum visionem vidisse.* Rectè. Sed tamen facies Græci sermonis non ita conspicua est in hac interpretatione, ut in alterâ.

V: 23. τῆς λειτουργίας αὐτοῦ] vetus, *officii ejus*: Alii, *ministerii ipsius.* Certè λειτουργία est *ministerium*: sed an disparatæ ita sint voces, *officium & ministerium*, ut si hoc congruat, non congruat illud, de eo aliorum sit judicium.

V: 25. ἐπιδεῖν] id est, ἐπέβλεψε, *respexit*: quibus me respexit, ut auferret opprobrium, [sive, probrum] meum inter homines. Alii, *probrum illud meum*, ubi τὸ, *illud*, πλεονάζειν mihi videtur; vide supra v: 5. hujus capitis.

V: 28. Χαῖρε κεχαριτωμένη] vetus, *Ave gratiâ plena*: Erasmus, *Ave gratiosa*: Beza, *Ave gratis dilectâ*: Piscator, *Ave gratiam nacta*, id est, consequuta gratiam, quemadmodum habet Beza in annotationibus. Haud aliam facilè causam statuerim diversitatis hujus, quàm studium & amorem veritatis. Quia enim priores interpretationes, aut minùs veræ, aut minùs perspicuæ videbantur, conati sunt semper viri docti aliquid posteà afferre, quod plus vel synceritatis vel lucis haberet. Igitur non possum, non vehementer laudare consilium & conatum eorum omnium, qui operam suam huc contulerunt, ut vim participii quàm maxime genuinâ interpretatione exprimerent. Sed cùm primus sine dubio interpres

nihil

nihil minùs in animo habuerit, quàm ut somniis illorum, qui posteà hæc verba perperàm detorserunt, patrocinaretur: nemo, uti spero, culpæ mihi dabit, si paucis, quàm digna ejus sit hîc interpretatio quæ probetur potiùs quàm exagitetur, ostendero. Ἡ χάρις, unde verbum χαριτόω descendit, non uno modo exponitur: hîc verò, ni fallor, Hebræorum nomini חן favorem & gratiam significanti penitùs respondet. Sunt qui cum רצון & חסד & טובה conferant: nec male id quidem, cùm sint finitimæ voces significationis, & interdum apud Græcos interpretes in χάριν convertantur, duæ præsertim priores: ego verò τὸ חן ideò hoc loco præfero, quia mox sequitur: εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ. Ubi τὸ εὗρες χάριν, quid, quæso, aliud est, quàm מצאת חן quod toties occurrit in Bibliis? At inquiet aliquis, Ut χάρις v: 30. sit חן, quid id ad participium κεχαριτωμένη? Audi ergo quid dicat Theophylactus hunc ipsum locum enarrans: ὅπερ δὲ ἄνω εἶπε, κεχαριτωμένη, ὥσπερ ἑρμηνεύων φησὶν, εὗρες γὰρ χάριν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· τοῦτο γὰρ ἔστι τὸ κεχαριτῶσθαι, τὸ εὑρεῖν χάριν παρὰ τῷ Θεῷ, τουτέστιν, ἀρέσαι Θεῷ. id est, *Quod verò suprà dixit*, κεχαριτωμένη, *veluti interpretatione adhibitâ sic explicat*: invenisti enim gratiam coràm Deo. κεχαριτῶσθαι *enim nihil aliud est, quàm invenire gratiam apud Deum*; hoc est, *placere Deo*. Potestnè quid dici luculentius? Quare si Theophylacto credimus, non aliter accipitur χάρις in participio κεχαριτωμένη, quàm in ista He-

Hebraicâ loquendi formulâ, ὡς τὸ χάριν. Quod si ita sit, certè ut χάρις est חן hoc est, *gratia, & favor*, sic χαριτόω erit, *gratiosum*, sive *amabilem facio*, & χαριτόομαι, *gratiosus*, sive, *amabilis fio*, & κεχαριτωμένος, *gratiosus*, sive *amabilis factus*, & κεχαριτωμένη, denique *gratiosa*, sive, *amabilis facta*; hoc est, *gratiâ*, vel *gratiæ plena*, aut si ita mavis, *gratiam nacta*, *gratiam consecuta*, χάριν ἐυρηκυῖα. Sed hæc posteriora dilutiora sunt, neque ita nobis clarè ob oculos ponunt admirabilem illam gratiam, quæ & in vultu Virginis & in toto corporis habitu relucebat, ut nihil dicam de internis dotibus, quæ tamen in illa principatum facilè tenebant. De omnibus hisce admonet nos dictio חן in participio κεχαριτωμένη inclusa. Neque est quod vereamur, ne si huic interpretationi locus detur, virgo Maria suprà quàm par sit extollatur. Nihilo enim magis superstitioso Virginis cultui favet, *Ave gratia plena*, si dextrè intelligatur, quàm, *Tu es Petrus*, Papæ interminatæ potestati, hoc est nihil. *Gratia*, sive חן omnem vel umbram meriti & dignitatis excludit, & *gratiâ plena* dicitur Virgo, non quod plus merita sit quàm aliæ fœminæ, sed quòd plus ex divina benignitate acceperit, consecutaque fuerit. Ut errores foveri nolo, ita minimè æquum puto, ut falsis dogmatibus principium, aut occasionem præbuisse existimentur ii, qui bonorum & fidelium interpretum diligenter functi sunt officio; id quod de vetere interprete rectè hîc mihi dici posse videtur. Nullas enim habebat causas deflectendi de via, & Beza teste, summâ in libris sacris interpre-

terpretandis religione usus est. Quòd si qui ex bona versione doctrinam non bonam hauserunt, non penes interpretem residere debet culpa, sed penes araneos illos, qui proprietate quadam naturæ, utilem succum in venenum converterunt; [vide partem secundam Postillarum Melanchthonis pag: 293. ubi hæc legimus: κεχαριτωμένη, id est, *dilecta ex misericordia.* Salve tu Maria, inquit Angelus, quam diligit Deus singulari, seu excellenti misericordiâ. Hoc volebat ille, qui dixerat, [id est, defenderat] *gratiâ plena.* Sed alter calumniosè interpretatus est ejus sententiam, quasi dixisset. Salve Maria, in qua nullum est peccatum, in qua sunt tantùm virtutes. Vide præterea ejusdem partis pag: 310, 311, & 312.] Vir excellentis tum acuminis, tum eruditionis, Nicolaus Fullerus, Miscellaneorum sacrorum lib: 1. cap: 8. veterem hîc interpretem, ut & alibi, versionem suam à Syro sumpsisse autumat: nec sine causa, cum inter utramque nullum aliud quàm linguæ discrimen existat. Addit idem vir doctiss: Paulum, versu 14. cap: 15. Epistolæ ad Romanos, ubi ait illos μεστοὺς εἶναι ἀγαθωσύνης, videri posse ad Syriacam illam loquendi formam respexisse. Eo præterea monitore didici (Nam certè non venerat in mentem mihi antea, tametsi percurrissem locum sæpiùs,) Psal: 18. 26. pro his Hebræis: עִם חָסִיד תִּתְחַסָּר apud veterem Græcum Scholiastem esse, μετὰ κεχαριτωμένου χαριτωθήσῃ, cùm 70. habeant, μετὰ ὁσίου ὁσιωθήσῃ. Jam quòd ex Scholiastis loco isto concludit Nicolaus τὸ κεχαριτωμένη, in Angeli salutatione, verè & propriè

propriè ad τὸ חסיד pertinere, de eo non litigabo cum quoquam, multò minùs cum eo viro quem laudavero citiùs quàm tentavero refutare. Adhuc tamen in ea sum sententia, ut putem nullum esse Hebræum vocabulum, quod justiùs sibi Græcum participium vendicet, quàm illud חן, de quo dixi priùs. Angelus Caninius ait, κεχαριτωμένη, Syriacè esse רהימתא id est, *gratiosissima*, atque *acceptissima*. At *gratiosissima* atque *acceptissima* quid est nisi *gratia plena*? Idem autem opinor non dixisset, Lucam Evangelistam primum hujus participii fabricatorem fuisse, si apud Sirachidem legisset: οὐκ ἰδοὺ λόγος ἐπὲρ δόμα ἀγαθόν; καὶ ἀμφότερα παρὰ ἀνδρὶ κεχαριτωμένῳ. Porrò sciendum est veteres Lexicographos hujus participii meminisse, quod argumento sit fortasse, non à Luca primùm excogitatum. Nam & Hesychius habet: χαρίεντα, καλὰ, κεχαριτωμένα, & in Lexico Græcolatino vetere, κεχαριτωμένος exponitur, *facetus*, hoc est, εὐχαρις. Possem hîc veterem interpretem dimittere, idque cum laude, nisi quòd Crusii de hoc loco censura omittenda non videbatur. Sic ergo Crusius: *Luc.* 1. inquit, *vetus tralatio habet*: Ave, gratiâ plena. *Hoc si idem sit quod gratiosa, seu quæ gratiam invenerit, si ferri potest.* [imò debet] *Verùm adversarii sic intelligunt, tanquam beata virgo possit hominibus dare gratiam, aut apud Deum impetrare, ac proinde precibus nostris esse invocandam. Nos contra intelligimus, ei fuisse hanc gratiam præ omnibus aliis fœminis à Deo datam, ut mater fieret seminis illius benedicti,*

Quid causæ est cur magis offendamur audientes de virgine Maria dici; *gratia plena*, quã cum audimus de Elizabetha dici: *repleta est Spiritu sancto*?

benedicti, quod initio statim post lapsum generi humano promissum fuerat. Vides hîc non damnari à viro, quod nemo unquam negaverit; Græcè doctissimo, vulgatam interpretationem, sed defendi potiùs, atque ab aliorum pravis expositionibus vindicari: quâ in re utile sanè nobis exemplum reliquit, non statim rejiciendi id, quod per se purum culpâ alicujus contaminatum fuerit. Quemadmodum enim aurum stercore inquinatum non abjicimus, sed abstergimus, purgamusque à sordibus: sic si alicubi comperiemus dicta, aut verba per se non improbanda, in alienam aut absurdam detorta sententiam, satius multò sit sententiam confodere, quàm verba repudiare. Atque de participio κεχαριτωμένη, ejusque apud veterem interpretem versione, hæc utcunque dixisse sufficiat.

V: 29. διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ] vetus, *turbata est in sermone ejus*, ut supra v: 14. καὶ πολλοὶ ἐπὶ τῇ γεννήσει αὐτοῦ χαρήσονται, *& multi in nativitate ejus gaudebunt.* Beza utrobique τὸ ἐπὶ, mutat in *super*, idque rectissimè, sed tamen usus præpositionis *in*, apud veterem interpretem, ejusmodi est, ut nequaquam sit negligendus; infrà v: 47. hujus cap. ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου, *in Deo*, &c. & cap: 2. v: 20. ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἤκουσαν, *in omnibus*, &c. Ibidem. ποταπὸς] id est, ποῖος * *Jos: Scaliger in Manilium* pag: 51. *Nunc quid sit, cujasve, canam, quóve ordine constet:* Ἑλλήνιζει, *cujas* pro, *quale*, ut, ποταπὸν, pro, ποῖον. Sic in Evangelio: ποταπὸς εἴη ἀσπασμὸς ἐστὶν, id est, ποῖος.

* *Vide Matth. 8. v: 27. & notas meas in illum Mathai locum.*

V: 30. εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ] vetus, ad verbum: *invenisti enim gratiam apud Deum*: quod multo magis placet quàm id quod alii habent: *es enim in gratia apud Deum*. Quis enim hîc non malit purum putum Hebraïsmum, eúmque vulgò notissimum, quàm exoticas quaſcunque elegantias?

V: 42. καὶ εὐλογημένον] vetus, *& benedictus*: alii, *quia benedictus*, τὸ καὶ, in τὸ ὅτι mutantes, ſed ſine causâ.

V: 44 ἰδοὺ γὰρ &c] optimè Piſcator: *ecce enim ut pervenit*, [ἐγένετο, id eſt, παρεγένετο] *vox ſalutationis tuæ ad aures meas, ſubſiliit infans cum exultatione in utero meo; Subſiliit*, ἐσκίρτησε. Cam: utriuſq; linguæ comment. col. 459. ἅλμα *etiam dixere* κίνησιν *fœtus in utero*, i.e. *motum & jactationem, quod etiam* ἀσκαρίζειν *eſt Hippocrati de naturâ fœtus. Aliis hoc* σκίρτημα, *& ita legimus in Luca* ἐσκίρτησεν ἐν ἀγαλλιάσει, &c. In verſu 45. veterem interpretem uſquequaque amplector, nec mutandum quicquam puto.

V: 48. ὅτι ἐπέβλεψεν τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ] vetus, *humilitatem*, id eſt, humilem, ſive tenuem & abjectam conditionem, Hebraicè שפלה [non ענוה] ut 1.Sam.1. 11. אם ראה תראה בעני אמתך ἐὰν ὄντως βλέπων ὄψῃ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης σου. Judith cap. 6. v. 20. Ἐλέησον ἡμῶν τὴν ταπείνωσιν τοῦ γένους ἡμῶν: id eſt, *miſerere abjectæ ſive miſeræ conditionis noſtræ*. Miſeria enim, non virtus, miſericordiæ eſt objectum. Porrò, qui *humilitatem* ἀντὶ τῆς ταπεινοφροσύνης accipiunt, Latinè neſciunt, aut ſcire nolunt, cum apud puriores Latinos, *humilitas*, ſemper

ſemper altitudini aut dignitati opponatur, nunquam autem, quod ſciam, ſuperbiæ. vide Act: 20. v: 19. Melancthon poſtil. parte tertiâ, pag: 295. [In veteri Latina linguâ, humilitas non eſt virtutis nomen.] Apud Arrianum de rebus geſtis Alexandri lib: 4. pag. 86. ταπεινότης, idem valet, quod ſervilis ſubjectio & ſubmiſſio, vel minor reſpectus, quàm pro dignitate alicujus.

V: 49. ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα] id eſt, *fecit mihi magna*, vel, *magnifica*.

V: 53. καὶ πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενούς] id eſt, *dimiſit, amandavit, ablegavit inanes*, ſive, *vacuos*. Job: 22. 9. אלמנות שלחת ריקם Græcè, χήρας ἐξαπέστειλας κενάς, Latinè, *viduas dimiſiſti inanes*, ſive, *vacuas*. Utrobique eadem eſt loquendi forma, & hîc, τὸ, ἐξαπέστειλε κενὰς, Hebraicè reddi poteſt, שלח ריקם.

V: 54. ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ] vetus, Eraſmus, & Beza, *Suſcepit Iſrael, puerum ſuum*: Piſcator, *Opitulatus eſt Iſraeli puero ſuo*. *Suſcepit*, id eſt, defendit; ut Judith 13. v: 6. ὅτι νῦν καιρὸς ἀντιλαβέσθαι τῆς κληρονομίας σου, *quoniam jam tempus eſt ut defendas hæreditatem tuam*. ἀντιλήπτωρ etiam in Pſalmis Deus dicitur, ab eo quòd ſuos protegat & defendat. μνησθῆναι ἐλέους] quod proximè ſequitur, poni videtur, pro, καὶ ἐμνήσθη ἐλέους, id eſt, *& memor fuit miſericordiæ*. Niſi enim me fefellit obſervatio, multa ſunt in Græcis Bibliis loca, ubi τὰ ἀπαρέμφατα non incommodè ſic exponantur, nimirùm per verbum finitum cum conjunctione copulativâ.

V: 58. περίοικοι,] ad verbum, *circumhabitatores*, id est, γείτονες, *vicini*, *accolæ*: vide paulo post, v: 65. ubi Beza rationem reddit, cur pro, περιοικοῦντες, &, περίοικοι, *accolæ* maluerit dicere, quam, *vicini*.

V: 70. κέρας σωτηρίας] *cornu salutis*: id est, potentem servatorem.

V: 77. ἐν ἀφέσει] id est, εἰς ἄφεσιν, *in*, vel, *ad remissionem*.

V. 78. Διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ] vetus, *Per viscera misericordiæ Dei*: alii, *Propter intimam misericordiam Dei*. Mihi prius magis placet, quia & simplicius est, & cum fonte convenientius, & Hebraismum non dissimulandū fideliter retinet. Parum autem refert, mea sententia, utrum dicas, *per viscera*, an *propter viscera*. Ibid. ἀνατολὴ ἐξ ὕψους] vetus, *oriens ex alto*; צמח enim, pro quo ἀνατολὴ est apud 70. interpretes tribus in locis, videlicet Jer. 23. 5. Zachar: 3. 8. & 6. 12. propriè significat *germen*. Si igitur ἀνατολὴ 70. interpretum sit צמח, & צמח sit germen, cur non & Lucæ ἀνατολὴ eodem sit modo accipienda, causa nulla idonea afferri potest. Imò potest. Nam si illustrissimo Scaligero credimus, צמח non solum est *germen*, sed etiam ἀνατολὴ, &, quod negligendum nullo modo est, Syri, quorum dialectus in frequentissimo tum usu erat, hoc eodem vocabulo utuntur ἀντὶ τῆς αὐγῆς, sive ἀντὶ τῆς ἀπαυγάσματος, id est, pro *luce* & *splendore*. Atque cum hac significatione pulchrè quadrant, quæ initio proximi versus sequuntur: Ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει, &c. Præterea, ut nihil horum sit, defendi utcunq; potest vetus interpres,

pres, ſic nimirum capiendo, *oriens*, ut ſignificet id quod oritur, ſive germinat. Sed Scaligeri judicium plurimum apud me ponderis habet, cujus hæc ſunt * verba, ſi minus ad perſuadendum aliis, at ad teſtandum quid ipſe de hac re ſenſerit, perquàm accommodata: *Vox Hebraica*, inquit, [צמח] *duo ſignificat*, Germen, *& per ſecundam notionem*, ἀνατολὴν. *Qui vertunt*, Germen, *imperitè faciunt audeo dicere, neque mentiar contra verbum Dei.* τὸ ἀπύγασμα, id eſt, ſplendorem, *quod eſt in Epiſtolâ ad Hebræos, Syrus paraphraſtes vertit* זהרא. *Chriſtum* ἀνατολὴν *vocatum ter aut quater apud Juſtinum leges.* Hæc Scaliger.

* *Elenchi cap: 20. pag: 150, & 151.*

V: 19. Ἐπιφᾶναι] id eſt, *ut illuceſceret*, vel, *ut illuceſcat.* Ibid. τοῖς καθημένοις] *iis qui ſedent*, ut rectè vetus. Cur enim aliter hoc participium reddi debeat, cauſæ nihil video. Vide ſupra Matth: 4 v: 16.

V: 80. ἀναδείξεως] vetus, *oſtenſionis*, id eſt, manifeſtationis.

Cap. II.

VErſ: 1. Ἐγένετο δὲ &c.] veterem interpretem per omnia hîc ſequor, niſi quod pro, *univerſus orbis*, in fine verſus malim, *totus orbis.* Totus orbis, ſc. Romanus, ut eſt apud Caſſiodorum Variarum lib: 3. Epiſtola 52. verba Caſſiodori ſunt hæc: *Auguſti ſiquidem temporibus orbis Romanus agris diviſus, cenſuq;*

descriptus est, ut possessio suæ nulli haberetur incerta, quam pro tributorum susceperat quantitate solvendâ. Hîc per orbem Romanum, illam solummodo orbis partem intelligit Cassiodorus, quæ Romanorum ditioni ac imperio subjiceretur; Suidas in dictione ἀπογραφή. ὁ δὲ Καῖσαρ ἄνυσε καὶ μοναρχήσας εἴκοσιν ἄνδρας τοὺς ἀρίστους τὸν βίον καὶ τὸν τρόπον ὁπλοξάμενος, ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν καὶ θάλασσαν ἐξέτεμε, δι' ὧν ἀπογραφὰς ἐποιήσατο τῶν τε ἀνθρώπων καὶ τῶν ὑπ' &c.

V: 2. πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου] vetus, *prima facta est à præside Syriæ Cyrino*: alii, *prima facta est præside Syriæ Cyrenio*; vel, *præsidente Syriæ Cyrenio*. Cùr apud veterem interpretem legatur, *à præside*, nescio, nisi forte error fuerit descriptoris, aut in exemplari ejus Græco, ὑπὸ, reperiretur, (quod tamen probabile mihi non videtur) aut sic perspicuitati consulendum putaverit, notato non solum tempore census, sed eo etiam, qui mandatum Cæsaris de censu habendo exequeretur. Pro Κυρηνίου, apud Theophylactum legitur Κυρεῖνου, atque sic certè vetus etiam interpres legisse videtur. Porrò si quis cupiat de præside Cyrenio, sive Quirinio plura cognoscere, ut & de vera hujus loci sententia, & commodissimâ Josephum cum Luca conciliandi ratione, adeat is præter alios Is: Casaubonum exercitatione primâ ad apparatum Annalium capp: 30, 31. & 32. ubi & accuratum Syriæ præsidum usque ad natum Christum Catalogum habebit, & multa prætereà alia, quæ ad illustrationem hujus loci apprimè faciant.

V: 3.

V: 3. ἀπογράφεσθαι] vetus, *Ut profiterentur*; alii, *ut describerentur*. Haud scio annon elegantius sit, *profiterentur*, hoc præsertim in loco, ubi τὸ ἀπογράφεσθαι, non ad censum agentes, sed ad eos qui censentur, refertur: ἡ ἀπογραφὴ enim, si censentes respicias, est *descriptio*; si eos qui censentur, *professio*. Ita autem convenit professioni cum ἀπογραφῇ, ut Budæus in Pandectas non dubitaverit, pro, αὕτη ἡ ἀπογραφὴ, apud Lucam, Latinè dicere: *Hæc professio*.

V: 5. ἀπογράψασθαι] vetus, *ut profiteretur*: alii, *ut describeretur*; vide v: 3.

V: 14. Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ] vetus, *Gloria in altissimis Deo*: alii, *in cœlis altissimis*, &, *in locis altissimis*. Sed si quid addendum sit, rectius existimo, ut alibi quàm in contextu addatur. Hic tamen, ut in aliis omnibus, me iis qui meliore sunt judicio lubentissimè subjicio.

V: 15. καὶ ἴδωμεν τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ γεγονὸς, ὃ ὁ Κύριος ἐγνώρισεν ἡμῖν] id est, *& videamus rem hanc quæ facta est, quam Dominus notam fecit nobis*, ut rectè Piscator.

V: 19. πάντα συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα, συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς] id est, *omnia conservabat verba hæc, conferens*, vel, *revolvens in corde suo*. Sic vetus, nec ausim ego immutare, Athenæus Dipnos: lib: 14. pag: 614. καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ χρήσιμον ξυμβάλλων, id est, *& Dei responsum animo secum revolvens*. Alii, *ista omnia*, id est, πάντα ταῦτα. At fides interpretis, præsertim in libb: sacris, id requirit, ut, quoad ejus fieri potest, tam inter versionem & fontem, quàm

inter apographum, & id unde apographum ſumptum eſt, conveniat. Hoc eſt, ut ne vocula quidem; tametſi aliôqui ſuperflua quibuſdam videatur, omittatur. συνετήρει] infra hujus cap: v: 51. legimus: διετήρει πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς: ſine participio, συμβάλλουσα, quod hîc igitur πλεονάζειν videtur. Imò non πλεονάζει, ſed ſuam quandam vim habet.

V: 21. Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτὼ τοῦ περιτεμεῖν τὸ παιδίον] *Et quùm impleti fuiſſent dies octo ut circumciderent puerulum*: id eſt, quùm adveniſſet dies octavus &c. Poſterius enim iſtud magis probo ut explicationem interpretationis, quàm ut interpretationem, quia aliôquin eadem planè verba, tam hîc quàm initio ſequentis verſus poſita, diverſam interpretationem habebunt, quod abſque juſtiore cauſa faciendum non videtur. Ibid. καὶ ἐπλήθη, &c.] Hîc, τὸ καὶ, vel redundat, vel, pro, τότε, accipiendum eſt.

V: 23. διανοῖγον μήτραν] *adaperiens vulvam*, vel, *matricem*.

V: 24. θυσίαν] vetus & Eraſmus, *hoſtiam*: Beza, *oblationem*, & in annotat. *ſacrificium*: Piſcator, *Victimam*. Lexicon Græco-lat vetus, θυσία, *hoſtia, victima, ſacrificium, immolatio*.

V: 26. Καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου] vetus, *Et reſponſum acceperat à Spiritu ſancto*: Alii, *Fueratque ipſi divinitùs nuntiatum*, vel, *promiſſum à Spiritu ſancto*. Recte omnes.

V: 27.

V: 27. ἐν τῷ πνεύματι] *in Spiritu*, id est, * vel, per Spiritu impulsore, vel, Spiritu ducente, impellente. Ibid: καὶ τὸ εἰθισμένον τοῦ νόμου περὶ αὐτοῦ] vet: *secundum consuetudinem legis pro eo*: quod non displicet, nisi quis αὐτὸ τοῦ, *pro eo, de eo*, malit. Spiritum.

V: 28. ἐδέξατο αὐτὸ εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτοῦ] id est, uno verbo, ἐναγκαλίσατο. Marc: 9.36.

V: 30. τὸ σωτήριόν σου] Heb: ישועתך.

V: 31. κατὰ πρόσωπον] vetus, *ante faciem*: rectè. Atque sic sentio de initio v: sequentis: εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, *ad revelationem gentium*. Quod si obscuriora sint, adhibeatur explicatio, sed extra contextum.

V:38. ἀνθωμολογεῖτο] vet: *confitebatur*: quod mihi utique satisfacit: neq; enim aliter sumi solet apud Sirachidem, & alibi, quàm pro verbo simplici. 3. Esd: 8. 93. legimus, Καὶ ὅτι μετὰ τὸ εὐχόμενον Ἔσδρας ἀνθωμολογεῖτο κλαίων καὶ πεσὼν ἔμπροσθεν τοῦ ἱεροῦ, συνήχθησαν, &c. id est, *Et cum in oratione suâ Esdras confitebatur flens & prostratus ante Templum, congregati sunt ad eum*, &c. Nonne hîc τὸ, *confitebatur*, satis exprimit τὸ ἀνθωμολογεῖτο, ut nihil addatur amplius?

Versus 42. & 43. sic reddo Latinè: *Quum igitur factus esset annorum duodecim, ascenderunt ipsi Hierosolymam secundum consuetudinem festi, Diesque illos consummarunt, & quùm redirent* [& revertérentur] *remansit puer Jesus in Hierusalem: nec scivit Joseph & mater ejus.*

V: 44. ἦλθον ἡμέρας ὁδόν] vetus, *Venerunt iter diei*: Alii, *jerunt viam unius diei*. Quæro quid interfic.

V: 47.

V: 47. ἐπὶ τῇ συνέσει, καὶ ταῖς ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ] *super prudentia*, [sive, *intelligentia*] *& responsis ejus.* id est, ἐπὶ ταῖς συνεταῖς ἀποκρίσεσιν αὐτοῦ, *super prudentibus*, sive, *intelligentibus responsis ejus.* Ἐν διὰ δυοῖν, ut 1. Cor. 2. 4. πνεύματος καὶ δυνάμεως, *spiritus & potentiæ*, id est, spiritualis potentiæ.

V: 48. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν ἐξεπλάγησαν] id est, *Et viso eo attoniti stupuerunt.* Ibid. ὀδυνώμενοι] id est, λυπούμενοι, *dolentes, mæsti, anxii.* Qui his non contenti, adhuc ἐμφατικώτερα quærunt, nimis mihi anxii, & curiosi esse videntur:

V: 49. ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ εἶναί με;] id est, *quòd in iis quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* Sic rectè Græca redduntur, & κατὰ πόδας, ut dicunt: sed quemadmodum Græca Ellipsis explenda sit, de eo ambigi video, aliis nimirùm Ellipsin sic exponentibus: *in iis quæ Patris mei sunt*, id est, in negotiis quæ pater mihi commendavit: aliis sic: *in iis quæ Patris mei sunt*; id est, in domo Patris mei. Posterioris hujus expositionis fundus & author est Syrus interpres, apud quem, pro, ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου, disertè legitur, in domo Patris mei. Syro astipulatur Theophylactus, idque non obscurè, sed clarissimè, his nimirùm verbis: τῆς παρθένου τὸν Ἰωσὴφ πατέρα εἰπούσης αὐτοῦ, [id est, τοῦ Χριστοῦ] ἐκεῖνος φησίν, οὐκ αὐτός ἐστιν ὁ ἀληθής μου πατὴρ, ἢ γὰρ ἂν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἤμην. ἀλλ' ὁ Θεός ἐστί μου πατὴρ, καὶ διὰ τοῦτο, ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ. Nonne apertissimè hîc ait Theophylactus, ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου, idem valere acsi dicas, ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός μου, τουτέστιν ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ? Jam si quæratur

ratur, utra ex duabus hiſce expoſitionibus anteponenda ſit, fateor me non pedibus ſolum, ſed toto pectore in ſententiam ire Nicolai Fulleri, viri ut multifariâm eruditi, ita judicii ſagaciſſimi, qui Miſcel. ſacr. lib: 4. cap: 17. non probat modò Syram tralationem, ſed & propugnat atque defendit. Inprimis vero in defenſione ejus, obſervandus eſt locus Chryſoſtomi, ſumptus ex hom: 52. in Geneſin; ubi hæc eadem locutio ſic adhibetur, ut non poſſit niſi de loco intelligi. Quid ergo Chryſoſtomus? τῷ, inquit, ἀπιλαύνεις τὸ δίκαιον; ἐκ οἶδα ὅτε ἂν αὐτὸν ἀπελθεῖν συμβαίνῃ, ἐν τοῖς τῦ δεσπότυ τῦ ἑαυτῦ εἶναι αὐτὸν ἀνάγκη; id eſt, *Quô juſtum expellis? Nonne noſti neceſſe eſſe, quocunque tandem abjerit, ut in iis locis ſit, quæ ad Dominum ſuum pertineant?* Quærit hîc Chryſoſt: ab Abimelecho rege Gerari, jubente Iſaacum è finibus ſuis diſcedere, quô illum tandem fugere velit, cum nuſquam futurus ſit ἀπροστάτευτον, aut extrâ Domini ſui tutelam, & protectionem. Qui amant bonas literas, ſtudiiſque cultioribus dediti ſunt, multum debent Nicolao, propter loci iſtius indicationem.

V: 51. πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα,] *omnia verba hæc*: ut ſupra cap: iſtius, v: 19.

Cap. III.

VErſ: 1. ἡγεμονεύοντος Πόντιε Πιλάτε τῆς Ἰουδαίας] vetus, *procurante Pontio Pilato Judææ*: alii, *Pontio Pilato præſide Judææ*. Priorem

rem interpretationem non solicitandam esse, jampridem docuit vir eximius Jacobus Cujacius Observationum lib: 19.cap:13. ubi sic scribit: *Rectiùs vetus interpres* Luc: cap: 3. ἡγεμονεύοντ☉ Πιλάτε, procurante Pilato, *quàm alii*, præside. *Præses enim Syriæ tum fuit Vitellius vir consularis, procurator Pilatus, eques Romanus, cujus rei authores habeo Tertullianum, Tacitum, Josephum.* Hæc Cujacius, & rectè omnino, *vir consularis*, &, *eques Romanus.* Nam certissimum est præsides Syriæ fuisse viros consulares, procuratores vero Judææ ex equestri ordine fuisse desumptos. Is: Casaub: adversus Baronium pag: 238. *Addit statim* [sc: Lucas] *nomen procuratoris Cæsaris. Procuratorum autem administratio certo spatio temporis definita non erat, sed à Cæsarum voluntate pendebat.* Ait ἡγεμονεύοντ☉ Ποντίε τῆς Ἰεδαίας, id est, procurante Pilato Judæam. *Fuit is annus tertius currens procurationis Pilati.*

V: 4. εὐθείας ποιεῖτε &c.] vetus, *rectas facite*, Nihil muto. Vide Matth: 3. 3.

V: 5. Πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται &c] Strabo Geographiæ lib: 5. pag: 162. & 163. de Romanis: ἕτοι [sc. οἱ Ῥωμαῖοι] προὐνόησαν μάλιστα ὧν ὠλιγώρησαν ἐκεῖνοι, [sc. οἱ Ἕλληνες,] στρώσεως ὁδῶν, καὶ ὑδάτων εἰσαγωγῆς, καὶ ὑπονόμων τῶν δυναμένων ἐκκλύζειν τὰ λύματα τῆς πόλεως εἰς τὸν Τίβεριν· ἔστρωσαν δὲ καὶ τὰς κατὰ τὴν χώραν ὁδὺς, προσθέντες ἐκκοπάς τε λόφων, καὶ ἐγχώσεις κοιλάδων· προσθέντες &c. id est, *eoque ampliùs & exciderunt colles, & cavitates ingestâ terrâ impleverunt.* Ut enim viæ ex asperis planæ & æquabiles fiant, duo requiruntur: ut excidendo depri-

deprimantur colles, & ut ingerendo valles impleantur.

V: 14. Μηδένα διασείσητε] id est, Μηδένα διασείσητε τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ, *Nemini per vim aliquid eripite : Neminem à bonis suis depellite. Neminem bonis suis excutite.* 3. Maccab: 7. 19. τὸ σύνολον ὑπὸ μηδένος διασεισθέντες τῶν ὑπαρχόντων, id est, *nec omnino à quoquam bonis suis depulsi* : P. Cholinus. F. Junius, *concussi.*

V: 15. μήποτε] id est, *num forte*, vel, *non forte*, ut recte Piscator.

V: 17. καὶ διακαθαριεῖ] vetus, *& purgabit* : quod satis mihi esse videtur. Quid enim est διακαθαριεῖ, nisi καθαριεῖ ?

V. 21. Ἐγένετο δὲ &c.] id est, *Factum est autem quùm baptizaretur omnis populus, Jesu etiam baptizato, & precante, ut aperiretur cœlum.* Tum adde, *Ac descenderet*, &c. & paulò post, *& vox de cœlo existeret.*

Cap. IV.

VErs: 1. καὶ ἤγετο ἐν τῷ πνεύματι εἰς τὴν ἔρημον] id est, *& agebatur in Spiritu in desertum.* Si quid explicationis ergô addendum sit, ponatur in margine. Sic certe est mea sententia.

Tum

Tum pergo in hunc modum: *Ibique erat dies quadraginta, & tentabatur à Diabolo*, &c.

V: 2. καὶ συντελεσθεισῶν αὐτῶν] id eſt, *ſed illis conſummatis*, vel *exactis*.

V: 4. οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται &c.] id eſt, *non ex pane ſolo vivet*.

V: 15. δοξαζόμενος ὑπὸ πάντων] id eſt, *& glorificabatur ab omnibus*: ut rectè Piſcator.

V: 18. καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν] vetus, *& cæcis viſum*. Sic etiam Piſcator: nec cauſa eſt cur a vetere hîc interprete diſcedamus. Vide Matth: 11. verſ. 5. vide etiam Marc: 8. verſ. 24.

V: 21. ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν] vetus, *in auribus veſtris*, id eſt, audientibus vobis.

V: 22. τοῖς λόγοις τῆς χάριτος] id eſt, *ſermonibus gratiæ*, vel, *gratioſis*.

V: 25. ὡς ἐγένετο] id eſt, *ita ut eſſet*: ὥστε γενέσθαι λιμὸν, &c.

V: 26. εἰ μὴ] *niſi*, vetus, & Piſcator, & ſic v: ſequenti.

V. 28. θυμοῦ] vetus, *irâ*: alii, *excandeſcentiâ*. Mihi prius non diſplicet.

V. 30 ἐπορεύετο] *diſcedebat*, vel, *proficiſcebatur*: v: 42. hujus cap: τοῦ μὴ πορεύεσθαι ἀπ' αὐτῶν: *ne diſcederet ab ipſis*. vetus & Beza.

V: 39. παραχρῆμα ἀναστᾶσα διηκόνει αὐτοῖς] id eſt, *illicò autem ſurrexit, & miniſtrabat eis*,

Cap.

Cap. V.

Vers: 1. Lego, *Factum est autem quùm turba irrueret in eum,* [vel, *immineret ei*] *audiendi verbi Dei causâ, & ipse stabat secus* [vel, *apud,*] *stagnum Genezaret.* Hîc alii omittunt, καὶ, ante, αὐτὸς ἦν ἑστὼς, alii, in, *tum,* mutant: mihi vero simpliciſſimum videtur, ut ipſum Græci Sermonis filum retineatur.

V: 2. ἑστῶτα παρὰ τὴν λίμνην Γεννησαρέτ] *quæ ad ſtagnum,* [vel, *lacum*] *ſtarent.* οἱ δὲ ἁλιεῖς] &c. *Piſcatores autem deſcenderant ex iis, & lavabant,* [vel, *abluebant,*] *retia.* Vetus & Piſcator.

V: 5. δι' ὅλης τῆς νυκτὸς κοπιάσαντες] Vetus, *& per totam noctem laborantes*: Piſcator, *quamvis per totam noctem nos fatigavimus.* Neutrum diſplicet.

V: 7. ὥστε βυθίζεσθαι αὐτά] Vetus, *ita ut mergerentur*: & ſic Eraſmus, & Piſcator. Beza tamen addit, παρὰ π, è vetuſtiſſimo ſuo codice, & vertit: *ita ut pene mergerentur.* Sed βυθίζομαι, hîc eſt, *incipio mergi*, & *fundum peto.*

V: 8. Ἔξελθε ἀπ' ἐμοῦ] vetus, *Exi à me.* Recte.

V: 10. ἔσῃ ζωγρῶν] vetus, *eris capiens,* id eſt, capies. ζωγρεῖν enim hîc, ſicut res ipſa indicat, nihil amplius valet, quàm ſimplex ἀγρεύειν.

V: 12. καὶ ἰδοὺ] *& ecce*: vide ſupra v: 1. hujus cap.

V: 14.

V: 14. παρήγγειλεν] id est, *denuntiavit, edixit, imperavit.* προσέταξε, id est, *jussit, constituit.* εἰς μαρτύριον αὐτοῖς] *in testimonium illis,* vel, *adversus illos.*

V: 15. Διήρχετο] *Dimanabat, Pervagabatur,* Erasmus. ἀπὸ τῶν ἀσθενειῶν αὐτῶν] vetus, *ab infirmitatibus suis.* Vide supra Matth: 8. v: 17.

V: 16. ἐν ταῖς ἐρήμοις] id est, εἰς τὸν ἔρημον, vel, εἰς τὰς ἐρήμους. Recte ergo vetus: *Ipse autem secedebat in desertum, & orabat,* [vel, si mavis, *precabatur.*] Versus quatuor sequentes in hunc modum lego, à veteri interprete, nisi ubi necesse est, ne latum quidem pilum discedens: *Et factum est unâ è diebus illis, & ipse docebat, erantque Pharisæi sedentes ac Legis doctores, qui venerant ex omnibus vicis Galilææ, & Judææ, & ex Hierusalem: & virtus* [sive *potentia*] *Domini erat,* [id est, aderat ei] *ad sanandum eos: Et ecce viri portantes* [*ferentes*] *in lecto hominem, qui erat paralyticus: & quærebant* [*studebant*] *eum inferre, & ponere ante eum.* [vel, *in conspectu ejus.*] *Et non invenientes* [vel, *Quùm non invenissent*] *quâ* [vel, *quâ parte,*] *inferrent illum, præ turba,* [vel, *propter turbam*] *ascenderunt supra tectum, & per tegulas demiserunt,* (vetus, *summiserunt*) *eum cum lectulo in medium, ante Iesum. Quorum fidem ut vidit,* (vel, *Qui fide eorum visa*) *dixit ei: Homo,* (vel, *heus tu*) *remissa sunt tibi peccata tua.* Hic Græci sermonis tenor cum cura servatus est, sed absque obscuritate ullâ aut ambiguitate.

Versu

Versu 19. τὸ δῆμα *tectum* est, non *domus*; sicut supra declaratum est, ad vers: 27. cap: 10. Evang: secundum Matthæum. Ibid: διὰ τῶν κεράμων καθῆκαν, non potest aliter sonare, quàm, *per tegulas demiserunt*, aut *summiserunt*. Itaque miror uisse, quibus alia interpretatio durior & longè petita, magis placeret.

V: 21. διαλογίζεσθαι] vetus, *cogitare*, & sic v: sequente, *cogitationes*, &, *cogitatis*. Beza, *ratiocinari*, & *ratiocinationes*, & *ratiocinamini*. Piscator, vers: 21. *ratiocinari*, & vers: 22. *cogitationibus*, & *cogitatis*. Ego veterem interpretem sequor: Nam διαλογίζεσθαι, hic est, ἐνθυμεῖσθαι, sive διανοεῖσθαι: vide infra cap: 6. vers: 8. & διαλογισμὸς, ἐνθυμήσεις, sicut [illegible] liquere potest ex Lucæ cum Matthæo collatione. Præterea in Lexico Græco Latino vet: sic legitur: διαλογίζομαι, *cogito*: διαλογισμὸς, *cognitio*.

V: 24. ὅτι ἐξουσίαν ἔχει, &c.] id est, *Filium hominis habere potestatem in terrâ remittendi peccata: ut recto Piscator*. Ibid: πορεύου εἰς τὸν οἶκόν σου] Vetus, *vade in domum tuam*: Beza, *proficiscere domum tuam*: Piscator, *abi domum tuam*.

Vers: 25. Καὶ παραχρῆμα &c.] id est, *Et illicò (confestim) surrexit in conspectu eorum, (coram illis) sublatóque eo, in quo jacuerat, abiit domum suam*, &c.

Vers: 30. Καὶ ἐγόγγυζον οἱ γραμματεῖς αὐτῶν, &c.] priore parte hujus versus non satis intelligitur, quinam sit verborum ordo legitimus,

mus, sive ubi distinctionum notæ figendæ sint, & quid sit cujusque propium. Erasmus omittit αὐτῶν: vetus interpres jungit, αὐτῶν, cum Φαρισαίοις & γραμματεῦσι: Beza, cum articulo, οἱ: Piscator cum præpositione πρὸς, subauditâ. Rursus, vetus, refert participium λέγοντες ad ea, quæ antecedunt, & sic etiam Syrus, & Piscator. At Erasmus & Beza, ad ea quæ sequuntur. Ego hîc etiam veterem interpretem, quod ad ordinem verborum, membrorumque distinctionem attinet magna ex parte sequor, nisi quod τὸ αὐτῶν, post διεγόγγυζον, vel omittendum putem cum Erasmo, vel cum Piscatore cum præpositione πρὸς intellectâ cõnectendum. Sic igitur lego cum Piscatore: *Et murmurabant* (διεγόγγυζον pro διεγόγγυζον) *Scribæ & Pharisæi, dicentes ad discipulos ejus*, (Sic Matth. 9. 11. εἶπον πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ.) *Quare cum publicanis, & peccatoribus editis, & bibitis?*

V. 32. καλέσαι] vetus *vocare*: Beza, *vocatum*: Piscator, *ut vocarem*.

V. 36. Ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν πρὸς αὐτοὺς] id est, *Dicebat autem & parabolam ad eos*. Ibid. ἐπιβάλλει ἐπὶ ἱματίῳ, &c.] vide Matth. 9. vers. 16.

V. 38. βλητέον γλεῦκος νέον] vetus interpres *Vetus melius est*, quo melius non requiro.

CAP.

VI.

Cap. VI.

VErs: 1. Ἐγένετο δὲ ἐν Σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ] De hoc Sabbato consulatur Is: Casaub: exercit: 14. ad Annales Baronii pag: 307, 308, & 309.

V: 11. αὐτοὶ ἐπλήσθησαν ἀνοίας] vetus, *repleti sunt amentiâ*: Alii, *insipientiâ*: Syrus, *æmulatione*. Quid si verò *mærore*, id est, ἀνίας, Sed libri omnes uno ore reclamant.

V: 20. Μακάριοι οἱ πτωχοὶ] sub: ὑμεῖς: Μακάριοι ὑμεῖς οἱ πτωχοὶ: *Beati sunt pauperes*.

Vers: 22. Μακάριοί ἐστε, ὅταν &c.] id est, *Beati estis quum* &c. Hoc præteriissem, nisi quod apud veterem & Bezam præsentis in futurum sit mutatio minimè quidem necessaria.

Vers: 23. καὶ σκιρτήσατε, *&* *exilite*. *Salire* enim generalius est, *exilire*, de gaudentibus peculiariter dicitur. Ibid: κατὰ ταῦτα γὰρ &c.] eruditiss: Casaub: scribendum censet, accentu mutato, κατὰ ταὐτὰ, nec hîc solùm, sed & paulò post, vers. 26. & infra etiam cap: 17. vers: 30.

Vers: 24. ὅτι ἀπέχετε] vetus, quia habetis. Recte, ut existimo. Athenæus Dipnos: lib: 14: pag: 649: ἀπέχεις, ὦ καλέ μοι λογιστὰ Οὐλπιανὲ τὴν νόσον &c, id est, Dalechampio interprete: *Coptam, ô belle mi sermocinator, Ulpiane tu jam habes*. Vide Matth: 6. 2. & Philipp: 4. vers: 16.

V: 28. ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς] vetus, *pro calumniantibus vos*: alii, *pro iis, qui infestant vos*.

vos. Vide annotationes meas ad Matth. 5. 44. ubi veterem tralationem culpandam non esse copiosè ostenditur.

Vers: 29. τῷ τύπτοντί σε ἐπὶ τὴν σιαγόνα, πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην] id est, *Ei qui percutit* [*verberat*] *te in maxillam, præbe & alteram*: vetus, *Et qui te percutit* &c. Sed nonne culpâ librarii, &, ponitur pro, *ei*? Quod si est error, irrepsit in omnes, quas vidcrim interpretationes Latinas, præter unam Erasmi. Erasmus enim, *Percutienti*, inquit, *te*, &c.

V: 29. καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντός σου τὸ ἱμάτιον] vetus, *& ab eo qui aufert tibi vestimentum*, id est, pallium. Et miror, cur non pallium æquè hîc dixerit ac Matth: 5. v: 40. Sed magis miror, cur illi ipsi interpretes, qui Matth. 5. 40. χιτῶνα *pallium*, ἱμάτιον *tunicam*, reddunt; nec reddunt solùm, sed aliter reddentes reprehendunt, hîc vice versâ, τῷ χιτῶνι *tunicæ*, τῷ ἱματίῳ verò *pallii* significationem tribuerint. [vide infra cap: 22. vers: 36.] Dico me mirari, non quod a seipsis dissenserint, (διάφορα γὰρ ἑαυτοῖς, ut dicitur) sed quod cùm hîc rem acu tetigerint, priorem interpretationem ad hanc non emendaverint.

V: 30. παντὶ τῷ σὲ αἰτοῦντί σε δίδου, καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντός σου τὰ σὰ μὴ ἀπαίτει] Idoneum hîc exemplum habemus discriminis ejus inter αἰτεῖν, & ἀπαιτεῖν, quod à viris quibusdam eruditissimis observatur. Aiunt enim αἰτεῖν, esse ejus qui petit beneficium, ἀπαιτεῖν, ejus qui exigit debitum. Andocides Orator: ταῦτα ὑμᾶς, εἰ μὲν βούλεσθε, αἰτῶ· εἰ δὲ μὴ βούλεσθε, ἀπαιτῶ id est, *Hæc à vobis, si vultis quidem*, αἰτῶ, *si*

ſi vero non vultis, ἀπαίτω. Liberum eſt ergo nobis, quod ad jus ipſum attinet, negare τῷ αἰτοῦντι: at τῷ ἀπαιτοῦντι minimè.

Verſ. 32. vetus: *quæ vobis eſt gratia?* Rectè, et ſic deinceps.

Verſ. 35. πάλιν] vetus, *verùntamen*: Eraſmus, *Quinimo*: Beza et Piſcator, *Itaque*. Ibid. μηδὲν ἀπελπίζοντες] Vetus, *nihil inde ſperantes*: et ſic reliqui fere omnes interpretes. Præpoſitio ἀπὸ hîc non eam vim habet, quam *de* in *deſpero*, ſed ſic ſumitur, ut in ἀπόδια apud Athenæum [Dipnoſoph. lib. 14. pag. 649.] teſte Iſ. Caſaubono Comment. ad Theophraſti Charact. cap. περὶ ἀκαιρίας. ἀπόδια, apud Athenæum eſt ἀπό τινος ἐδίου, *de re aliqua edo*, et ſic hoc loco ἀπελπίζω eſt, ἀπό τινος ἐλπίζω, id eſt, *de re aliqua ſpero*, ſc. totam eam, aut partem ejus me recepturum. Ibidem. *eritis filii Altiſſimi*: Alii, *Illius Altiſſimi*; quod non placet.

V. 38. μέτρον καλόν, πεπιεσμένον, καὶ σεσαλευμένον, καὶ ὑπερεκχυνόμενον &c.] Iſ. Caſaubonus ὁ πάνυ, commentario ad Theophraſti Characteres cap. περὶ βδελυρίας, elegantiam hujus loci mirificè prædicat, idque occaſione ſumptâ ab his verbis Theophraſti σφόδρα ἀποφῶν: quæ exponens ſic propemodum ſcribit. Eſt σφόδρα ἀποφῶν, *hoſtorio cumulum diruere, & demere ſumma diligentia quod menſuræ ſupereſt. Contrarium* τῷ ἀποφῶν eſt κορύσσειν, id eſt, cumulare. *Opponitur etiam* τῷ σφόδρα ἀποφῶν, *verbum* σαλεύειν, *quod grato debitori quadrat, qui non eadem*

tantùm, sed cumulatiore etiam mensurâ quod accepit, vult reddere. D: Lucas *ait*: μέτρον καλὸν, πεπιεσμένον, καὶ σεσαλευμένον, καὶ ὑπερεκχυνόμενον δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν: *cujus loci singularis mihi semper & admirabilis visa est elegantia.* Ne nihil â me locus tam elegans acciperet putavi symbolam mutuatitiam conferendam potiùs, quam nullam; (*in sinum vestrum dabunt,*) id est, copiose & largiter dabunt. Moller in Psal: 79 v: 12. Ibid: ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν] vetus, *remetietur vobis*: Beza, *vicissim metientur vobis*: Piscator, *contrametientur vobis*: Mihi (quod bonâ cum veniâ purius loquentium dictum sit,) non displicet, *remensurabitur*. Nam & Tremellius in sua è Syro interprete descripta versione, non est veritus, *mensuratur*, dicere, pro quo tamen fortasse rectiùs scriberetur, *mensurabitur*:

V: 48. ὃς ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε] Beza & Piscator, *qui fodit, & excavavit*: Vetus & Erasmus, *qui fodit in altum*, Augustinus Tract: 23. in Evangelium Joh: col: 199. *fodit altiùs*: id est, βαθέως, sive, εἰς βάθος ἔσκαψε. Optimè sanè si quid ego video, neque ausim reprehendere. Est enim figurata locutio, habetque plurimum affinitatis cum iis locutionibus quæ efferuntur per figuram quæ appellatur ἓν διὰ δυοῖν. Sic Matth: 25 v. 29. δοθήσεται, καὶ περισσευθήσεται, poni videtur pro περισσῶς, καὶ ἀφθόνως δοθήσεται, & Marc: 10.

V: 21. ἐμβλέψας αὐτῷ ἠγάπησεν αὐτὸν, pro πρᾴως καὶ προσηνῶς ἐνέβλεψεν αὐτῷ.

Cap. VII.

V. 1. εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ] באזני העם *in auribus populi*, id est, audiente populo. Nescio quid aliis accidat: meæ certè aures istiusmodi Hebraismis non offenduntur. Augustinus de civitate Dei lib: 2. cap: 27. in initio: *Vir gravis & Philosophus Tertullius* (f. Tullius,) *Ædilis futurus, clamabat in auribus civitatis, inter cetera sui magistratus officia*, &c.

V: 4. ὅτι ἄξιός ἐστιν ᾧ παρέξει τοῦτο] *dignus est cui hoc præstes*, Piscator.

V: 5. καὶ αὐτὸς συναγωγὴν ᾠκοδόμησεν ἡμῖν] vetus, *& synagogam ipse ædificavit nobis*: Beza & Piscator, omittunt αὐτὸς.

V: 6. μὴ σκύλλου] *ne vexator*, vel, *ne fatigate*. Vide notas meas ad Marc: 5. v: 35. τί ἔτι σκύλλεις τὸν διδάσκαλον;

V: 7. ἠξίωσα] id est, ἄξιον ἡγησάμην.

V: 8. Καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος] *Nam & ego sub potestate constitutor*. ἄνθρωπός εἰμι τασσόμενος, ἄνθρωπος, πλεονάζει εἰμι τασσόμενος, id est, τάσσομαι, τὸ, *constitutus*: est τεθεὶς, aut τεταγμένος. Nam ut rectissimè annotatum est à Domino Beza duobus minimùm in locis, à Latinis raro usurpatur præsentis temporis passivum participium. Vide Marc: 1. v: 13. & Luc: 4. v: 2. & 15. & Luc: 7. v: 24.

V: 21. ἐχαρίσατο τὸ βλέπειν] vetus, *donavit visum*, & sic etiam Erasmus & Piscator, nec causa est, cur melior interpretatio quæratur

V. 22. ὅτι τυφλοὶ ἀναβλέπουσι] id est, *quod cæci vident*, vel, *cæcos videre*.

V. 23. ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί] vetus, *quicunque non fuerit scandalizatus in me*; alii, *offensus*. Vide supra Matth. 5 v. 29.

Vers. 24. τί ἐξήλθατε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι;] vetus, *Quid exiistis in desertum videre?* (*spectare*) id est, spectaturi in eremum, sive desertum exiistis?

V. 25. ἰδοὺ οἱ ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ, καὶ τρυφῇ ὑπάρχοντες, ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσίν] id est, *ecce qui glorioſe* (*splendidè, magnificè*) *veſtiuntur, & in deliciis viuunt, in regum ſunt palatiis*. Sic propemodum Piſcator, *ecce qui veſtitu magnifico utuntur, & in deliciis viuunt*, &c.

V. 26. καὶ περισσότερον προφήτου] id est, καὶ μεῖζον προφήτου, *prophetâ quiddam majus*, ſive, *amplius quiddam prophetâ*: *excellentius*, [*præſtantius*] *quiddam Prophetâ*. Piſcatori hîc, τὸ, περισσότερον, eſt recti caſus, ſed malim eſſe quarti, quemadmodum eidem eſt Piſcatori, Matth: 11. v: 9. ſed maſculini tamen generis.

V: 29. Sic lego, veteris interpretis veſtigiis inſiſtens: *Et omnes* [vel *totus*] *populus audiens* [vel, *cum audiiſſet*,] *& publicani juſtificarunt Deum, baptizati baptiſmo Johannis*. Hîc Græci ſermonis facies retinetur, nec additur aliquid quod expoſitionis vice ſit. Aliud enim ab interprete, aliud ab expoſitore & ſcholiographo requiritur. Si quid ſit obſcurum aut dubium in contextu, æquum omnino puto, ut appoſito id poſtea ſcholio, aut illuſtretur, aut definiatur, contextu interim puro & illibato manente. ἐκτὸς ſc. τοῦ Ἰωάννου, &c.

Theo-

Theophylactus: πᾶς ἦν ὁ λαὸς ἀκούσας τοῦ Ἰωάννου, &c.

V: 30. οἱ νομικοὶ] De discrimine inter νομικὸς & νομοδιδασκάλους, lege Jos: Scalig: Elenchum cap: 11. pag: 83.

V: 36. ἵνα φάγῃ μετ' αὐτοῦ] id est, *ut ederet cum eo*; sive, *cibum caperet*.

V: 37. γυνὴ ἥτις ἦν ἐν τῇ πόλει ἁμαρτωλός,] id est, *mulier in civitate* [*urbe*] *quæ erat peccatrix*.

V: 39. ποταπὴ] id est, ποία, vide supra cap: 1. v. 29.

V: 42. ἐχαρίσατο] vetus, *donavit*: Erasmus & Piscator, *condonavit*: quod rectius esse non diffiteor.

V: 45. οὐ διέλιπε] id est, *non cessavit*, vel, *non intermisit*.

V: 47. ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαί, ὅτι ἠγάπησε πολύ] vetus, *remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm*; Piscator, *remissa sunt peccata ejus multa; nam dilexit multùm*: [vide Piscatoris Scholia in Joh. 16. v: 32. vide etiam Joh: 16. v: 27.] Sed cur, *nam*, pro *quoniam*? Nonne *nam*, æquè est causalis particula atq; *quoniam*? igitur si, *quoniam dilexit*, adjuvat gratuitæ justificationis oppugnatores, adjuvabit etiam, *nam dilexit*, imò plus adjuvabit, quia ut testantur diligentissimi Grãmaticorum, *quoniam*, & particulæ id genus aliæ, non tam causales sunt particulæ, quàm subcontinuativæ; at, *nam*, purè esse causalem, sive rationis redditivam, etiam pueri norunt. Videant ergo qui veterem hîc interpretem deserunt, ne dum incommodiores interpretationes vitant

in

in id ipsum se induant, quod maximè timent. Sed non est cur aut illi timeant, aut quisquam alius, si vis modò particulæ, ὅτι, diligenter, ut par est, expendatur. Quid ergo valet τὸ ὅτι, hoc loco? Idem quod Hæbræorum כי quod aliquoties illationem & consecutionem denotat potiùs quàm reddditionem causæ, ut perspicuum esse potest cùm ex aliis locis, tùm ex psal: 116. v: 10. ubi, qui כי pro διὸ, id est, *ideo*, sive, *propter*, accipiunt, non solum 70. interpretum, sed Apostoli etiam Pauli [2. Cor. 4. 13.] facilè sese defendant authoritate. Eodem & hîc modo, τὸ ὅτι, accipiendum, suadet ratio, & ipsa narrationis series, parabolæque scopus. Quorsum enim parabola affertur, nisi ut debitorum exemplo doceatur, plus gratitudinis & dilectionis ibi deberi, ubi plus benignitatis & misericordiæ præcesserit? Non verebor itaque Latinè hîc dicere cum vetere interprete. *Remissa sunt peccata ejus multa quoniam dilexit multum.* *Quoniam*, id est, ὅτι, ὅτι, id est, כי, כי id est, διὸ, *ideo*, *propter quod*. Nicephorus Callistus ἐυχῇ ἐξομολογήσεως, Μυρίων ταλάντων χρεωφειλέτης εἰμὶ· ἄφες μοι τὸ πλεῖον ἵνα πλεῖον καὶ ἀγαπήσω. Ergo remissio præcedit dilectionem.

Versi 49. ἐν ἑαυτοῖς] Vetus, *intra se*: Beza, *inter se*, Piscator, *apud se*: Rectè.

CAP.

Cap. VIII.

VErs: 1. Καὶ ἐγένετο &c.] Vetus, ad verbum: *Et factum est deinceps, & ipse iter faciebat*: Hoc est, *Et accidit deinceps, ut ipse iter faceret*, sicut apud Piscatorem legitur, κατὰ πόλιν καὶ κώμην] Vetus, *per civitates, & castella*: Erasmus, *per singulas civitates, & castella*: Beza, *per singulas urbes, & vicos*: Piscator, *oppidatim, & vicatim*.

Vers: 7. καὶ συμφυεῖσαι αἱ ἄκανθαι ἀπέπνιξαν αὐτὸ] id est, ut opinor: *& connexæ inter se spinæ, suffocarunt illud*. τὸ συμφύεσθαι, enim, adhæsionem & connexionem quandam indicare potiùs videtur quam ortum rerum in idem tempus incidentem. Hoc dico, non ut priores interpretes reprehendam, sed ut aliis occasionem dein, amplius de hac re cogitandi.

V: 9. λέγοντες] Vel delendum videtur hoc participium, vel accipiendum pro ζητοῦντες. *quærentes quæ esset parabola hæc*.

Vers: 12. Οἱ δὲ παρὰ τὴν ὁδὸν] sub: δεχόμενοι τὸν σπόρον, aut τὸν λόγον. Ibid: τὸν λόγον, *verbum*, ut rectè vetus. Ibid: ἵνα μὴ πιστεύσαντες σωθῶσιν, *ne credentes salvi fiant*: Erasmus, *ne credentes serventur*: Beza, *ne quùm crediderint, serventur*: Piscator, *ut ne credant & serventur*. Ex his interpretationibus sumat lector, quam volet.

Vers: 13. Οἱ δὲ ἐπὶ τὴν πέτρας] sub: δεχόμενοι τὸν λόγον, οὗτοί εἰσιν.

Vers: 14. τὸ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας πεσὸν] id est, οἱ δὲ εἰς τὰς ἀκάνθας δεχόμενοι τὸν λόγον.

Vers: 17.

Verſ: 17. lego: *Non eſt enim quicquam occultum, quod non manifeſtum fiet, neque abſconditum, quod non cognoſcetur, & in apertum veniet.*

Verſ: 20. Καὶ ἀπηγγέλη αὐτῷ] ſub: ὑπὸ τινών, vel cum Beza, λεγόντων τινων. Ibid. ἰδεῖν σε θέλοντες] id eſt, *colloqui tecum cupientes*: ζητοῦντές σοι λαλῆσαι, Matth: 12. 47. ἰδεῖν, pro, *colloqui*, Atticum eſt, ut apud Thucydidem, & Lucianum. Thucydides lib: 4. καὶ τὴν Περδίκκαν το πρῶτον οὐκ αἰσθανόμενον, ὡς ἔγνω, ἠνάγκασαν πρὶν τὴν Βρασίδαν ἰδεῖν προαπελθεῖν, id eſt, *priuſquam cum Braſida colloqueretur*: & ſic Scholiaſtes. Lucianus dialogo Neptuni et Mercurii: Ποσ. Ἔστιν ὦ Ἑρμῆ νῦν ἐντυχεῖν τῷ Διΐ; Ἑρ. οὐδαμῶς ὦ Πόσειδον. Ποσ. Ὅμως προσάγγειλον αὐτῷ. Ἑρ. Μὴ ἐνόχλει, φημί· ἄκαιρον γὰρ· ὥστε οὐκ ἂν ἴδοις αὐτὸν ἐν τῷ παρόντι· οὐκ ἂν ἴδοις αὐτὸν, i.e. οὐκ ἂν ἐντύχοις αὐτῷ, ut ipſe ſeipſum interpretatur. Hæc exempla debemus H: Stephano, in eo libello quem inſcripſit: APPENDICEM ad aliorum ſcripta de dialecto Atticâ, ubi etiam de hoc ipſo loco monet, his verbis: *Quin Attico more dictum ſit* (Luc: 8. v: 20.) ἰδεῖν σε, *pro*, tecum colloqui, *dubitare nos non ſinunt Matthæus & Marcus in referendâ eâdem Hiſtoriâ: ſed ille præſertim, dicens*, ζητοῦντες αὐτῷ λαλῆσαι.

Verſ: 23. καὶ συνεπληροῦντο, καὶ ἐκινδύνευον] ad verbum, *& complebantur, ac periclitabantur, id eſt*, et navi undis completâ periclitabantur: *vel*, valdè periclitabantur, in ſummo erant periculo, navi ſc. undis oppletâ.

Verſ. 26. Καὶ κατέπλευσαν] id eſt, *Et appulerunt*. Καταπλεῖν enim eſt *appellere*, et quod de

de appulsu hoc verbum intelligendum sit, non de navigationis cursu, doceat nos collatio Lucæ cum Evangelistis reliquis, et principium præterea vers. sequentis.

V. 42. Καὶ αὕτη ἀπέθνησκεν] vet: *& hæc moriebatur*: alii, *eáque moriebatur*; id est, καὶ αὐτὴ ἀπέθνησκε. Cæterùm observanda est hîc vis, et propria significatio imperfecti temporis. ἀπέθνησκε, *moriebatur*. id est, morti proxima erat, nondum tamen mortua, παρ' αὐτὰς ἦν τὰς πύλας τοῦ θανάτου, sive, παρ' αὐτὴν ἦν τὴν τελευτὴν, ut loquitur alicubi Theodoretus. Anglicè, she was a dying, or, she lay a dying. Lucianus Gallo, ᾤμην γὰρ τὴν Εὐκράτην αὐτὸν ἄπαιδα ὄντα οὐκ οἶδα ὅπως ἀποθνήσκειν, εἶτα προσκαλέσαντά με, καὶ διαθήκας θέμενον, ἐν αἷς κληρονόμος ἦν ἀπάντων ἐγὼ, μικρὸν ἐπισχόντα ἀποθανεῖν. id est, *opinabar enim Eucratem ipsum, cum sine liberis esset, nescio quomodo mori, deinde me advocasse, testamentumque condidisse, in quo hæres ego ex asse essem, et paulo post mortuum esse.* Hîc Eucrates primùm moritur, id est, in ipso est limine mortis, et deinde vocat ad se Mycyllum, testamentumque condit, et postremò mortuus est. Quomodo autem inter morientes, et mortuos distinguendum sit, non aliunde credo discere possumus melius, quàm ex argutissima de hac re D: Augustini disputatione de civitate Dei lib: 13. cap: 9, 10. et 11. ubi inter alia, hæc habentur haud vulgaris plenissima subtilitatis: *Ac per hoc quomodo* morientes *dicamus eos, qui nondum mortui sunt, sed imminente morte, jam extremâ et mortiferâ afflictione jactantur, explicare difficile est, etiamsi recte*

isti

isti appellantur morientes, *quia cum mors quæ imminet, advenerit, non* morientes, *sed* mortui *nuncupantur. Nullus est ergo* moriens, *nisi vivens, quoniam cum in tanta est extremitate vitæ, in quanta sunt, quos agere animam dicimus, profectò qui nondum animâ carnit, adhuc vivit. Idem ipse igitur simul &* moriens *est &* vivens: *sed morti accedens, vitâ decedens, adhuc tamen in vitâ, quia inest anima corpori, nondum autem in morte, quia nondum abscessit à corpore,* &c. Hæc Augustinus. Lutherus in Genes. 25. v. 8. *super hæc verba: Postea exspirans mortuus est Abraham: Hîc duo,* inquit, *conjungit, & puto hanc esse differentiam. Priore vocabulo voluit significare illum actum sive agonem morientis, quasi dicat ægrotavit, decubuit, agit animam, itaut nulla spes vitæ reliqua esset, & tamen nondum mortuus. Expono igitur tanquam prius sit præteriti imperfecti, alterum verò perfecti. Abraham moriebatur, et mortuus est,* hoc est, *laborabat in extremis, et agebat animam, postea mortuus est, et transivit in æternam quiem.* Hæc quæ adduxi omnia, pulchrè explicant, veram significationem, ut [illegible]

Vers. 43. & 44. Καὶ γυνὴ οὖσα ἐν ῥύσει αἵματος] id est, *Et mulier laborans fluxu, sive fluxione sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos insumpserat totas facultates, nec potuit à quoquam curari. Accessit à tergo, tetigit quæ fimbriam pallii ipsius: et illicò substitit fluxio sanguinis ejus.*

V. 48. πορεύου εἰς εἰρήνην] vetus, *vade in pace,* Beza & Piscator, *vade cum pace*: at iidem paulò

paulò superius, nimirum cap: præcedentis versu ultimo, eadem Græca verba Latinè reddiderunt, *vade in pace.*

Cap. IX.

VErs: 1. καὶ νόσους θεραπεύειν] vetus, *et ut languores curarent*: Erasmus, *et ut morbos sanarent*: Beza et Piscator, *et morbos sanandi.* Mihi Erasmi maximè probatur versio, nisi quis malit mistam versionem ex vulgata, et Erasmi, in hunc modum: *et ut morbos curarent. Sanare* enim magis respondet τῷ ἰᾶσθαι, quod proximo versu sequitur.

Vers: 5. ἐξερχόμενοι ἀπὸ τῆς πόλεως ἐκείνης, &c.] id est, *quando exitis ex urbe illâ, etiam pulverem à pedibus vestris excutite, in testimonium adversus eos.*

Vers: 6. καὶ θεραπεύοντες πανταχοῦ] vetus, *et curantes ubique.* Rectè, et pro more suo.

V: 7. καὶ διηπόρει *et hæsitabat*, id est, nesciebat quid sentiret.

Vers: 8. ὅτι Ἠλίας ἐφάνη] id est, ἦλθε, *venit*, & sic apud Theocriti Scholiastem, φανεὶς, id est, ἐλθὼν. 2. Maccab: 7. v: 22. οὐκ οἶδ' ὅπως εἰς τὴν ἐμὴν ἐφάνητε κοιλίαν. ἐφάνητε, id est, ἤλθετε, quod negari, opinor, non potest. Chrysost: Hom: 73. in Matth. οὐκοῦν οὐδὲ σὺ εἰς τὴν ἄνω φανῆναι δυνήσῃ πόλιν, id est, *Igitur neque tu in supernam venire poteris civitatem.* Plato initio Protagoræ: πόθεν ὦ Σώκρατες, φαίνῃ; id est, *unde venis?*

Vers: 13.

V: 13. εἰ μὴ τι πορευθῶμεν &c.] id est, *nisi* * *eamus nos, et emamus toti huic populo escas*; vel, *nisi iverimus nos, et emerimus toti huic populo escas.*

* vel proficiscamur.

Vers: 15. καὶ ἀνέκλιναν ἅπαντας] vetus, *et fecerunt discumbere omnes*: Beza & Piscator: *& discubuerunt illi omnes*: ac si legeretur, καὶ ἀνέκλιναν ἄπαντες. Sed libb. omnes, quos viderim in priore lectione consentiunt, nec dissentit Syrus interpres.

Vers: 17. καὶ ἤρθη &c.] Hîc inter veterem interpretem & Bezam summus est consensus, nisi quod hic subdistinguat post, κλασμάτων, ille post, ἀνθῶν. Tollatur ergo distinctionis nota, & discrimen inter illos nullum erit. Sensus est; & fragmentorum quæ superfuerunt illis, duodecim cophinos sustulerunt, *vel*, & fragmentorum quæ superfuerunt illis, duodecim cophini sublati sunt.

Vers: 21. παρήγγειλε μηδενὶ εἰπεῖν] id est, *jubebat ne cui hoc dicerent.*

Vers 23. Vetus, *abneget semetipsum.* Rectè.

Vers: 25. ἑαυτὸν ζημιωθεὶς;] vetus, *& detrimentum sui faciat?* Erasmus, *aut jacturam sui ipsius faciat?* Beza, *sive seipso multetur?* vel, *sive sui ipsius exitio multetur?* Piscator, *sive sui ipsius jacturam faciat?* Ego addo, *aut damno sui ipsius afficiatur?*

Vers: 28. & 29. ὡσεὶ ἡμέραι ὀκτὼ] sub: ἦσαν. Et similem puto ellipsin esse verbis proximo versu sequentibus, ubi credibile est, τὸ ἀγγέλιόν, non esse, cum ἐν conjungendum, sed exponendum per *factum est*, ut ubique fere solet

aliàs

alias initio nimirum verſuum. Sic igitur reddo Latine verſ. 29. *Et factum eſt, dum precabatur, ut ſpecies vultus ejus alia eſſet, & veſtimentum ejus candore fulgeret*: vel, *candorem fulgidum haberet*: id eſt, καὶ ἐγένετο ἐν τῷ προσεύχεσθαι αὐτὸν, τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον ἦν, καὶ ὁ ἱματισμὸς αὐτοῦ λευκὸς ἦν ἐξαστράπτων. Sic paulò inferius verſu hujus cap. 33. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ διαχωρίζεσθαι αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ εἶπεν ὁ Πέτρος, &c.

V. 31. τὴν ἔξοδον αὐτοῦ] vetus, & Eraſmus, *exceſſum ejus*: Beza, & Piſcator, *ipſius exitum*. Neutra interpretatio improbanda: neque vero eſt, cur prior poſteriori cedere debeat, ut mea quidem eſt ſententia. Quid ſi enim linguæ Latinæ imperiti quidam, (Tales enim fuerint neceſſe eſt,) erraverint in interpretatione vocabuli, *exceſſus*? Num propterea expungemus, aut loco ſuo movebimus? Nihilo plus ambiguitatis habet, *exceſſus* Latinè, quàm ἔξοδος Græcè, & illa ipſa vox quæ, *exceſſui*, anteponitur, non de vitæ tantum, ſed de cujuſvis rei exitu dicitur. Prætereà ubi reperies *exceſſum*, pro *ecſtaſi* in probato aliquo authore abſque additione aliquâ? Fateor *exceſſum* idem ſæpe declarare, quod ὑπερβολὴ Græcè, ſed cur eo hîc ſenſu accipiatur, cauſam nullam video. Si qui igitur decepti ſunt, non fefellit eos ambiguitas vocabuli, ſed linguæ inſcitia Latinæ, nec tam tenebræ in dictione ipsâ, quàm in legentium oculis extiterunt. Cui enim vel mediocriter in bonis authoribus verſato ignotum eſſe poteſt, *exceſſum* etiam per ſe, & abſolutè, ut loquuntur, poſitum, ejuſ-

dem esse cum morte significationis? Notus est locus Ciceronis de legibus lib. 1. *Post excessum suum Romulus Julio Proculo dixit se Deum esse.* Apud Sulpitium Severum optimum & probatissimum authorem sæpius legimus *excessum*, pro *morte* usurpatum, ut lib 1. pag: 16 *Post excessum Patris, Jacob in solo eo, in quo Isaac vixerat, commorabatur.* Et rursus ejusdem libri pag: 40. *Quòd si ita est, a mundi exordio in excessum ejus,* [id est, Josuæ] *anni sunt,* &c. *Post excessum,* & *in excessum,* id est, μετὰ τὸν τελευτὴν, & ἕως τῆς τελευτῆς. Cyprianus Epistolâ quartâ: *cùm de excessu boni viri collega mei rumor apud nos incertus esset. Excessu,* id est, morte, obitu: & sic Tertullianus contra Valent. Ibid. ὃν ἔμελλε πληροῦν] vetus, *quem completurus erat,* id est, qui illum manebat.

V: 36. Καὶ ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνὴν] vetus, *Et dum fieret vox:* Piscator, *Et dum vox illa existeret.*

V: 37. Ἐγένετο δὲ ἐν τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ, &c. συνήντησεν αὐτῷ &c.] id est, Piscatore interprete: *Factum est autem sequenti die, quùm ipsi descendissent de monte, ut occurreret ei,* &c. Semper enim fere post, *factum est,* addit, *ut,* nec male id quidem.

V: 42. Ἔτι δὲ προσερχομένου αὐτοῦ] id est, *Dum autem jam accedebat.* ἔρρηξεν αὐτὸν &c.] id est, ἔῤῥαξε, κατέβαλε.

Vers: 47. Lego: *Jesus vero ubi vidit cogitationem cordis ipsorum, accepit puerulum, & statuit apud se,*

V: 51. Lego: *Factum est autem dum complerentur dies assumptionis ejus,* [id est, implerctur

retur tempus, quo sursùm reciperetur] *ut ipse faciem suam firmaret, proficiscendi causa Hierosolymam* [id est, imperterrito animo Hierosolymam versus iter susciperet, *vel* certo & firmo consilio adeundi Hierosolymam in viam se daret.]

V: 53. ἦν πορευόμενον] vetus, *erat euntis.* Legisse enim videtur ἦν πορευομένου, pro, ἦν πορευόμενον· πορευομένου, sub: ἀνθρώπου: *erat hominis euntis Hierosolymam*; id est, Hierosolymam versus dirigebatur.

V: 57. lego: *Factum est autem proficiscentibus ipsis, ut quidam in via dixerit ei*, &c.

Vers: 61. ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου] id est, τοῖς οἰκείοις μου: vetus, *renuntiare*; Erasmus, *ut dicam vale*; Beza, *ut valedicam.* Optimè. Theophylactus in hunc locum; τὸ ἀποτάξασθαι, τουτέστιν, ἵνα ἰδιωτικώτερον εἴπω, ἀποχαιρετίσαι. i.e. τὸ ἀποτάξασθαι: *ut cũ plebe*, sive, *vulgò loquar, dicere vale*, sive, *valedicere.* ἀποχαιρετίζω enim est, λέγω χαῖρε, sc. iis à quibus mox sum discessurus. Anglicè, **I bid farewell**, or, **by bidding farewell I take my leave.** Ab ἀποτάσσομαι, est verbale ἀποταγὴ, monasticæ disciplinæ vocabulum, teste Isidoro Pelusiotâ Epistolâ primâ libri Epistolarum primi, his verbis; οἱ μὲν ἅγιοι τῆς μοναστικῆς φιλοσοφίας κορυφαῖοι καὶ ἡγεμόνες ἐκ τῶν ἄθλων καὶ ἀγώνων ὧν ἐτέλησαν, καὶ τὰς προσηγορίας, ἁρμοδίας τοῖς πράγμασι πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν καὶ μάθησιν ἔθεντο, ἀποταγὴν τὴν τῆς ὕλης ἀναχώρησιν, καὶ ὑποταγὴν τὴν εὐπείθειαν καλέσαντες, id est, ἀποταγὴν *secessionem à rebus hujus seculi crassioribus, & ὑποταγὴν, obedientiam vocantes.*

Verſ: 62. οὐδεὶς ἐπιβαλὼν &c.] id eſt, *Nemo qui manum ſuam aratro admoverit, & retrò reſpexerit aptus eſt regno Dei*; vel, *appoſitus eſt ad regnum Dei*. βλέπειν εἰς τὰ ὀπίσω, eſt *reſpicere retrò*, ut infra cap: 17. v: 31. ἐπιστρέφειν εἰς τὰ ὀπίσω, *reverti retro*, & Joh. 6. v: 66. ἀπελθεῖν εἰς τὰ ὀπίσω, *abire retrò*.

Cap. X.

Verſ: 7. τὰ παρ' αὐτῶν] ſub: παρατιθέμενα, vel, παρατεθέντα. Theophylactus, τὰ παρ' αὐτῶν, τουτέστιν, ἃ προσάγουσιν ὑμῖν: *quæ offerunt vobis*.

V: 14. πλὴν] vetus, *veruntamen*. Rectè. Ibid. ἀνεκτότερον ἔσται &c.] id eſt, *tolerabilius erit in judicio quam vobis*. Hoc eſt, ut alii παραφράζουσι: Tyri & Sidonis tolerabilior erit conditio in judicio quàm veſtra.

Verſ: 18. Ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα] Ignatius Epiſtolâ quintâ pag: 55. Σύ οὖν ὁ ἐκπεσὼν ἐκ τῆς ὑψηλοτάτης δόξης ὡς ἀστραπή, τολμᾷς λέγειν τῷ κυρίῳ, βάλε σεαυτὸν ἐντεῦθεν κάτω, ᾧ τὰ ἐνόντα [f. τὰ μὲν ὄντα,] λελόγισται ὡς μὴ ὄντα; Baſil magnus hom. ὅτι οὐκ ἔστιν αἴτιος τῶν κακῶν ὁ Θεὸς, propè finem: Διὰ τοῦτο καὶ ὁ κύριος εἶδε τὸν Σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα, τουτέστι, τῆς οἰκείας ἀρχῆς ἐκπεσόντα, καὶ κάτω γενόμενον, ἵνα πατῆται ὑπὸ τῶν εἰς Χριστὸν ἠλπικότων, &c. Gregorius Nazianzenus λόγῳ β.

περὶ

ἄει ὑῶ, pag. 212. Σαμαρείτης ἀνὴρ καὶ δαιμονῶν [ſc. ὁ χειρὸς,] πλὴν σώσει [Malim, σώζει] ἢ ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καταβαίνουσα, καὶ λησταῖς περιπεσόντα· πλὴν ἀπὸ δαιμόνων ὀπτισγνώκεσαι, καὶ ἀπελαύνει δαίμονας, καὶ λεγεῶνας πνευμάτων βυθίζει, καὶ ὡς ἀσφαλῶ ὀφᾷ πίπτουσα ἢ ἀρχηγὸν τῆς δαιμόνων.

Verſ: 21. Ἐξομολογοῦμαι σοι πάτερ] vetus, *Confiteor tibi Pater.* Rectè. Vide Matth: cap: 11. v: 25.

Verſ: 25. νομικός τις ἀνέστη] vetus, *quidam Legiſperitus ſurrexit:* alii, *quidam legis interpres.* Sic ſupra cap: 7. verſ. 30. οἱ νομικοὶ apud veterem interpretem ſunt *Legiſperiti*, apud alios nonnullos *Legis interpretes.* Sed ſi alii ſunt Legis interpretes à Legiſperitis, aut ſi accuratè adeò diſtinguendi ſunt, haud ſcio an non legis interpres τῷ νομοδιδασκάλῳ aptius reſponderit, quàm τῷ νομικῷ. Lexicon Græco-Latinum vetus: Νομικὸς, ὁ νόμως εἰδὼς, *juriſperitus, legiſperitus*: cum veteri noſtro interprete plane conſentiens. Gloſſarium item: *Juriſperitus*, Νομικώτατος, [mendoſè credo, pro, Νομικὸς] Νομομαθὴς.

V: 26. εἶπε πρὸς ἢ Ἰησοῦν] vetus, *dixit ad Jeſum*, Et ſic etiam Eraſmus. Beza & Piſcator, *dixit Jeſu*; quod non ita perſpicuum eſt, quia Jeſu Latine tam poteſt eſſe quinti caſus, quàm tertii. Vitandæ itaque ambiguitatis causâ præfero veterem interpretem.

Verſ: 30. Lego, *qui cum* * *exuiſſent ipſum*, *plagaſque impoſuiſſent, abierunt, homine ſemi-nece relicto*: τὸ, *homine* hîc rectè ſupplet locum pronominis. * vel *expoliaſſent.*

Verſ: 31. Κατὰ συγκυρίαν δ] vetus, *Accidit autem*: Beza, *Fortè autem*: Piſcator, *Caſu autem*, id eſt, κατὰ συντυχίαν. συγκυρία enim & συντυχία idem ſunt.

Verſ: 34. *& cum impoſuiſſet eum jumento ſuo, duxit eum in diverſorium, & curam ejus egit.*

Verſ: 35. libentius audio: *protulit duos denarios & dedit*: quàm, *prolatos duos denarios dedit*. Tum vero addo: *dixitque ei.*

Verſ. 38. *Factum eſt autem dum iter facerent, ut ipſe ingrederetur in vicum quendam: mulier verò quadam Martha nomine excepit eum domi ſuæ.*

Cap. XI.

VErſ: 1. *Et factum eſt quùm ipſe quodam in loco precaretur, ut, ubi ceſſaſſet, diceret ei quidam ex diſcipulis ejus; Domine*, &c.

Verſ: 5, 6, & 7. *Dixit etiam eis, Quis veſtrum habebit amicum venientem ad eum mediâ nocte, dicentemque ei; Amice, da mihi mutuo tres panes. Quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod apponam ei. Et intùs reſpondens dicet: Ne mihi moleſtiam exhibe*, &c. Aliter aliquantò liberiùs, & formâ orationis nonnihil mutatâ, ſenſu tamen ſervato adamuſſim: *Si quis veſtrum habebit amicum, qui veniat ad eum mediâ nocte, & dicat ei; Amice,*

Amice, da mihi mutuò tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, nec habeo quod apponam ei, Num ille intus respondens dicet, ne mihi molestiam exhibe: jam ostium clausum est, & pueruli mei mecum sunt in cubili: non possum surgere, & dare tibi? Quivis facilè perspiciat interrogationis notam in fine versus 7. collocandam, ac proinde, τὸ καὶ, initio ejusdem versus, pro interrogandi particula μὴ, accipiendum esse. Hoc sensus flagitat: quod si hoc conceditur, necesse omnino erit, ut, τὶς pauló superiùs, initio nimirum v: 5. per ἀ τὶς exponatur. Similis conditionalis particulæ defectus pauló post occurrit, initio versus undecimi, sicut suo loco docebitur. *Vide infra cap 14. vers. 5.*

Vers. 8. διὰ γε τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ] vetus, *propter improbitatem ejus*: nec aliter Erasmus. Alii malunt, *propter importunitatem ejus*. ἀναίδεια hîc talis est impudentia, qualis est muscæ subinde revolantis ad locum unde abigitur, & repulsas quantumvis crebras & multiplices usque contemnentis. Atque hoc genus impudentiæ proprio nomine à Plinio, non malo linguæ Latinæ Magistro, *improbitas* dici videtur. Sic enim Plinius Nat. Hist. lib. 29. cap. 1. *Non Homero*, inquit, *fastidio fuit inter prælia Deorum, improbitatem muscæ describere: improbitatem*, id est, δάσους καὶ ἀναίδειαν. vide Adagium: *Improbitas muscæ*. Erasmo, viro linguæ Latinæ longè peritissimo, adeo placuit hæc vox in significatione τῆς ἀναιδείας, ut non sólum secutus hîc fuerit veterem interpretem, sed etiam laudarit & defenderit, &, quód adhuc amplius est, scriptis suis, quæ plurima, ut

notum eſt, edidit, uſum vocis iſtum, quantum in ipſo fuit, confirmarit. Unum & alterum exemplum ſubjiciam. Sic itaque Eraſmus Epiſtolâ 21. lib: 4. *Sed odioſè*, inquis, *obtundis. Nulla igitur veniâ dignus eſt qui intemperantius amat? Non vides hanc meam improbitatem ab immenſa quadam gloria tuæ cupiditate profectam? hanc meam improbitatem*; id eſt, hanc meam ἀναίδειαν, & in te hortando pertinacem aſſiduitatem. Idem Epiſtolâ 33. ejuſdem libri: *Ego quidem ita Homeri ardeo amore, ut quùm intelligere nequeam, ipſo tamen aſpectu recreer ac paſcar. Cæterùm vehementer iniquum ratus, tibi ulla in re, vel parùm æqua adverſari, Homeri partem ad te mitto, ut & medici iſtius improbitati,* [id eſt, pertinaci, impudentique poſtulationi] *ſatisfiat, & ne ego omni ſolatio deſtituar.* Jam ſi quis neget Eraſmum hîc audiendum, audiat ſaltem Lexicon Latino Græcum vetus, magnæ authoritatis, ubi bis minimùm ſuffragio illud nos ſuo adjuvat. *Improbitas*, inquit, ἀναίδεια: & rurſus: *Improbus*, ἀναιδὴς.

Verſ: 11. τίνα δὲ ὑμῶν ὁ πατέρα, &c.] id eſt, Εἰ δὲ τίνα ὑμῶν ὁ πατέρα, &c. *Quòd ſi ab aliquo è vobis qui pater ſit, filius petierit panem, num lapidem dabit ei? aut ſi* [εἰ καὶ, pro, καὶ εἰ] *piſcem, num pro piſce*, &c. Vide initium ubi ſimiliter τὸ τὶς, ſic exponendum videtur, ac ſi eſſet, εἴ τὶς.

Verſ: 13. πονηροὶ ὑπάρχοντες] id eſt, *mali quùm ſitis*, ut rectè Eraſmus & Piſcator.

Verſ: 14.

Vers: 14. ἐγένετο δὲ &c.] id est, *factum est autem, egresso dæmonio, ut loqueretur mutus.*

Vers 18. διεμερίσθη] Vetus & Erasmus, *divisus est.*

V: 25. σεσαρωμένον] Vetus & Erasmus, *scopis mundatam.* Rectè vide Matth 12. 44.

Vers: 28. καὶ φυλάσσοντες αὐτόν] vetus, *& custodiunt illud*: τὸ φυλάσσοντες est שמרים, id est, *custodientes*: neque enim video quomodo aptius reddi possit. Sic non satis intelligo, cur, v: 31. 32. pro ὧδε, dicendum sit potius, *hoc in loco*, quàm *hîc*; ut nec cur, v: 33. τὸ φέγγος βλέπειν, *splendorem videre* sonet potiùs Latinè, quàm *videre*: *lumen* τὸ, σκόπει, initio versus 35. aliis est *cave*, aliis *considera*: veteri vero interpreti & Erasmo, *vide*: quod mihi æque placet, atque duo illa priora, ne dicam magis

Vers: 37. Ἐν δὲ τῷ λαλῆσαι] id est, *Interea autem dum loquebatur, rogabat, &c.*

Vers 38. *Pharisæus verò, quùm vidisset quòd ante prandium non lavaret, miratus est.* Al: *Pharisæus vero, quùm vidisset eum non lavare ante prandium, miratus est.* Ordo: Ὁ δὲ φαρισαῖος ἰδὼν ὅτι οὐ πρῶτον ἐβαπτίσθη πρὸ τοῦ ἀρίστου ἐθαύμασεν. τὸ πρῶτον, redundat, & verbum, ἐθαύμασεν, transponitur per figuram Lucæ Evangelistæ non inusitatam. Est enim Lucas, ut rectè observarunt interpretes, φιλυπέρβατος.

Vers: 39. Νῦν ὑμεῖς οἱ φαρισαῖοι] vetus, *Nunc vos Pharisæi*: Alii, *Vos quidem Pharisæi*, νῦν in μὲν, mutantes: quæ mutatio nescio an cui nimis audax videatur. Sitne τὸ, νῦν, adverbium temporis

adverbium temporis hoc loco, annon, in medio relinquo: sed sive sit, sive non sit, hoc certum est, inter νῦν & *nunc*, ita convenire, ut significatio quæ uni illorum tribuitur, non sit neganda alteri. Est νῦν adverbium temporis? Et, *nunc*, Latinè. Non est? Nec, *nunc*, Latinè. Velim tamen dispici, annon hic etiam adverbium esse possit temporis, hoc sensu; *Ut nunc sunt tempora: ut nunc mores vestri sunt; ut nunc se res habet*; τὰ νῦν, τὸ νῦν εἶναι ἐν τῷ παρόντι, &c.

Vers. 41. πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην] vetus, *Verumtamen quod superest, date eleemosynam*: Beza, *Immò ea quæ adsunt date in eleemosynam*: Piscator, *Imò ea quæ insunt date in eleemosynam*: Syrus, *Verumtamen id quod adest date in eleemosynam*: Beza, aliâ versione, *Imò ea quæ penes vos sunt date in eleemosynam*, & in annotationibus, *pro facultatibus date eleemosynam*. Atque hæc postrema interpretatio simpliciſſima mihi videtur, ac eapropter reliquis omnibus præferenda. Neque multum ab hoc sensu recedit vetus interpres, apud quem sine dubio, *quod superest*, non est, τὸ λοιπὸν, sed, τὸ δυνάμενον, vel, κατὰ τὸ δυνάμενον. Nam in dandis eleemosynis tantum potest quisque, quantum rebus suis salvis, potest, cum aliôqui futurum brevi sit, ut fons ipse liberalitatis, exhauriatur. τὰ ἐνόντα, id est, ἀπὸ τῶν ἐνόντων, quemadmodum loquitur Epictetus Enchiridii cap. 44.

Vers. 42. καὶ παρέρχεσθε] id est, *præteritis autem*; παρέρχεσθε δέ, vel cum vet. interprete; *& præteritis*. Cur enim magis hîc simus religiosi,

gioſi, quàm Matth: 23. verſ: 23. ubi pro, καὶ ἀφίκατε, cui reſpondet hîc, καὶ παρήκατε, omnes quod ſciam, interpretes habent, *& reliquiſtis*, vel, *& omittitis?*

Verſ: 43. ἐν ταῖς ἀγοραῖς] vetus, *in foro*: Rectè. Alii, *in foris.* Sed, ut ſupra alicubi annotatum eſt, Latinis notior eſt hæc vox in ſingulari, quàm in plurali numero.

Verſ. 44. ὅτι ἐστὲ ὡς &c.] id eſt, *quoniam eſtis ut monumenta caca, quæ homines ſupra ambulantes non norunt. Cæcus*, non modò eſt τυφλὸς, ſed ἀφανὴς & ἄδηλος.

Verſ: 45. τὶς τῶν νομικῶν] vetus, *quidam ex Legiſperitis*: vide ſupra cap: 10. verſ: 25. Ibid: καὶ ἡμᾶς ὑβρίζεις] vetus, *etiam contumeliam nobis facis*: id eſt, contumeliâ nos afficis. Beza, *nos afficis injuriâ*: ἡμᾶς ἀδικεῖς.

Verſ. 53. δεινῶς ἐνέχειν, καὶ ἀποστοματίζειν ἀυτὸν περὶ πλειόνων] vetus, *graviter inſiſtere, & os ejus opprimere de multis*: Eraſmus, *graviter inſiſtere, & captioſe eum interrogare de multis.* Beza, & Piſcator, *Vehementer ipſi imminere, & eum illicere ad loquendum de multis.* Ἐνέχω hîc, ut Marc: 6. 19. videtur eſſe ὀργίζομαι, καὶ ἀγανακτῶ, & τὸ, ἀποστοματίζω, ſenſu ipſo ſuadente, nec refragante verbi ſignificatione, ſimpliciter accipio pro, *interrogo*, vel, *exigo reſponſum*, ut cùm præceptor exigit à diſcipulo, ut quæſtionibus propoſitis reſponſum det. Sic enim cum Chriſto egiſſe videntur Scribæ & Phariſæi, ut iratus præceptor cum diſcipulo quem cupit ulciſci. Subinde illum interrogat, & quæ ſtiones queſtionibus addit, quo tandem irretitum

teneat:

teneat: sic illi jubebant Christum, primùm huic quæstioni respondere, & deinde huic, & mox alii, ut hoc pacto in nassam illum perducerent. Latet ergo in verbo ἀποστοματίζω, tacita comparatio scribarum & Pharisæorum cum sævo aliquo ac bilioso præceptore; & Christi, cum discipulo innocente illo quidem, sed cui præceptor supra modum infensus sit. Jam quòd præceptores jubentes discipulos suos memoriter respondere, ἀποστοματίζειν Græcè dicantur, clarissimè docet Suidas in dictione ἀποστοματίζειν, ubi hæc verba habet: καὶ ἀποστοματίζειν φασὶ τὴν διδάσκαλον, ὅταν κελεύῃ τὴν παῖδα λέγειν ἄττα ἀπὸ στόματος. i. *Et dicunt præceptorem ἀποστοματίζειν, cùm jubet puerũ memoriter quædam recitare.* Sic propemodum Hesychius, tametsi non adeo clarè: ἀποστομίζειν, [Mendose credo pro ἀποστοματίζειν,] ἀπὸ μνήμης ἀξιοῦν λέγειν, id est, *Hoc verbum* ἀποστοματίζειν, *perinde est ac si dicas, jubere aliquem*, vel, *postulare ab aliquo, ut dicat memoriter.* [Pollux Onomastici lib: 2. cap. 4 sect. 23. pag: 94. ἀποστοματίζεσθαι δὲ τοὺς παῖδας πλάτων τοῦ λέγει, ἤγουν ὑπὸ τῶν διδασκάλων ἐρωτᾶσθαι τὰ μαθήματα, ὡς ἀπὸ στόματος λέγειν] ἀποστοματίζει itaque præceptor jubens discipulum respondere, & peculiariter iratus præceptor captans sæviendi occasionem. Non discedit ab hac sententia Theophylactus, apud quem, ἀποστοματίζω, est πυκνῶς ἐρωτῶ, &, ἄλλα καὶ ἄλλα ἐρωτῶ, & postremò παγιδεύω, nimirũ proponẽdo multas & captiosas quæstiones. Vetus etiam interpres idem sensisse videtur, tametsi non adeo fœliciter mentem suam expresserit. Quid enim est, *os opprimere*, nisi quæstionibus & interrogationibus obruere,

eoque

eòque tandem adigere, ut quid reſpondendum ſit dubites? Dixi paulò ſuperiùs ἐνίχειν eſſe ἐγκίζεσθαι, pro quâ interpretatione palam facit Syrus, neque cauſa certè eſt ulla, cur aliam à noſtra lectionem ſecutum illum eſſe ſuſpicemur. Sic itaque totum hunc locum non incommodè verti poſſe exiſtimo: *Quùm autem hæc eis diceret, ceperunt Scribæ & Phariſæi graviter indignari, & ſubinde interrogare illum de multis: Inſidiantes ei, & ſtudentes venari aliquid ex ipſius ore, quô eum accuſarent:*

Cap. XII.

Verſ. 2. οὐδὲν ϗ, &c.] id eſt, *Nihil autem opertum eſt, quod non revelabitur, neque occultum, quod non cognoſcetur.* Al. *Nihil autem opertum eſt, quod revelandum non ſit, neque occultum, quod non ſit cognoſcendum.*

Verſ. 3. κηρυχθήσεται ἐπὶ τῶν δωμάτων] Vetus, *prædicabitur in tectis*: Piſcator, *prædicabitur ſupra tecta.* Δώματα enim ſunt *tecta*, ut ſupra aliquoties notavi.

Verſ. 13. εἰπὲ τῷ ἀδελφῷ μου μερίσασθαι μετ' ἐμοῦ τὴν κληρονομίαν] vetus, *dic fratri meo ut dividat mecum hereditatem*: Beza, *ut partiatur.* Seneca *Epiſtolâ* 88. *Quid mihi prodeſt ſcire agellum in partes dividere, ſi neſcio cum fratre dividere?* Sequitur proximo verſu apud veterem interpretem,

quis

quis me constituit judicem aut divisorem super vos? quæ interpretatio optimè respondet verbis Evangelistæ.

V: 15. ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ] i. e. *quoniam non pendet vita cujus quam ex bonis suis, ne si redundet quidem.* Aliter: *quoniam cum res alicui abunde suppetunt non pendet vita ejus a bonis suis* vel, *vita ejus non nititur bonis suis.* [vide Budæi annotat. priores in Pandectas, fol: 42. *a.*] Sensus perspicuus est, Errare illos omnes, qui de opibus sic sentiunt, ut de summis & certissimis vitæ hujus præsidiis; sed verba sunt implicatiora. Ego verò sic ea reddidi, ac si scripsisset Lucas: ὅτι ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ. Hoc est, ὅτι εἰ καὶ τὶς περισσεύει, καὶ πλέον ἔχει, ὅμως ἡ ζωὴ αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ, *quoniam tametsi abundet quis, & plus aliis habeat, tamen vita ejus ab opibus suis non pendet.* Obscuritas hujus loci accepta ferenda est transpositæ negationi. Ponatur ergo negatio loco debito atque suo, nec erit quod quenquam male habeat. Ut hoc fiat, vel τὸ, ὅτι retrahendum est, & proximè subjiciendum particulæ neganti, (quam esse quorundam librorum lectionem testatur Beza,) vel, particula negans, ita, ut docui, proximè ante τὸ, ὅτι, collocanda.

Vers: 16. εὐφόρησεν ἡ χώρα] id est, *exuberarat.* vel, *fructibus exuberarat regio.*

Vers: 19. εὐφραίνου] Vetus, *epulare*: Erasmus, *gaude*: Beza & Piscator, *oblectare*: Drusius in Paralipomenis, *lætare*; H. Stephanus in Schediasmatis, *Hilarem vitam age.*

Veterem

Veterem interpretem defendunt hæc verba Isaaci Casauboni, Animadversionibus suis in lib: primum Suetonii cap: 38. pag: 32. *In altero Glossario*, εὐφεσία epulatio *eleganter redditur, ab ea verbi* εὐφεύεσθαι *notione quâ semper utitur Lucas: ut* φάγε, πίε, εὐφεῦ: & φαγόντες εὐφεχυθῶμεν: & εὐφεινόμην & ἡμέρην λαμπρῶς. Idem in initium lib: septimi Dipnosophistarum: *In ipso hujus libri principio* εὐφεύεσθαι *verbum non intellexerunt interpretes.* Ait *Athenæus* οἱ κυνικοὶ πάντων μᾶλλον εὐφράινονται. *At interpretes*, quàm cæteri, *inquiunt*, magis lætabantur. *Debebant*, avidius quàm omnes alii epulabantur. *Nam* εὐφράινεσθαι, *epulari.* Sed objicitur, ταυτολογίαν fore, si, cum præcesserit, φάγε & πίε, τὸ εὐφράινου epulandi significatio tribuatur: Nequaquam; nam εὐφράινεσθαι, non est simpliciter edere & bibere, aut etiam delicatiore cibo & potu uti, sed hoc amplius, augendæ voluptatis causâ amicos advocare, eosque lautiorem in modum excipere.

Vers. 20. ἄφρον] Vetus, *Stulte*: Beza, *amens*, Piscator, *demens.* ἄφρον, est נבל id est, *Stultus.* Igitur vetus interpres hîc poterat sine correctione dimitti. Atque idem dico de his verbis continuò sequentibus: *hâc nocte animam tuam repetunt à te.* Nam est in verbo ἀπαιτοῦσι, Hebraismus, aut Chaldaismus non negligendus. Vide Merceri Grammat. Chaldaicam, pag: 26. lin: 17, &c. ut etiam de his initio proximi versus: *Sic est qui thesaurizat sibi.*

Vers: 24.

V: 24. Κατανοήσατε τοὺς κόρακας] i.e. Ἐμβλέψατε εἰς τοὺς κόρακας: *respicite corvos: videte corvos: contemplamini corvos.* vide Mat: 7. v: 3. ad quem locum pluribus docui, ἐμβλέπειν, sive, ὁρᾶν βλέπειν, & κατανοεῖν ejusdem fæpè esse significationis. *Aspicite corvos, quomodo* [ὅτι, pro, πῶς,] *nec serant, nec metant, nec cellam aut horreum habeant, & tamen Deus alit eos.* Aliter: *Aspicite corvos, qui* [ὅτι, pro ὅτι] *nec serunt, nec metunt, nec cellam aut horreum habent, & tamen Deus alit eos. Quanto vos præstantiores estis volucribus?* id est, Quanto magis vos alet, *qui præstantiores multò estis volucribus?* vel, *cum præstantiores multò sitis volucribus?* Evangelistæ namque βραχυλογία sic videtur explicanda.

Vers: 28. ὕτως ἀμφιέννυσι] Vetus, *sic vestit*: quod satis est. Alii tamen malunt, *circumvestit.*

Vers: 29. καὶ μὴ μετεωρίζεσθε] Vetus, *& nolite in sublime tolli*: Beza, *& ne suspenso animo estote*: Piscator, *& ne in sublime tollimini*, cum vetere interprete consentiens. Syrus, *neque distrahatur cogitatio vestra in istis*: Rectè omninò si sensum respicias. τὸ, μετεωρίζεσθαι, enim non potest aliter hîc intelligi, quàm de iis, qui vilioribus & inferioribus curis occupati, quod summum & præcipuum est, negligunt. Quare meâ sententiâ, μὴ μετεωρίζεσθε, perinde est, ac si dicas Latinè: *Ne mens vobis distrahatur.* Pro hac interpretatione faciunt plurima loca apud Basilium in Asceticis, ubi, ὁ μετεωρισμὸς est *mentis distractio*, sive, avocatio ab iis rebus, quibus præcipuè

præcipuè intenta esse debebat, & τὸ ἀμετεώριστον, est ita solutum esse aliis curis, ut possis liberè & ἀπερισπάστως rebus divinis vacare. Vide Basilii Magni ὅρους κατ' πλάτος, quæst. 5. & ὅρους κατ' ἐπιτομὴν, quæst. 21. Non me fugit quid sint Μετέωρα apud Aristotelem: sed hoc in loco magis videndum est quid sententiæ veritas, & usus verbi apud Græcos Theologos postulet, quàm quid dixerit aut scripserit Aristoteles, aut quivis alius inter Ethnicos. Possumus etiam, καὶ μὴ μετεωρίζεσθε, interpretari, *& ne intenti estote istis*: vel, *& ne soliciti estote*: vel, *rebus hujus seculi estote dediti*. Nihil enim æquè officit sanctis & divinis cogitationibus, atque cura rerum terrestrium, & amor præsentis seculi. Al. καὶ μὴ μετεωρίζεσθε: * *& ne vaga vobis mens esto: ne mentibus vestris evagamini*: ὁ μετεωρισμὸς enim est veluti evagatio quædam mentis, vel diffidentis, vel non satis firmiter fidentis Deo. Theophylactus in hunc locum: μετεωρισμὸν πάντως οὐδὲν ἄλλο λέγει, ἢ τὴν περισπασμὸν, καὶ τοῦ λογισμοῦ τὴν ἄστατον περιφορὰν ἄλλοτε ἄλλο ἐνθυμουμένου, καὶ ἀπὸ τούτου πηδῶντος ἐπ' ἐκεῖνο, καὶ ἀεὶ τὰ ὑψηλότερα φανταζομένου. id est, *Sine dubio μετεωρισμὸς nihil aliud hic est quàm distractio, & mentis instabilis vagatio nunc hoc, nunc illud cogitantis, & ab uno ad aliud transilientis, & sublimiora semper sibi proponentis.* Idem paulò post duobus in locis τὴν μεριμνὰν, καὶ τὸν μετεωρισμὸν, ut voces ejusdem significationis conjungit: Primum ubi ait: ὡς οὖν ἀπάγουσαν ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ τὴν τοιαύτην μεριμνὰν, ἤτοι τὸν μετεωρισμὸν ἀπαγορεύει ὁ κύριος: & deinde his verbis, ὁρᾷς τὴν μεριμνὰν,

* *Et ne vago estote animo.*

καὶ τὸν μετανοῆσαι. Si ergo sequimur Theophylactum, (& cur non sequamur causam nullam video, cum & Syrus interpres, & Basilius magnus, & loci ipsius sententia magna ei ex parte astipulentur,) vis verbi, μετανοῆσαι, non male exprimetur, si pro eo dicatur Latinè, vel, *distrahimini*, vel, *solliciti estote*, vel, *evagamini*.

Vers. 32. ὅτι εὐδόκησεν ὁ πατὴρ ὑμῶν] Vetus, *quia complacuit Patri vestro*: Beza, *nam visum est Patri vestro*: Piscator, *nam placuit Patri vestro*.

Vers. 35. καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι] Vetus, & *lucernæ ardentes*: Erasmus, Beza, & Piscator, & *lucerna accensa*. Mihi non displicet, *ardentes*, primùm quia, καίομαι est *ardeo*, potius quàm *accendor*, & deinde quia itidem, ut καιόμενοι, præsentis est participium temporis: at non ita *accensa*: & postremò, quia, *ardere* plus est aliquanto, quàm *accendi*. Accenditur enim lucerna vel tantillùm lucis habens, at non ardet nisi fort ùs & validiùs luceat.

Vers. 36. Καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι &c.] sub: ἐστε. Theophylactus, Καὶ ἡμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις, &c. id est, *& nos similes simus hominibus*, &c. Ibid. ὅταν ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων] id est, *quando rediturus sit*. Cic. de Senectute: *redeuntem à cœna senem sæpè videbam puer*. Gaza: πολλάκις παῖς ὢν γέροντα ἑώρων ὅταν ἀναλύοντα μετὰ δεῖπνον.

Vers. 37. εὑρήσει] *inveniet*. περιζώσεται] *præcinget se*, ut rectissimè vetus interpres. καὶ ἀναπλινεῖ] *& faciet illos discumbere*, vel, *jubebit*: Prius est ver. interpretis, posterius Piscatoris.

toris. καὶ παρεθὼν διακονήσει αὐτοῖς] & accedens [veniens] ministrabit eis.

Vers: 42. τὸ διδόναι ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον;] Διδόναι τὸ σιτομέτριον, id est, quod apud Hesiodum initio ἡμερῶν, ἀρμαλιὰν δάσασθαι, id est, *cibum*, sive *demensum distribuere*, & apud Theocritum Idill. 16. ἀρμαλιὰν ἔμμηνον μετρεῖσθαι, id est, *cibum menstruum metiri*. Hoc autem in magnis familiis, sicut annotatum est ab eruditissimis viris, munus fuit τῆς οἰκονόμου. Is cibum menstruum distribuebat, is in tempore dabat demensum, atque eam ob causam hîc ait Christus, τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς οἰκονόμος, &c.

Vers: 47. δαρήσεται πολλὰς] Vetus, *vapulabit multis*: Beza & Piscator, *cedetur multis plagis*. Mihi non displicet Græca ellipsis etiam in Latina versione: Porrò de ellipsi nominis πληγὰς, consulatur H. Stephanus in Appendice ad Atticam dialectum pag. 112. ubi inter alia exempla, hoc tanquam maximè insigne producitur.

Vers: 50. Βάπτισμα δὲ ἔχω βαπτισθῆναι] Vetus: *Baptisma autem habeo baptizari*: Erasmus, *sed baptismo habeo baptizari*: Beza & Piscator, *sed baptismo oportet me baptizari*. Jampridem docui, notis meis in tom. primum Chrysostomi, col 41. & 42. *habeo baptizari*, sic dici à vetere interprete pro, *baptizandus sum*, quemadmodum à Lactantio & aliis: *habeo carne indui*, pro, *carne induendus sum*, & *dari haberet*, pro *dandum esset*, & *resurgere habent*, pro, *resurgent*, ἀναστήσεται. Nec diffitetur Beza probam esse hanc loquendi formulam:

ſed cum minus ſit uſitata & perſpicua, putavit cum alia, quæ clarior & communior eſſet, commutandam. Ibidem. καὶ πῶς συνέχομαι] vetus, *& quomodo coarctor*: Beza, *quomodo conſtringor*. At Philip. 1. verſ: 23. pro. συνέχομαι ἐκ τῶν δύο, etiam Beza habet, *coarctor utrinque*. Et συνοχὴ, Luc: 21. 25. teſte Piſcatore, eſt *coarctatio*.

Cap. XIII.

Verſ: 9. Κἂν μὲν ποιήσῃ καρπὸν· εἰ δὲ μήγε, &c.] vetus, ſervatâ Græcâ ellipſi: *Et ſi quidem fecerit fructum: ſin* &c. Facillimum fuiſſet veteri interpreti addere aliquid perſpicuitatis causâ, ſi eſſet illi modò collibitum. Neque enim tam fuit indoctus aut hebes, ut quid addendum eſſet perficiendæ ſententiæ, non perſpiceret. Conſultò igitur & de induſtria Græci ſermonis faciem retinuit, (id quod & aliâs ſæpiſſimè facit) ne aut vim ejus enervaret, (Tolle enim reticentiam, & languidior erit minúſq; vehemens) aut lectoris acumini nimiùm diffidere videretur. Hac de causâ, Budæus, qui cæterôqui non nimis eſt veteri interpreti addictus, hîc illum non peccaſſe pronunciat. Poſtquàm enim annotat. in Pandectas prioribus, locum hunc Lucæ diligenter examinaſſet, & ſimilia nonnulla ex probatiſſimis quibuſdam authoribus protuliſſet, tandem in hæc verba concludit: *Non igitur*

igitur vitio dandum eſt interpreti, quod ad hunc locum pertinet : figuram enim Græcam imitandam eſſe judicavit.

Verſ: 11. πνεῦμα ἔχουσα ἀσθενείας] Vetus, *ſpiritum infirmitatis* : alii, *ſpiritum invaletudinis*. *Infirmitatis* vocabulum non male reſpondere Græcorum ἀσθενείᾳ, ſive, ἀῤῥωστίᾳ, ſupra à me demonſtratum eſt, notis nimirùm in Matth: 8. verſ: 17. Inde igitur petat lector, ſi quid amplius de hac re cognoſcere cupit. Ibid. ἔτη δέκα καὶ ὀκτώ] Vetus, *annis decem & octo* : Beza, *ab annis decem & octo* : Piſcator, *annos jam decem & octo*. Et ſic paulò priùs : *Ecce tres jam annos venio* : ubi tamen vetus, & Beza, *Ecce anni tres ſunt ex quo venio*. Ibid. Vetus in fine verſus : *nec omninò poterat ſurſum reſpicere*. Non malè. ἀνακύπτω enim eſt *erigo me* : *ſurſum reſpicio*, ut Joh. 8. v. 2.

Verſ. 21. ἐνέκρυψεν] Vetus, *abſcondit* : Beza, *indidit* : Piſcator, *recondidit*. Ex his ſumat lector, quod aptiſſimum judicaverit : mihi primum non diſplicet.

Verſ: 25. οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστέ] Vetus, *neſcio vos unde ſitis* : Beza, *neſcio unde vos ſitis*, Græcâ ſtructurâ repudiatâ, quam tamen alibi amplectitur, videlicet Marci cap: 1. verſ: 24. ubi pro, οἶδά σε τὶς εἶ, maluit Latinè dicere : *novi te quis ſis* : quàm cum vetere interprete : *ſcio quis ſis* : vide ſis, notas meas in Marc: 6. verſ: 16.

Verſ: 27. πάντες οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας] Vetus, *omnes operarii iniquitatis* : quæ interpretatio ita eſt & fidelis, & vulgò nota, ut loco movenda non videatur.

32. καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι] & tertio die consummor. id est, uno vocabulo, perendie : μεταύριον. Et sic proximo versu, τῇ ἐχομένῃ, id est, τῇ μεταύριον, τῇ τρίτῃ καὶ τῇ ἐχομένῃ πορεύεσθαι] Theophylactus, Μὴ νοήσῃς ὅτι δεῖ με σήμερον καὶ αὔριον πορεύεσθαι, ἀλλὰ σύνθι ἄχρι τοῦ σήμερον καὶ αὔριον, καὶ οὕτως εἰπὲ τὸ, τῇ ἐχομένῃ πορεύεσθαι, hoc est, Ne sentias, quod oportet me hodie & cras iter facere, sed subsiste ad hodie, & cras; atque ita dicito, perendie iter facere. Vult ergo Theophylactus τὸ πορεύεσθαι, cum τῇ ἐχομένῃ solùm conjungendum esse, non autem cum σήμερον & αὔριον : quod an rectum sit nolo in præsentia definire. Idem aliquanto pleniùs paulò ante his verbis: πλὴν δεῖ με σήμερον καὶ αὔριον, τουτέστι, χρόνον τινὰ παραμεῖναι ὑμῖν θαυματουργοῦντα, καὶ τῇ ἐχομένῃ πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλήμ. id est, Veruntamen oportet me hodie & cras, hoc est, aliquantisper apud vos adhuc miracula edere, & perendie Hierosolimam proficisci.

Vers: 34. ἡ ἀποκτείνουσα &c.] Vetus, quæ occidis Prophetas & lapidas : quod magis mihi placet, quàm trucidatrix & lapidatrix. Atque in eadem fuisse sententia video tum Erasmum, tum Piscatorem. Ibid. καὶ οὐκ ἠθελήσατε;] & noluistis? Piscator, sed noluistis interrogationis notâ rejectâ ad superiora.

Cap. XIV.

VErs: 1. Et factum est cum ingressus esset in domum cujusdam e primoribus Pharisæorum

nam Sabbatho, * *ad manducandum panem*, *ut ipſi obſervarent eum.*

* id eſt, *ad capiendum cibum*

Verſ: 3. πρὸς τοὺς νομικοὺς] Vetus, *ad Legiſperitos*: Beza, *Legis interpretibus*. Vide ſupra cap: 7. v: 30. & 10. v. 25..

Verſ: 4. Οἱ δὲ ἡσύχασαν] *Ipſi verò tacuerunt.* Lucianus Gallo: εἰ δέ σοι καθεύδειν ἄδηλον, ἐγὼ μὲν ἡσυχάσομαί σοι, καὶ πολὺ ἀφωνότερος ἰσομαι ὄφεσι ἰχθύων, id eſt, *ego tacebo, & multo ero mutus magis quàm piſces.* Sic ἡσυχίαν ἄγειν eſt σιωπᾶν, & Act. 22. 2. παρέχειν ἡσυχίαν, eſt *præbere ſilentium.*

Verſ: 5. Malim ſic: *Si alicujus veſtrum aſinus aut bos in puteum incidet, nonne ſtatim extrahet eum die Sabbathi?* vide ſupra cap. 11. v: 5, 6, & 7.

Verſ: 6. ἀντιποκριθῆναι] Vetus, & Eraſmus, *reſpondere*: quod ſatis eſt, hoc præſertim loco.

Verſ: 10. πορεύθεις ἀνάπεσον εἰς τὸν ἔσχατον τόπον] id eſt, *Vade & diſcumbe in ultimo loco.* Ibid. προσαναβῆθι ἀνώτερον] *aſcende adhuc ſuperius.* τὸ, πρὸς enim in compoſitione ſæpè idem valet, quod, *inſuper* & *adhuc*, ut in his exemplis: Ἡ κάμηλος ὅδε συμήσασα κεράτων καὶ τὰ ὦτα προσπώλεσε. i. e. *Camelus (cornua appetens, & aures inſuper perdidit.* Chryſoſt: περὶ ἱερωσύνης lo. ſ. pag: 17. οἱ τὰς τῶν πόλεων ἀρχὰς ἐμπεδώσαντες ὅταν μὴ συνετοὶ καὶ λίαν ὀξεῖς τυγχάνωσιν ὄντες, καὶ τὰς πόλεις ἀνήνεγκαν, καὶ ἑαυτοὺς προσαπώλεσαν. Supra cap: 10. verſ: 35. καὶ ὅ, τι ἂν προσδαπανήσῃς, ἐγὼ ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαί με, ἀποδώσω σοι: *& quodcunque præterea inſumpſeris, ego cùm rediero, reddam tibi.*

Vers: 12. μήποτε καὶ αὐτοὶ σε ἀντικαλέσωσι] vetus, *ne forte te & ipsi reinvitent*: Erasmus, *ne quando & ipsi te vicissim invitent*: Beza & Piscator, *ne quando & ipsi te vicissim vocent*. Probæ sunt istæ omnes interpretationes & perspicuæ, non nego, sed tamen postponendæ sine dubio (si elegantiam spectes) illi quæ reperitur apud Lactantium lib. 6. cap. 12. Quid ergo Lactantius? *Idem Deus*, inquit, *præcepit, ut si quando cœnam paraverimus, eos in convictum adhibeamus, qui revocare non possint & vicem reddere, ut omnis actus vitæ nostræ non careat misericordiæ munere*. Lactantio itaque authore, pro, *reinvitent*, &, *vicissim invitent*, &, *vicissim vocent*, præstius & elegantius dicamus licet, *revocent*. Est enim *revocare* Latinè, id ipsum prorsus, quod, ἀντικαλεῖν Græcè, neque potest inveniri vocabulum, quod aptius & adæquatius Græco, ἀντικαλεῖν, respondeat. Non est autem quod putemus Lactantio soli notum fuisse hoc verbum in hac significatione. Nam & Varro, & Martialis, & Phædrus Augusti libertus, omnes linguæ Latinæ probatissimi authores, sic locuti sunt. Varro apud Nonium: *Qui nobis ministrarunt pueri diebus festis cicer viride, qui nos provocare, ad vocare cum audeant, nos illos revocare timemus. Revocare*, id est, *per vices mutuo vocare*, ut Nonius ibi exponit. Martialis in Gallum lib. 5. Epigrammatum:

Nunquam me revocas, venias cum sæpe vocatus:
Ignosco, nullum si modo, Galle, vocas.
Invitas alios, vitium est utriusque: Quod invitas.
Et mihi cor non est, & tibi, Galle, pudor.

Nun-

Nunquam me revocas: id est, Græcè, οὐδεπώποτέ με ἀντικαλεῖς. Phædrus fabulâ 26. de Vulpe & Ciconiâ:

Vulpis ad cœnam dicitur Ciconiam
Prior invitasse, & ei liquidam in patina
Posuisse sorbitionem, quam nullo modo
Gustare esuriens potuerit Ciconia:
Quæ vulpem cum revocasset, intrito cibo
Plenam lagenam posuit, &c.

Cùm revocasset; id est, ἀντικαλέσασα, cùm rursum invitasset, ut doctè interpretatur doctissimus Conradus Rittershusius cujus ad Phædrum notas primùm monuisse me de exemplis è Lactantio & Varrone desumptis non diffiteor.

Vers: 17. Καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι πάντες] Vetus & Erasmus, *Et cæperunt simul omnes excusare*: Beza, *Et omnes cæperunt uno ore se excusare*: Piscator, *Et omnes cæperunt uno amino se excusare*. At Nicolaus Fullerus noster, [Miscellaneorum lib: 1. cap. 1.] vir miræ in his rebus sagacitatis, τὸ, ἀπὸ μιᾶς, rectius exponi posse censet, per adverbia, ἐξαυτῆς, παραχρῆμα, εὐθέως, *illicò*, *confestim*, &c. Probabiliter enim disputat, ἀπὸ μιᾶς, id esse apud Lucam, quod apud Syros, מחדא, & ut מחדא cùm auditur, intelligitur, מחדא שעא, sic ait, ἀπὸ μιᾶς, addito substantivo nomine, esse, ἀπὸ μιᾶς ὥρας; id est, *continuò*. Plurimùm tibi debemus, Nicolae; quòd tam utiliter & fructuosè καινοτομεῖς: sed si tritâ incedere viâ libet subaudiendo nimirùm φωνῆς, aut γνώμης, aut βούλης, aut ψυχῆς, sensus erit, servum non aliud

aliud ab his, aliud ab illis responsum accepisse: sed omnes pariter, & ex æquo excusasse, variis tamen prolatis in medium causis. Atque sic accipio veterem interpretem: *simul*, id est, *pariter*, ἑξίου, ἰσίους, vel, ut Theophylactus loquitur, ὡς ἐξ ἐνὸς συνθύματος, hoc est, *tam concorditer, ac si res de compacto fuisset acta.* ἀπὸ μιᾶς, id est, ἐξ ἑνὸς, sc. συμβόλου, vel, ἀπὸ μιᾶς, id est, ἐξ ἑνὸς sc. συνθήματος. ἀγρὸν ἠγόρασα] Vetus, *Villam emi.* Rectè. Vide P. Nannii Miscellaneorum lib: 8. pag: 217.

V. 29. Ἵνα μήποτε] i.e. *ne forte*: & sic Piscator.

V: 33. ἀποτάσσεται] *valedicit*: vid: suprà c: 9. v. 61.

Cap. XV.

VErs: 1. Ἦσαν δὲ ἐγγίζοντες αὐτῷ] Vetus, *Erant autem appropinquantes ei*: Erasmus, Beza, & Piscator, *Accedebant autem ad eum*: Rectè; sed cum Vetus interpretatio à Græcis ne latum quidem pilum discedat, non esset abs re, si locus ei daretur saltem in margine vel differentium causâ.

V: 2. προσδέχεται] *recipit*, vel, *recipit ad se.*

Vers: 3. Εἶπεν δὲ, &c.] *Dixit autem ad eos parabolam hanc, inquiens.*

V: 5. Καὶ ἐὰν εὑρών] Vet: *Et cum invenerit* Rectè.

Vers: 12. δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας] vetus, *da mihi portionem substantiæ quæ me contingit*: Erasmus, *portionem substantiæ quæ ad me redit*: Beza, & Piscator, *partem substantiæ ad me attinentem.* Vide Budæi comment. pag: 374. 1. Maccab: 10. vers: 30. καὶ ἀφῶ

ἀντὶ τοῦ ἡμίσους τοῦ καρποῦ τοῦ ξυλίνου τοῦ ἐπιβάλλοντός μοι λαβεῖν, id est, & dimidiam partem fructus arborum quam mihi convenit percipere. Melanchthon alicubi, *partem proportionalem*: & ait phrasin esse Mathematicam Ptolomæo & aliis non ignotam. Certe apud Demosthenem, Περὶ στεφάνου, bis reperio consimilem τοῦ ἐπιβάλλω usum, primum ubi ait: τῆς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τύχης τὸ ἐπιβάλλον ἐφ' ἡμᾶς μέρος μετειληφέναι νομίζω τὴν πόλιν, id est, *Existimo nos, pro rata nostra portione, aliorum hominum fortunæ fuisse participes*; vel, *Existimo pro rata nostra parte, id nobis quod aliis hominibus accidisse*: vel, *Existimo civitatem nostram aliorum hominum fortunæ congruentem nobis partem habuisse*. Deinde his verbis, paulò post: καὶ ταῦτ' εἰδὼς ὅτι καὶ εἰ μὴ τὸ ὅλον,* μέρος γ' ἐπιβάλλει τῆς βλασφημίας ἅπασι, καὶ μάλιστά σοι. id est, *idque cum scias, si minùs totum convitium, at partem ejus omnibus maximèque tibi convenire*. Hîc ἐπιβάλλω est, ἁρμόζω, *congruo, convenio*, & sic accipitur sæpius apud Apollonium Grammaticum de Syntaxi, veluti his locis: *οὕτως ὡς ὁρᾷς, οὐχ' ὡς ἐπέβαλλε βασιλεῖ. id est, *ita ut vides, non ut conveniebat regi*: & *κατὰ τὴν αὐτῷ ἐπιβάλλουσαν σύνταξιν: id est, F. Porto interprete, *in ea constructione, quæ illi convenit*: & postremo, *ἃς κατὰ τὸ ἐπιβάλλον διακρινοῦμεν, id est, *quas ut par est*, sive, *convenit, distinctè explicabimus*. Confirmat hanc interpretationem Etymologus magnus in dictione οὐδέτερον, ubi hæc habet: ἐπιβάλλοντος (ἤγουν ἁρμόζοντος) ἐστὶν ἀτευξία, τουτέστιν ἀποτυχία ὡς ὅταν εἴπωμεν, ἄτεχνος ὁ ῥήτωρ· ἐπιβάλλει μὲν γὰρ, (ἤτοι ἁρμόζει)

* *Desiderari videtur*, ἀλλὰ.

* lib. 1. cap. 36.

* lib. 2. cap. 22.

* lib. 3. cap. 12.

ἁρμόζει) αὐτῷ τὸ εἶδ ἔντεχνον, οὐχ ἔτυχε δὲ τούτου. Credibile est, Etymologum interpretem hîc egisse Apollonii, apud quem de Syntaxi lib: primo cap: 27. sic legitur: καὶ γὰρ τὰ ἐν στερήσει λεγόμενα ἐν ἐπιβαλλόντος ἀταξίᾳ [Lege ἀτευξίᾳ] νοεῖται· ἡνίκα γὰρ λεγόμενον ἄτεχνον αὐλητὴν, ἐπιβαλλούσης τῆς τέχνης ἀταξίαν, [Lege rursus ἀτευξίαν] παρίσταμεν, &c. id est, *Etenim quæ privativè dicuntur, sic intelliguntur, ut denotent absentiam ejus quod adesse debebat. Cum enim dicimus rudem & sine arte tibicinem, significamus artis quæ adesse debebat absentiam.* Est ergo ἐπιβάλλον μέρος, ἁρμόζον μέρος, id est, *pars debita, congruens, conveniens, rata.* Basilius περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, cap: 30. ἐδίδαξαν δὲ ἡμᾶς καὶ οἱ ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας παῖδες, καὶ μηδενὸς ὄντος τοῦ συντιθεμένου τῇ εὐσεβείᾳ, καθ' ἑαυτοὺς τὸ ἐπιβάλλον ἐκτελεῖν, id est, *docuerunt vero nos & pueri Babylonici, ut nemo sit qui pietati assentiatur, per nos ipsos tamen id quod ad nos attinet,* [sive, *quod officii nostri est*] *perficere.* Jamblicus apud Stobæum pag: 314: πᾶν τὸ τιμώμενον αὔξεται, ἐλαττοῦται δὲ τὸ ἀτιμαζόμενον· καὶ τοῦτό ἐστι διαφανέστατον σημεῖον ἀρχῆς εὖ διοικμένης· προτρέπει τε γὰρ τοὺς ἀρχομένους ἐπὶ τὰ καλὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ τὴν ἐπιβάλλουσαν ἀξίαν ἑκάστοις διανέμει. id est, *& convenientem dignitatem singulis attribuit.*

Vers: 13. ζῶν ἀσώτως] Vetus, *vivendo luxuriose*: Beza, *profuse vivendo*: Piscator, *prodige vivendo*; id est, uno verbo, *nepotando.*

Vers. 16. ἀπὸ τῶν κερατίων] *siliquis*: Persius Sat. 3. *siliquis & grandi pasta polentiâ*: ad

ad quem locum vide quæ annotarit doctiſſ. Caſaubonus. Ibid. καὶ οὐδεὶς ἐδίδου αὐτῷ.] Quid ἀπὸ τῶν κερατίων. Nihil prohibebat, quò minus ipſe ſibi ſumeret. Quare aſſentiendum videtur iis, qui, οὐδεὶς ἐδίδου αὐτῷ, ſic interpretantur: *nemo dabat ei, quod ederet*, fruſtum ſc. panis, aut tale aliquid, tametſi mendicorum ritu peteret. Non reperiebat, qui vel fruſto panis famem ipſius ſedaret. Nam ſiliquæ parum conveniens efficaxve illi præbebant alimentum.

Verſ. 20. ἐσπλαγχνίσθη] Vetus, Eraſmus, & Piſcator, *miſericordiâ motus eſt*: Beza, *intimâ miſericordiâ motus eſt*: de qua interpretatione quid ſentiendum ſit anteà ſæpiùs expoſui. Ibid. ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ] Vetus, *cecidit ſuper collum ejus*: Beza, *incidit in collum ejus*: Eraſmus, *ruit in collum ejus*. Dicas etiam licet, *irruit in collum ejus*: *invaſit collum ejus*.

Verſ. 22. Ἐξενέγκατε] *proferte*, vel, *efferte*.

Verſ. 23. καὶ φαγόντες εὐφρανθῶμεν] Vetus omittit participium, aliôqui rectè habet, *epulemur* pro, εὐφρανθῶμεν, ſicut ſupra indicatum eſt, ad verſ. 19. cap. 12. φαγόντες εὐφρανθῶμεν, *veſcentes epulemur*: & ſimiliter ſequente verſu: ἤρξαντο εὐφραίνεσθαι: *caperunt epulari*.

Verſ. 25. & 26. ſic lego: *Erat autem filius ejus ſenior in agro, qui, ut veniens appropinquavit domui, audivit concentum & choros.* [vel, *ſymphoniam & choros.*]

Et

Et cùm vocasset ad se unum ex servis [Gr: *pueris*] *percontatus est quid hoc esset.*

Vers. 28. παρεκάλει αὐτὸν] Erasmus, *rogabat illum*: Rectè, nisi malis: *hortabatur.*

Vers: 29. καὶ ἐμοὶ &c.] id est, *&* [*tamen*] *dedisti mihi nunquam haedum, ut cum amicis meis epularer.* ἑυφρανθῶ, *epularer*, ut suprà vers: 23. & 24. καὶ ἐμοὶ, pro, ἐμοὶ δὲ, id est, *mihi verò, mihi tamen.*

Vers; 32. Εὐφρανθῆναι] *Epulari.*

Cap. XVI.

Vers: 1. Ἔλεγε δὲ καὶ, &c.] id est, *Dicebat porrò & ad discipulos suos.* Ibid. καὶ οὗτος διεβλήθη αὐτῷ, ὡς διασκορπίζων τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ] id est, *isque delatus est apud eum, acsi dissiparet bona ipsius*; vel, *quasi dissiparet.* Suetonius Augusto cap. 28. *memor objectum ab eo sibi sæpius, quasi per ipsum staret, ne redderetur* [*Respublica.*]

Vers: 3. σκάπτειν οὐκ ἰσχύω] Aristophanes Avibus, τί δὲ πλέθ; σκάπτειν οὐκ ἐπίσταμαι: *Quid enim faciam? Fodere nescio.* Verba sunt sycophantæ defendentis sese quòd sycophantiis studeret. ἐπαίειν ἀισχύνομαι] Chrysost: Hom: 70. in Matthæum: Βέλτιον ἐπαίειν, ἢ ἁρπάζειν: id est, *Satius est mendicum quàm latronem agere.*

Vers: 4. Δέξωνταί με εἰς τὰς οἰκίας αὐτῶν] Vetus, *recipiant me in domos suas.* Rectè.

Vers: 6.

Vers: 6. Δέξαι σε τὸ γράμμα] Vetus, & Eraſmus, *accipe cautionem tuam*: Beza & Piſcator, *accipe tabulas tuas*; id eſt, *ſyngraphan, chirographum, cautionem*: nam & *cautio* idem denotat.

Vers: 8. ὅτι οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου &c.] Vetus, *quia filii*, &c. Beza, *quamobrem filii*: Piſcator, *nam filii*, &c. Rectè.

Vers: 9. ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας] id eſt, *ex mamona injuſtitiæ*, vel, *iniquitatis*. Hoc eſt, *ex mamona injuſto*, vel, *iniquo*, ut v: 11. ἐν τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ: *in injuſto*, [*iniquo*] *mamona*.

Vers: 13. οἰκέτης] Vetus, & alii, *ſervus*: Unus Piſcator, *famulus*. Eſt enim οἰκέτης propriè *famulus*, & δοῦλος *ſervus*, tametſi hæc proprietas non ubique obſervetur.

Vers: 14. ἐξεμυκτήριζον αὐτὸν] Vetus & Eraſmus, *deridebant eum*: Beza: *ſannis eum excipiebant*: Piſcator, *irridebant eum*.

Vers: 15. ὑμεῖς ἐστε οἱ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς &c.] id eſt, *vos juſtificatis vos ipſos*: vel, *vos ii eſtis qui juſtificatis vos ipſos coram hominibus*: *Deus autem novit corda veſtra*: *quia quod apud homines ſublime eſt, abominatio eſt coram Deo*. Euſtathius ſuper hæc verba Iliadis ω. ὅτι θεοῖς τιμῶνται, ὅτι βροτοῖς: Ἄλλον δ', inquit, ὅτι πολλοὶ παρ' ἀνθρώποις θεῷ τιμώμενοι ὡς θεοφιλεῖς, ἀνθρώποις ἀπόστροποί εἰσιν· ἄλλοι δ' ἂν ἀνθρώποις σεσεμνυμένοι, ἀποθύμιοι τῷ κρείττονι διακεῖσθαι.

Vers: 16. καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται] vetus, *& omnis in illud vim facit*: Eraſmus, *& quivis in illud vim facit*: Beza, *& quivis in illud vi perrumpit*: Piſcator, *& omnes in illud vi irrumpunt*.

Vers: 19.

Vers. 19. εὐφραινόμενος] *& epulabatur*: ut cap. superiore.

Vers. 20. ἐβέβλητο] Vetus, *jacebat*: Rectè.

Vers. 21. Καὶ ἐπεθύμων] sub: ἐκ : *Et desiderabat.*

Vers. 23. Καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ] Vetus, *Et in inferno.* Rectè, & sic versu sequente: *ut intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in flamma hac.*

Vers. 25. νῦν δὲ ὧδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι] Vetus, *nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris.* *Consolatur*, id est, *solatio fruitur.* Nam est et *consolor* ex eorum verborum genere, quæ communia dicuntur, & nunc activam, nunc passivam, tametsi rarius, διάθεσιν habent, sicut ex Gellio discimus, Noct. Att. lib. 15. cap. 13. Vide notas meas ad Matth. 5. v. 4. ὀδυνᾶσαι, id est, *cruciaris, torqueris doloribus.*

Vers. 31. οὐδ' ἐάν τις ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ πεισθήσονται] id est, *ne si ex mortuis quidem resurrexerit* [*excitetur,*] *quispiam, credent,* [*illi.*]

Cap. XVII.

Vers. 1. ἀνένδεκτόν ἐστι τοῦ μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα] Vetus, *Impossibile est ut non veniant scandala*: Beza, *Fieri non potest quin eveniant scandala*: Piscator, *Contingere non potest ut non eveniant scandala.* Non aliam hic causam habuerunt

habuerunt discedendi à vetere interprete qui posteriùs illi in eadem provincia succesſerunt, niſi hanc unam, quòd vox, *impoſſibile*, parùm illis pura & Latina videretur. Aliòquin enim cùm ἀνένδεκτον, teſte Theophylacto, idem ſit quod ἀδύνατον, ἀδύνατον autem Græcè nihil aliud ſit quàm *impoſſibile* Latinè, quî potuiſſent melius aliquid aptiùſve afferre? Sed, ut dixi, ab hac voce, tanquam à barbara abhorruerunt, [at non ita paulò infra cap. 18. verſ. 27.] ac propterea neceſſe illis fuit paulò aliter loqui. Porrò, ſi cui lubeat, penitiùs in vim vocis, ἀνένδεκτον, intueri; adeat Is licet eruditiſſimas Andreæ Dunæi annotationes in homiliam 27. Chryſoſtomi ſuper Epiſtolam Pauli priorem ad Corinthios, ubi ex Ariſtotele & aliis bonis authoribus plurima afferuntur, quæ ad genuinam iſtius vocis ſignificationem aperiendam apprimè faciant.

Verſ: 2. Λυσιτελεῖ αὐτῷ εἰ, &c.] id eſt, *Expedit ei ſi*, vel, *Expedit eſi ut mola aſinaria circumponatur collo ejus, & abjiciatur in mare, quam* &c. vel potius cum vet: interprete: *lapis molaris*. Nam μύλος Græcè Deut. 24. verſ: 6. pro inferiore lapide molari accipitur, cui additur hîc epithetum ὀνικὸς. at mola aſinaria apud Latinos, quod ſciam, non de lapide dicitur, ſed totâ illa Machinâ quam vulgò *Molendinum* appellant. Vide Mureti Variarum lib. 8. cap: 15. ἔρριπται,] pro, βέβληται.

Verſ: 4. Μετανοῶ] Vetus, *Panitet me*. Optimè.

Vers. 6. ὡς κόκκον σινάπεως] Vetus, *sicut granum sinapis*: id est, *quantulum est granum sinapis.*

Vers. 7. Παρελθὼν ἀνάπεσαι] id est, *Accede & discumbe?* Piscator.

Vers. 8. καὶ μετὰ ταῦτα φάγεσαι καὶ πίεσαι σύ;] id est, *& postea edes & bibes tu?* sunt enim φάγεσαι & πίεσαι, secunda futura Mediæ pro, φάγῃ & πίῃ à φάγομαι & πίομαι, quæ, item ut notum est, pro, φαγοῦμαι & πιοῦμαι usurpantur.

Vers. 9. τὰ διαταχθέντα αὐτῷ;] vetus, *quæ ei imperaverat?* Beza, *quæ ipsi præcepta fuerant?* Erasmus, *quæ ei imperata fuerant?* quod magis placet quia & cum Græcis congruit, nec à vetere interprete longiùs quàm par sit recedit. At proximo versu & vetus interpres, pro τὰ διαταχθέντα, habet, *quæ præcepta sunt.* Scio vulgò sic legi, nec sic scripsisse illum inficior: sed tamen melius sibi constitisset, & fortassè etiam magis propriè fuisset locutus, si dixisset, *imperata*, quia, si subtilitates sequi libet, *præcipio*, τῷ παραγγέλλω potiùs, quàm τῷ διατάσσω respondere videtur.

Vers. 16. εὐχαριστῶν αὐτῷ] vide Adagium: *Nemo bene merito bovem immolavit præter Pythagoram*: Græcè, οὐδεὶς εὐεργέτῃ βοῦν ἔθυσεν, ἀλλ' ἢ Πυθαγόρας.

Vers. 21. ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν] Vetus, *intra vos est*: id est, *in medio vestri.*

Cap.

Cap. XVIII.

Vers. 1. Ἔλεγε δὲ, &c.] id est, *Dicebat autem & parabolam eis,* [*monens*] *quòd oporteat semper precari, nec segnescere.* Aliter, *Dicebat autem & parabolam eis,* [*ut doceret*] *quod oporteat,* &c. πρὸς τὸ δεῖν, id est, πρὸς τὸ νουθετεῖν ἢ διδάσκειν ὅτι δεῖ, &c.

Vers: 2. καὶ ἄνθρωπον μὴ ἐντρεπόμενος] id est, *nec hominem reverebatur.* Rectè, *hominem,* & rectiùs multò quàm, *quenquam.* Nam qui, *quenquam,* pro, *hominem* substituunt, delent, quantùm in ipsis est, utilissimam Theophylacti in hunc locum annotationem. Annotat enim Theophylactus, τὸ μηδὲ ἀνθρώπους αἰχύνεσθαι χείρονος κακίας δεῖγμα εἶναι. Hoc est, *signum & specimen esse majoris improbitatis, si quis ne homines quidem revereatur, quandoquidem multi reperiuntur, qui Deum haud timentes, hominum tamen metu parciùs peccent. Cum autem aliquis etiam hominum metum omnem abjecerit, tum demùm est* τῆς κακίας ἡ κορυφὴ: *culmen & apex improbitatis. Hanc igitur ob causam & posteriore loco posuit Dominus,* τὸ ἄνθρωπον μὴ ἐντρεπόμενος, *veluti in hunc modum loquens: Judex erat Deum non timens: sed quid dico Deum non timens? Luculentius multò improbitatis suæ specimen hoc ipso exhibebat, quod ne hominem quidem vereretur.* Hæc Theophylactus, nec, ut ego sentio, prorsus ἀπροσδιονύσως, quæ tamen erunt otiosa omnia, aut non ita saltem conspicui usus, si pro *hominem,*

quenquem, dixeris. Sunt qui malint, *homines*, quàm *hominem*, ut intelligat lector, τὸ, ἄνθρωπον collectivè sumi. Sed hoc est nimiùm diffidere lectori, cùm nemo sit tam cæcus, quin hoc per se facilè perspiciat absque monitore. Igitur Anglica versio, (quæ tamen in hominum illiteratorum manus plerumque venit) non est verita singularem numerum retinere, tàm hîc, quàm paulò post, versu nimirùm quarto.

Vers: 5. εἰς τέλος] Vetus, *in novissimo*: Erasmus, *tandem*: Beza, *ad extremum*: Piscator omnium optimè, ni fallor, *perpetuò*: *ne perpetuò veniens*, &c. Et sic Anglici nostri Interpretes, [loquor de iis qui postremò huic negotio manum admoverunt] **lest by her continuall comming she weary me**: vel, **lest comming continually she weary me**. Est enim εἰς τέλος id planè quod Hebraicè לנצח id est, *jugiter*, *perpetuo* **in perpetuum*, sicut ex collatione contextus Hebraici cum versione τῶν ὁ, quamplurimis in locis liquere potest, veluti Psal: 9. vers: 19. & 103. vers: 9. & alibi Vide Drusii præterita. Ibid. ὑπωπιάζῃ με] Vetus & Erasmus, *sugillet me*: Beza & Piscator, *obtundat me*. Neutra interpretatio displicet, tametsi magis placeat prima. Nam non opinor Latinos verbum habere, quod Græco ὑπωπιάζω aptius respondeat, quàm *sugillo*. Quare, si ὑπωπιάζω denotet non ferendam ampliùs molestiam, non video cur ad eundem etiam modum verbum Latinum, Græco usque quaque respondens, non possit accipi. Sentiat tamen quisque quod volet:

*εἰς τὸ διηνεκές.

volet: neque enim propono hæc ut superciliosus aliquis censor, sed ut is qui melius judicare valentibus lubentissimè se submittere sit paratus. Porrò non omittendum hîc videtur, quòd viduæ isti simillima fuerit anus illa, quæ Philippum regem usque eo fatigavit precibus & clamoribus suis, ut ad causam ejus audiendam illum quasi adigeret. Nec multum diversum est quod de alia muliere & Adriano Imperatore narratur.

V:7. καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς;] vet: *& patientiam habebit in illis?* Erasm: *etiam cum patiens fuerit super illis?* Beza & Piscator, *etiamsi iram differat super ipsis?* Ego totum versum sic conor exprimere: *Deus autem non vindicabit electos suos* [Gr: *faciet vindictam electorum suorũ clamantium ad ipsum*] *clamantes ad ipsum die ac nocte, quamvis lente ad vindicandum ipsos procedat?* vel cum vetere interprete: *quamvis patientiam habeat in ipsis?* Quæ locutio tametsi non adeo tersa sit puréque Latina, tamen sensum Evangelistæ non malè repræsentat, si rectè modò capiatur. *Patientiam* enim *habere in aliquo*, idem est quod *tardare*, sive, *cunctari*, sicut percipi potest est ex collatione hujus loci cum verbis istis Sirachidæ cap: 35. vers: 19. Καὶ ὁ κύριος οὐ μὴ βραδύνῃ, οὐδὲ μὴ μακροθυμήσῃ ἐπ' αὐτοῖς ὁ κράτιστος, id est, ex versione veteris interpretis: *Et Dominus non elongabit, & Fortissimus non habebit in illis patientiam*: vel, ut alii, *non tardabit, neque longanimis erit erga eos.* Sensus est, Dominus non insuper habebit preces humilium,

neque justo diutiùs differet auxilium : (id quod homines malis oppressi, quâ sunt impatientiâ, fideique debilitate, plerumque metuunt) sed maturè illis subveniet, pergant modò ab ipso pendere, eique se totos committere. Non est ovum ovo similius, quàm locus iste Sirachidæ, verbis Lucæ paulò antè memoratis, si diligenter examinentur. Apud Sirachidem, μακροθυμεῖν est, βραδύνειν, et sic etiam apud Lucam, nec apud Lucam solùm, sed apud Petrum etiam, Epistolæ posterioris cap: 3. vers: 9. ubi non negat Petrus Dominum βραδύνειν ἁπλῶς, sed sic βραδύνειν : nimirum ita ut profani illi irrisores opinabantur. Illi promissiones de adventu Christi ad judicium, pro meris fabulis habebant, & quia eadem esset tunc quæ olim rerum ubique facies, ideo Christum nunquam putabant venturum. At persuasionem istam pluspuam belluinam sic refellit Petrus, ut dicat Christum tardare quidem, sed non ita ut illi somniabant. Quomodo igitur? Tarditate quâdam utendo, ut sapientissimâ, ita salubrrimâ, quâ nimirum fiat, ut nulli eorum quos Deus servare decrevit, ne illi quidem qui multis post seculis nascentur, à salute æternâ excludantur. Ut hoc significet, ἀλλὰ τὸ βραδύνειν ponit aliud verbum, idem quidem propemodum significans, sed calumniis & cavillis irrisorum minus aliquanto obnoxium, nimirùm τὸ μακροθυμεῖν, in quo utique non est mihi dubium, quin prior pars compositionis quàm posterior, his saltem in locis, magis respicienda sit. Præterea sciendum est nullam esse ἀντιλογίαν

inter

inter tarditatem, de qua loquitur Lucas vers: 7. & celeritatem quæ proximè vers: 8. sequitur. Nam tarditas est κατὰ τὸ φαινόμενον, & ex opinione eorum quibus etiam celeritas, ut dicitur, mora est: at celeritas est κατὰ τὸ ἀληθὲς, & ex rei veritate. Quæ enim (si rectè judicamus) tarditas esse potest in eo, qui nihil non tempestivè facit, disponitque omnia suaviter? Hac igitur distinctione adhibitâ, neque Sirachides cum Lucâ, neque Lucas cum seipso pugnabit. sed loca quæ speciem aliquam dissidii habent, non dissidere ostendentur. Et cur eam certè non adhibeamus, cum in ejus usu præeuntem habeamus Theophylactum, idque minimè dubiè aut obscure? Verba Theophylacti huc præcipuè spectantia sunt ista: Ἐι εἶτα ὁ ἄνομος, καὶ πάσης κακίας πεπληρωμένος ᾤκτειρε [τὴν χήραν, id enim desiderari videtur in Theophylacti exemplaribus] τῇ συνεχείᾳ τῆς δεήσεως· πόσῳ μᾶλλον ὁ Θεὸς, ὁ πάσης δικαιοσύνης ἀρχηγὸς, ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν ἐν τάχει, [excusi codd: ὃ ποιήσει, proculdubio mendose] Καίτοι μακροθυμῶν, καὶ φαινόμενος ἀνηκουστεῖν τῶν δεομένων αὐτοῦ νυκτὸς καὶ ἡμέρας; id est, *Si nefarius iste, omnique malitiâ repletus non recusavit auxilium viduæ ferre, eo quod interpellare illum nunquam desisteret: quanto magis omnis justitiæ princeps atque author Deus celeriter vindicabit [suos,] etiamsi lentus ac longanimis sit, & eos qui nocte diéque supplices sunt surdâ aure præterire videatur?* Observa hîc, καίτοι pro, καὶ, imprimis vero participium φαινόμενος, notetur, ut cui distinctio suprapositа tanquam fundamento innitatur. Non reverâ

ἀνηκουστεῖ τῶν δεομένων αὐτοῦ ὁ Θεὸς, sed φαίνεται ἀνηκουστεῖν. Ergo tarditas nulla est ex parte Dei, sed ex eo quod homines negligi se plerumque putent, nisi ad primum statim clamorem paratum sibi auxilium sentiant. Dominus Beza in annotationibus rectissimè hunc locum explicat: cæterùm versio ejus Latina eò minùs mihi probatur, quòd iræ mentione factâ, incertum reddat lectorem, utrùm τὸ, αὐτοῖς, in fine versus, ad electos, an ad electorum hostes referendum sit. Imò si versionem ejus solummodo sequerer, nec alia quædam haberem quæ adjuvarent & dirigerent, dicerem ad hos potiùs referendum, quàm ad illos. Super quibus enim, sive erga quos differtur ira? Nonne erga puniendos? Nonne erga eos qui iram excitarunt? Certè, si quid ego intelligo, si quis significare volens, *auxilium differri*, *iram differri* dicat, admodum impropriè loquetur. Scio responderi posse, eôdem rem redituram, sive hoc dicatur, sive illud, quia tum demum vindicantur electi, cùm supplicium de hostibus ipsorum sumitur. Agè, sit ita Hic autem non de sensu, sed de Grammaticâ syntaxi quæritur, nimirùm an τὸ, αὐτοῖς, ad electorum adversarios referendum sit; & si non sit, (Nimis enim coactum esset aliunde antecedens accersere, cùm quod eo officio fungatur in eadem reperiatur clausula) an commoda ac conveniens sit locutio, *iram differri super electis*. Sed de re non ita magni momenti nimium fortasse multa: progredior igitur.

Vers. 9.

Vers. 9. πρὸς τινας τὰς πεποιθότας ἐφ' ἑαυτοῖς, ὅτι εἰσὶ δίκαιοι, &c.] id est, *ad quosdam fiduciam habentes in seipsis*, sive, *confidentes sibi ipsis, quòd essent justi, & reliquos pro nihilo habentes, parabolam istam* &c. Al: *ad quosdam fiduciam in seipsis habentes, tanquam essent justi.* ὅτι εἰσὶ δίκαιοι, i. e. ὡς δικαίοις ἐπάρχουσι. Sic ferè vetus. πεποιθὼς est, בוטח, & haud scio an possit sumi aliter.

Vers. 11. ὁ φαρισαῖος σταθεὶς πρὸς ἑαυτὸν ταῦτα προσηύχετο] Vetus, *Pharisaus stans hæc apud se orabat*: Beza, *Pharisæus consistens seorsim hæc precatus est*: Piscator, *Pharisæus, cùm constitisset, hæc apud se precabatur.* Hîc Beza conjungit πρὸς ἑαυτὸν, cum participio σταθεὶς: at Vetus, & Piscator cum verbo προσηύχετο. Præterea Bezæ πρὸς ἑαυτὸν, est καθ' ἑαυτὸν, id est, *seorsim*: at his ἐν ἑαυτῷ, *apud se*, quod rectius videtur. Infra cap. 20. vers. 5. οἱ δὲ συνελογίσαντο πρὸς ἑαυτοὺς, id est, *ratiocinati sunt apud se.* Sic igitur lego Latinè: *Pharisæus stans apud se hæc precabatur.* Primæ notæ Exemplaria Græca non distinguunt aut post ἑαυτὸν, aut post σταθεὶς. Igitur nec ego distinxi, nec in ordine verborum aliquid immutavi.

Vers. 17. ὃς μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτὴν] id est, ὃς οὐκ εἰσελεύσεται εἰς αὐτὴν, *non intrabit in illud*: quemadmodum rectè vetus.

Vers. 30. πολλαπλασίονα] Vetus, & Erasmus, *multò plura*: Beza, & Piscator, *multiplicia.* Penes lectorem est, hoccine malit an illud; mihi tamen illud magis placet, quia vim comparationis magis ad liquidum conspiciendam nobis dat.

Vers. 39.

Vers: 30. ἐπιτίμων αὐτῷ ἵνα σιωπήσῃ] id est, *increpantes sive objurgantes mandabant ei ut* [illegible] *sileret: jubebant illum silere.*

Vers: 43. ἵνα ἀναβλέψω] Vetus, *ut videam*: Bene, & sic vers: 44. ἀναβλέψω, est *videro*: & vers: 45. ἀνέβλεψε, est *vidit*. Item vers: 45. quia τὸ ἀνέβλεψε, *vidit*, proximè præcedit, pro, ἰδὼν, malim, *cùm conspexisset*, vel, *cùm animadvertisset*, quàm, *cùm vidisset*.

Cap. XIX.

Vers: 2. *Et ecce vir qui nomine vocabatur Zacchæus, eratque ipse magister publicanorum, & erat etiam dives.* vel, *vir nomine Zacchæus*, [omittunt enim participium Latini] *qui magister erat publicanorum, idemque erat dives.* καὶ, id est, ὁ αὐτὸς, *idem*.

Vers: 3. Hellenismum cum veteri interprete retineo: *Et quærebat videre Jesum quis esset.* Nam, ut notum est ex Linacro, & aliis, ne puriſſimi quidem linguæ Latinæ authores, Græcos hîc imitari refugerunt.

Vers: 4. Καὶ προδραμὼν ἔμπροσθεν] id est, *Quæro cùm aliquantum præcurrisset.* τὸ, ἔμπροσθεν enim accipio, pro βραχύ τι. Ibid. ὅτι δι' ἐκείνης ἤμελλε διέρχεσθαι, id est, *quia illac erat transiturus.* Mutetur enim *inde*, in, *illac*, nec erit cur vulgatâ interpretatione melior aliqua quæratur.

Vers: 5. σπεύσας κατάβηθι] *festinans descende*, id est, *cito descende*.

Vers: 7.

Vers: 7. λέγοντες, ὅτι παρ' ἀνδρὶ ἁμαρτωλῷ ἀνδρὶ κατα-λῦσαι] ordo, λέγοντες, ὅτι εἰσῆλθε παρ' ἁμαρτωλῷ ἀνδρὶ καταλῦσαι: id est, *dicentes, ingressus est, ut apud hominem peccatorem diversetur*: vel, *diversandi causâ apud hominem peccatorem ingressus est.* Nonne enim libentiùs dicunt Græci, καταλύειν παρὰ τινὶ, quàm, παρά τινι εἰσέρχεσθαι?

Vers: 11. προσθεὶς εἶπε] id est, *addidit.*

Vers: 14. οἱ δὲ πολῖται, &c.] id est, οἱ δὲ πολῖται: *cives enim.* *Ratio namque redditur, cur vir ille nobilis regni accipiendi causâ in regionem longinquam profectus fuerit, nimirum, ut regnum sibi constabiliret, supplicio sumpto à civibus rebellibus, qui novis rebus studebant, imperiumque ejus detrectabant. ἀπέστειλαν πρεσβείαν ὀπίσω αὐτοῦ] id est, πρὸς αὐτὸν, *miserunt legationem post eum*: id est, *ad eum.* Si hæc conjectura mea vera est, (Nam quid est quod affero, nisi conjectura, eaque non admodum fortasse valida?) rectius legeretur versus iste, *ante eum*, qui proxime præcedit, quàm *post.*

*vide infra hujus cap. vers. 27.

Vers: 15. *Et factum est, quùm regno accepto rediisset, ut servos illos quibus dedisset pecuniam, vocari juberet ad se, quo cognosceret quis quid negotiatus esset.* Piscator, *negotiando confecisset.*

Vers: 16. Παρεγένετο δὲ ὁ πρῶτος] Vetus, *Venit autem primus*, & sic Erasmus: Beza, *Adfuit autem primus*: Piscator, *Accessit autem primus.* Ego nullam hîc video satis justam discedendi à veteri interprete rationem. Ibid. προσειργάσατο] *acquisivit, lucrifecit, insuper lucrata est.* Vers: 17.

Vers: 17. Εὖ ἀγαθὲ δοῦλε] vetus, *Euge bone serve*: alii, *Bene est* &c, *Bene habet*. Mihi prima interpretatio rejicienda non videtur.

Vers: 18. ἡ μνᾶ σου ἐποίησε πέντε μνᾶς] vetus, *fecit quinque minas*: Beza & Piscator, *confecit*. At iidem Matth: 25 16. pro, καὶ ἐποίησεν ἄλλα πέντε τάλαντα: habent, *& fecit altera quinque talenta*, cùm tamen ibi verbum idem vet: interpreti sit, *lucratus est*; *confecit*, Erasmo.

Vers: 20. ἀποκειμένην] Vetus, *repositam*: alii *sepositam*. Cur autem hoc quàm illud maluerint nondum mihi liquere fateor.

Vers: 26. Λέγω δὲ ὑμῖν &c.] id est, *Dico enim vobis* &c. Hæc ait Dominus non tam respondens dicentibus, *Domine, habet decem minas*; quàm rationem reddens mandati sui, etiamsi nihil contrà objectum fuisset. Finge igitur Dominum aut non audiisse verba proximè præcedentia, aut noluisse audire, ne tenor inchoati sermonis interrumperetur, nec causa erit ulla, cur de connexione sequentium cum antecedentibus admodum simus soliciti. Placet itaque Vetus interpres, dummodo pro, *Dico autem vobis*, *Dico enim vobis*, legatur.

Vers. 28 ἐπορεύετο ἔμπροσθεν] id est, *progrediebatur*, *pergebat*.

Vers: 29 ἀπέστειλε] *misit*, vel, *ut mitteret*.

Vers: 30. λύσαντες ἀγάγετε] vetus, *solvite illum & adducite*. Optimè.

Vers: 31. ὅτι ὁ Κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει] vetus, *quia Dominus operam ejus desiderat*, & mox vers: 34. *quia Dominus eum necessarium habet*: Erasmus utrobique, *quia Dominus eo opus habet*: Beza, *quoniam eo opus est Domino*: Piscator,

Piſcator, *Dominus eo opus habet*: ſine *quoniam*, aut, *quia*. Adde etiam ſi lubet, *Dominus eo uti vult.*

Verſ: 36. Πορευομένε] Vetus & Beza, *Euntes*: Piſcator, *Proficiſcente.*

Verſ: 42. τὰ πρὸς εἰρήνην σε] ſub: συνίεναι, vel, συμφέροντα. Simpliciſſima totius verſus interpretatio talis eſſe queat, *Quia ſi noſſes & tu, vel hoc ſaltem die tuo, quæ ad pacem tuam pertinent,* [*ſpectant, conducunt,*] *Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis, quæ ad pacem tuam pertinent.* ſub. *ô quam bene tecum ageretur! ô quam eſſes beata!* vide Budæum in Pandectas, fol: 41. a.

Verſ: 43. ὅτι σι] id eſt, σοι, *Quia venient tibi dies, quibus circumjicient,* [*circumponent,*] *tibi inimici tui vallum, & circumcingent te, & coarctabunt te undique.*

Verſ: 44 Καὶ ἐδαφιοῦσί σε, καὶ τὰ τέκνα σε ἐν σοὶ] Vetus, *Et ad terram proſternent te, & filios tuos qui in te ſunt.* Alii, *Et ſolo æquabunt te,* &c. quod rectè dicitur de urbe, at non item de filiis. Igitur cùm ἐδαφίζω, Pſal. 137. verſ: ult. ſit *illido*, ſive, *proſterno* ad terram, nec minùs hoc filiis, quàm urbi conveniat, conſentaneum profectò puto, ut ea, quæ generalior ſit ſignificatio, præferatur.

Verſ. 48. ὁ λαὸς γὰρ ἅπας ἐξεκρέμετο αὐτοῦ ἀκούων] id eſt, *totus enim populus ab Ipſo loquente pendebat.* Ut ἀκοὴ ponitur pro *ſermone*, ſic non malè hic locus ita convertatur, acſi ſcriptum eſſet: ὁ λαὸς γὰρ ἅπας ἐξεκρέμετο αὐτοῦ λέγοντος, vel, λαλοῦντος.

Cap.

Cap. XX.

Vers: 1. ἐπέστησαν] *supervenerunt*, vel, *ut supervenirent*. Vide supra præcedentis cap: vers: 29.

Vers: 6. πεπεισμένος γάρ ἐστιν] vetus, *certi sunt enim*: Erasmus, *persuasum enim habet*: Beza, *persuasum enim est ei*: Piscator, *persuasa enim est*. Quænam ex his palmam meretur interpretationibus penes lectorem eruditum judicium esto. Cæterum hic locus, & alii consimiles haud pauci documento sint, quantoperè laboratum sit à viris præstantissimis, ut omnibus numeris absolutam horum libb: versionem haberemus, cùm ne minima quidem, quæ correctione aliquâ indigere viderentur, intacta reliquerint. Aliôquin enim, & Erasmi *persuasum habet*, & Bezæ, *persuasum est ei*, ejusmodi erant, ut acquiescere iis facilè possemus. Cic. lib: 3. de Officiis: *Satis enim nobis, si modo in philosophia aliquid profecimus, persuasum esse debet*, &c. Sed exempli passim occurrent.

Vers: 8. ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ] id est, *quâ potestate*.

Vers: 9. ἄνθρωπός τις] Vetus, *Homo quidam*: Alii, *Quidam*: quod ut non improbo, ita nec causam video cur *homo* omittatur.

Vers: 14. διελογίζοντο πρὸς ἑαυτούς] Vetus, *cogitaverunt intra se*: Beza & Piscator, *colloquuti sunt inter se*: ac si esset, Græcè, διελέ-

γοντο

ϛοντο ἀλλήλοις, vel, πρὸς ἀλλήλους. Ego veterem interpretem sequor, nisi fortè quis malit, *apud se*, pro, *intra se*. τὸ λέϛοντες, ut sæpè aliâs, ad λόϛον non προφορικὸν, sed ἐνδιάθετον referendum est, atque eodem modo accipio, εἶπον ἐν ἑαυτοῖς, apud Matthæum, &, εἶπον πρὸς ἑαυτοὺς apud Marcum.

Vers: 18. συνθλασθήσεται] *confringetur*: λικμήσει, *comminuet*, *conteret*. Vide supra Matth: 21. vers: 44.

Vers: 20. ἵνα ἐπιλάβωνται &c.] id est, *ut carperent ejus sermonem*, [vel, *caperent eum in sermone*,] *quô traderent illum imperio & potestati Præsidis*. Al. *ut carperent ejus sermonem, sicque traderent illum, & p. P.*

Vers: 21. *Interrogaverunt itaque illum dicentes*, &c. Καὶ ἐπερώτησαν] id est, Ἐπερώτησαν οὖν.

Vers: 25. ἀπόδοτε οὖν] *Reddite igitur*. Eustath: in Iliad. Γ. propè finem: τὸ δὲ ἔκδοτε ταυτὸν ἐστι τῷ ἀπόδοτε, ἤϛουν χρεωστικῶς δότε. τοιοῦτο γὰρ κυρίως τὸ ἀποδοῦναι. hoc est, Ἔκδοτε *idem est quod* ἀπόδοτε, *nimirùm ex debito date. Id enim propriè significat* ἀποδοῦναι.

Vers: 35. οἱ δὲ καταξιωθέντες &c.] id est, *Qui vero digni habiti fuerint ævi illius fruitione*, [*possessione*,] *& resurrectione ex mortuis, neque* &c. Vetus interpres, vel non legit τὸ τυχεῖν, vel consultò omisit, quia omitti posse putabat salvo sensu. Igitur possumus & sic interpretari: *Qui vero digni habiti fuerint seculo illo, & resurrectione ex mortuis*. Al. *Qui vero meruerint consequi ævum illud* [id est, Qui ex gratia & misericordia divina consequuti

ſequuti fuerint ævum illud. *Meretur* enim ſic accipio, ut paſſim accipitur apud antiquos Patres, ne quis me opinioni illorum favere putet, qui operum merita extollunt] *& reſurrectionem ex mortuis*, &c. Auguſtin: in Pſal. 96. col: 1802. *Qui autem vident non videant: qui cæcitatem confitentur, illuminari mereantur*, i. e. illuminentur: Al: *Quibus vero datum eſt ævo illo frui, & reſurrectione ex mortuis*: Ael, *Qui vero conſequuti ſunt ævum illud & reſurrectionem ex mortuis*, &c. καταξιωθέντες τυχεῖν, id eſt, τυχόντες, Periphraſis aut Pleonaſmus, ut ſeq: cap: verſ: 36. ἵνα καταξιωθῆτε ἐκφυγεῖν, id eſt, ἵνα ἐκφύγητε, ut effugiatis. Tales ſunt Pleonaſmi in omnibus linguis, & certum eſt hîc genitivos, αἰῶνος & ἀναστάσεως, non à participio, καταξιωθέντες, ſed à verbo τυχεῖν pendere. Dignus aliquis haberi poteſt re aliquâ, etiamſi nondum eam adeptus fuerit: at Lucas hic loquitur de iis, qui vitam æternam jam ſunt adepti. Eſt ergo major hîc ratio habenda verbi, quàm participii. Igitur apud Theophylactum expoſitionis vice, pro, καταξιωθέντες τῆς αἰῶνος ἐκείνης τυχεῖν, habemus, ὅτι τῆς αἰῶνος ἐκείνης υἱοὶ, id eſt, ævi illius jam compotes & participes facti, ſicut proximè ſeq: verſu τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ perinde eſt ac ſi dicas, *participes reſurrectionis*.

Verſ: 37. ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροὶ] id eſt, *Quòd autem excitentur mortui*.

Verſ: 46. ἐν ταῖς ἀγοραῖς] Vetus, *in foro*: Rectè, ut puto, cùm ſenſus idem ſit, & Latini in hoc loquendi genere, ſingulari potiùs quàm plurali numero uti ſoleant. Alii tamen interpretes habent, *in foris*. Verſ. 47.

Verſ: 47. περισσότερον κρίμα] vetus, *damnationem majorem*: nec negant qui hîc ab illo diſcedunt ſenſum ſic rectè exprimi. Vide 1 Cor. 11. 29.

CAP. XXI.

VErſ: 4. εἰς τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ] Vetus rectè, *in munera Dei*, id eſt, *in gazophylacium*: εἰς τὸ γαζοφυλάκιον [illegible] Contentum pro continente, *dona*, vel, *donaria Dei*, pro loco donaria illa recipiente, id eſt, gazophylacio. *Nam omnes hi ex eo quod ipſis redundabat, in locum ſacra donaria recipientem miſerunt*, vel, *gazophylacium miſerunt*: [illegible] *autem ex penuria ſua miſit quicquid habebat vitæ ſuæ ſuſtentandæ*. Poſtquam hæc ſcripſiſſem de verbis iſtis Evangeliſtæ: εἰς τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ: [illegible] Druſium virum doctiſſ. [illegible] jam olim fuiſſe ſen[illegible] [illegible] interpretem. Non [illegible] quænam eſſet ve[illegible] interpretatio, (Qu[illegible] non pu[illegible] duſſe profiteri,) quam admonitus fui, non [illegible] talis me annotat[illegible] pœniteret. Non neſcio prætereà Dominum Bezam meminiſſe hujus interpretationis in annotationibus: ſed cum ejus in [illegible] veniſſe certum ſit, miror cur [illegible] multò minus probandam ſequi [illegible].

Verſ: 6. ταῦτα ἃ θεωρεῖτε] vetus, *Hæc quæ videtis*: Eraſmus, *Ex his quæ videtis*: Beza, *Hæccine ſpectatis?* Piſcator, *Quod ad hæc quæ ſpectatis*.

spectatis. Video quid hîc posteriores interpretes impulerit, ut à prioribus discederent, perspicuitatis nimirùm studium. Ita enim sentire æquum est. Sed cum in dubiis & obscuris locis ad fontem semper recurrendum sit, non possunt mihi probari interpretationes illæ, quæ fontem veluti è conspectu tollunt, tamq; longè ab eo recedunt, ut meritò quæri possit, an aliam ab illâ quam libri nostri præferunt, lectionem secutæ fuerint. Nam hoc loco, si quis Græcè legerit, ταῦτα, ἃ θεωρεῖτε: & Latinè, *Hæccine spectatis?* Nonne statim sic secum cogitabit? Profectò author Latinæ interpretationis aliud nactus est exemplar, in quo legeretur interrogativè: ταῦτα θεωρεῖτε; Igitur tutissimum existimo ut veteris hîc interpretis vestigiis insistamus, dicentes vel, *Hæc quæ videtis*; vel, *Hæc quæ spectatis*: si cui fortè posterius hoc verbum magis arriserit. Attentus lector facilè perspiciat habere hæc verba ἐκ ἀνακόλουθον, cui medicina fiat, si loco horum verborum, ἐκ ἀρχαίου λίθος ἐπὶ λίθῳ ὃς ἐκ καταλυθήσεται, ponant utiles: ἄρδην καταλυθήσεται, vel, παντελῶς ἀφανισθήσεται. Priora enim à posterioribus sensu non differunt, tametsi cum initio versus non ita benè cohærant. Jam si Græca oratio ἀνακόλουθον habeat, cur non etiam permittatur Latinæ ut similis sit Græcæ?

Vers. 7. καὶ τί τὸ σημεῖον ὅταν μέλλῃ ταῦτα γίνεσθαι;] id est, *& quod* [illegible] [*Cum* [illegible]] *quo hæc fient?* ὅταν μέλλῃ, id est, τῷ χρόνῳ καθ' ὃν μέλλει [illegible]

Vers. 8.

Vers: 8, ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου] Vetus, *in nomine meo*. Rectè, & meliùs quàm quibus aliter interpretari visum est.

Vers: 9. μὴ πτοηθῆτε] id est, *ne sitis territi, nec sitis consternati*: *ne terremini*, est, μὴ πτοεῖσθε, vel, μὴ πτοηθῆτε. Sed hoc leviculum est.

Vers: 12. εἰς συναγωγὰς] Beza, *in conventus*: at rectiùs vetus, *in synagogas*. Græcum enim nomen tam familiariter notum est omnibus, ut non sit causa cur alii cuicunque postponatur. Ibid: ἀγομένους] Participii apud Lucam is est nonnusquam usus, ut non peccaverit interpres, si aliquid sibi in iis explicandis libertatis sumpserit, dummmodo sensus non negligatur. Id docebit tum præsens locus, tum capitis ultimi versus 47. ubi participium, ἀρξάμενον, non adeò facilè est redditu, nisi sensus potiùs quàm structura orationis respiciatur. Atque idem dici posse credo de aliis quibusdam locis, quæ nunc non succurrunt. Quod ad præsentem locum attinet, sic accipio τὸ, ἀγομένους, ac si scriptum esset: καὶ ἄγεσθε, vel, καὶ ἄξουσι, vel, καὶ ἀχθήσεσθε. Primo modo accipit vetus interpres, postremo Theophylactus. Eò enim spectant hæc ejus verba: ἠχθησαν ἐπὶ βασιλεῖς οἱ ἀπόστολοι, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας. Neque (quod modò reprehendi in aliis) fontem jam penitùs desero aut pro affirmativa oratione interrogativam substituo: sed, veterem interpretem secutus, quod Lucas sine dubio sensit, id quàm apertissimè enunciare studeo. Attamen ne quis libertate ista offendatur, notetur in margine si placet, Græcè, ἀγομένους.

Vers. 14. Θέτε οὖν εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν &c.] Vetus, *Ponite ergo in cordibus vestris, non præmeditari, quemadmodum respondeatis*: Erasmus, quem Piscator etiam sequitur, *Habete igitur fixum in cordibus vestris, non esse præmeditandum defensionem*: Beza, *non præmeditari defensionem*: in priore utique versus parte cum Erasmo consentiens. Budæus annotationibus posterioribus in Pandectas. fol. 216. a: *Statuite igitur in cordibus vestris non præmeditari causam vobis dicendam*: pro quo malim: *præmeditari quemadmodum causam dicatis*: vel, *quemadmodum causa vobis dicenda sit*: ut fit ἀπολογηθῆναι breviter, pro, πῶς δεῖ ἀπολογηθῆναι. [vide supra cap. 12. vers. 11.] Quod si Budæi, & aliorum doctiss. virorum authoritas non obstaret, non sunt mihi aures tam elegantes, quin posset illis vetus interpretatio abunde satisfacere.

Vers. 16. & 17. sic reddantur à vet. interprete, ut meliorem interpretationem non requiram: *ex vobis*, id est, *quosdam ex vobis*.

Vers. 23. ἀνάγκη μεγάλη] Vetus, *pressura magna*. Non male. Vide Drusii præterita.

Vers. 24. ἄχρι πληρωθῶσι καιροὶ ἐθνῶν] id est, *donec impleantur*, vel, *impleta fuerint tempora Gentium*.

Vers. 26. ἀποψυχόντων ἀνθρώπων, &c.] ἀποψυχόντων ἀνθρώπων, ut optime Beza in annotationibus, id est, *Deliquium animi patientibus hominibus*, [sive, *Deficientibus animo hominibus*] *præ timore, & expectatione eorum quæ venient super orbem terrarum, nam virtutes* [Beza, *potestates*: Piscator, *vires*] *cœlorum concutientur*.

Vers. 28.

Verſ: 28. ἀνακύψατε] *ſuſpicite, levate oculos.*

Verſ: 30. ὅταν προβάλωσιν ἤδη &c.] id eſt, *Cum jam germinaverint*: vel, *produxerint folia.* Theophylactus, ὥσπερ ἡ συκῆ προβάλλουσα τὰ φύλλα δι' ἑαυτῶν ἤδη ἐγγίζον, ὅτω, &c. *intuentes per vos ipſos ſcitis prope jam eſſe æſtatem.* & ſic proximo verſu: γινώσκετε. *ſcitote.*

Verſ: 32. οὐ μὴ παρέλθῃ] *non præteribit*: id eſt, οὐ παρελεύσεται, eodemque modo v: ſequente, οὐ μὴ παρέλθωσι, id eſt, οὐ παρελεύσονται.

Verſ: 35. Ὡς παγὶς γὰρ ἐπελεύσεται ἐπὶ πάντας, &c.] id eſt, *ut laqueus enim ſuperveniet in omnes qui habitant*, &c. vel, *veniet ſuper omnes qui*, &c.

Verſ: 36. ἀγρυπνεῖτε οὖν] Vetus, *Vigilate itaque*: Beza, & Piſcator, *Excubate igitur*: ſine cauſa, ut mihi videtur, Veterem interpretem deſerentes. Quid eſt enim ἀγρυπνεῖτε hîc, niſi προσεύχεσθε, & quid προσεύχεσθε, niſi *vigilate*? Ibid. ἵνα κατισχύσητε ἐκφυγεῖν] id eſt, *ut effugiatis*, [vide ſupra cap: 20. verſ: 25.] vel, *ut poſſitis effugere.* Theophylactus enim ter minimum ſic interpretatur, & Melanchthon alicubi hæc verba habet, digna quæ ab iis omnibus, quibus veritas cordi eſt, diligenter expendantur. Sic itaque Melanchthon de hoc verſu, & verſu 34. *Non potuiſſet melius deſcribi poſtrema ætas mundi, quam verbis illis quibus Chriſtus utitur in hoc textu*: Videte ne corda veſtra graventur crapulâ & curis victus. *Eſt autem addita adhortatio in fine de precatione, valde inſignis*: Vigilate omni tempore precantes ut poſſitis effugere.

In Græco est καταξιωθῆτε, *ut sitis digni effugere.* [*vel*, digni habeamini effugere.] *Id non intelligendum est de merito, sed est Græcismus valde usitatus. Græci utuntur generaliter verbo,* ἀξιῶσαι. *Sententia est, ut possitis esse tales, vel, fieri tales.* Hæc Melanchthon.

Vers. 38. ὤρθριζε πρὸς αὐτὸν ὁ πᾶς λεῶς ἀκούειν αὐτοῦ] Sic enim leguntur Græca sine distinctione. At Erasmus & Beza distinguunt post, αὐτὸν: Vetus autem interpres, & Piscator, post, λεῶς: quam certè distinctionem magis probo. *Veniebat ad eum in templo, ut audiret eum.*

Cap. XXII.

Vers. 3. τὸν ἐπικαλούμενον] Vetus, *qui cognominabatur*: Erasmus, *cui cognomen erat*: Beza & Piscator, *cognominatum*, id est, ἐπικληθέντα, vel, ὀνομαζόμενον, si modo temporum differentia annis observetur. *Qui cognominabatur Iscariotes, unusque erat*, &c.

Vers. 4. *Abiit igitur & collocutus est cum principibus Sacerdotum*, [sive, *primariis Sacerdotibus*,] *ac præfectis templo*, [*de hoc*] *quomodo*, &c.

Vers. 10. Non satis intelligo, cur pro, κεράμιον ὕδατος βαστάζων, recentiores interpretes maluerint dicere: *aquæ amphoram bajulans*: quàm cum vetere interprete: *amphoram aquæ portans.*

Vers. 14. καὶ ὅτε ἐγένετο ἡ ὥρα] id est, *Quum igitur tempus advenisset.* ἡ ὥρα, *tempus.* ἐγένετο, id

id est, παρεγένετο. Cic. lib: 3. de Officiis: *ad cœnam tempore venit Cannius*: id est, τῇ ὥρᾳ.

Vers. 16. ἕως ὅτου πληρωθῇ] id est, *donec*, sive, *usque quò completum fuerit*.

Vers: 22. πορεύεται] Vetus, *vadit*. Non muto.

Vers. 24. *Orta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse major*. *Major*, id est, *maximus*.

Vers. 25. *& qui potestatem habent super eas*, vel, *in eas*.

Vers. 26. Vetus, *Vos autem non sic*: quod mutari nolim, quia & brevitate ipsâ placet, & auribus nostris notissimum est, & intellectum satis obvium habet, ut addatur præterea nihil.

Vers 27. ἐν μέσῳ ὑμῶν] vetus, *in medio vestrum*. Rectè.

Vers: 31. ἐξητήσατο] id est, *exposcit*, vel, *deposcit vos*; eo nimirùm modo quo inimici deposcunt aliquem ad supplicium. Tum sequitur: τοῦ σινιάσαι ὡς τὸν σῖτον] id est, *ut cribraret sicut triticum*: quemadmodum rectè habet vetus interpres. Σινιάσαι enim, testibus Hesychio, & Suidâ, est, σῆσαι, κοσκινεῦσαι, [al: κοσκινῆσαι] hoc est, *agitare & cribrare*. Addit præterea Hesychius, σινιατήριον & σινίον, esse κόσκινον, id est, *cribrum*. Quod si ita sit, minimè ego rejecerim quidem veterem interpretationem tanquàm parùm appositam, sed defenderim potiùs, cum planè persuasum habeam, aptiorem quam illa sit, & commodiorem afferri non posse. Nec est quod quisquam objiciat,

cribri officium esse purgare, non perdere. Nam etsi Satanæ consilium sit perdere, tamen, Deo ordinante, fit ut cùm maximè sævit nocereque cupit Satanas, incerniculi duntaxat munere fungatur. Ille vehementissimè concutit triticum, ut si fieri possit, dissipet, & ad nihilum redigat: sed Christus servat triticum, & post miseram concussionem illam, ut purius & nobilius fit efficit. Hoc ut fit præter voluntatem Satanæ, non est tamen præter voluntatem, aut supra vires Christi.

Vers: 34. *At ille dixit, Dico tibi Petre, non canet hodie gallus, priusquam ter negaveris nosce te me.* Hæc satis perspicua sunt, nec opus est ut ambiguitatis vitandæ causa inseratur aliquid.

Vers: 41. Καὶ αὐτὸς ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν,] id est, *Et ipse abjit ab eis, quasi adjactum lapidis, positisque genibus precabatur.* προσηύχετο] *precabatur*, vel *orabat*, ut est apud veterem interpretem, qui multò majore diligentia tempus tempori accommodat, quàm reliqui, si rectè modò animadverti, interpretes. Hoc verò semel annotasse satis fit. ἀπεσπάσθη, id est, *ἀπῆλθεν *abjit.* 2. Maccab. 12. 10. ἐκεῖθεν δὲ ἀποσπασθέντων σταδίους ἐννέα. *inde cùm abjissent novem stadia.*

*Vide Act 21. v. 1.

Vers: 43. ὤφθη δὲ αὐτῷ] Vetus, *Apparuit autem illi.* Vide supra cap. 1. vers. 11.

Vers. 50. καὶ ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ οὖς τὸ δεξιόν] Vet: *& amputavit* &c. Rectè. Sic Judith cap. 13. καὶ ἀφεῖλε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ id est, *& amputavit caput ejus ab illo.* vel, *abscidit.* Sic enim ibi Hieronymus.

Vers: 55.

Verſ: 55. ὐ μέσῳ ἀυτῶν] Vetus, *in medio eorum*: Alii, *inter eos*.

Verſ. 60. ἀλέκτορα φωνῆσαι] id eſt, *cecinit*, vel, *cantavit*, & ſic verſ. 61. πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι: *priuſquam Gallus cecinerit, cantaverit*.

Verſ: 63. Καὶ οἱ ἄνδρες οἱ συνέχοντες τὸν Ιησοῦν] id eſt, *Et viri qui tenebant Jeſum*: nec aliter vetus, niſi quod τὸν καὶ, propriam & uſitatam ſignificationem tribuat. οἱ συνέχοντες, id eſt, οἱ κρατοῦντες. Συνέχω enim eſt, κρατῶ, id eſt, *teneo*.

Verſ: 67. ἐὰν μὴ πιστεύσητε] id eſt, ἐὰν πιστεύσητε, *non credetis*: & ſic verſ: ſequente: ἐὰν μὴ ἀποκριθῆτε μοι, ἢ ἀπολύσητε, id eſt, ἐὰν ἀποκριθῆτε [ἢ ἀποκρινεῖσθε] μοι, ἢ ἀπολύσητε; *non reſpondebitis mihi neque dimittetis*.

Cap. XXIII.

Verſ: 8. Ἤρξαντο ὁ κατηγορεῖν αὐτῶν, &c.] id eſt, *Caperunt autem accuſare eum, dicentes; hunc invenimus pervertentem gentem noſtram, & prohibentem tributa dare Cæſari, dicentem ſe Chriſtum regem eſſe*. Hîc veſtigia premuntur Græci contextus, nec à veteri interprete multùm receditur. Tantùm dictio, *noſtram*, additur, ſed non ſine authoritate veteris interpretis, & trium prætereà manuſcriptorum exemplarium, ſicut teſtatur Dominus Beza.

Verſ: 8

Vers. 8. καὶ ἤλπιζέ τι σημεῖον ἰδεῖν ὑπ' αὐτοῦ γινόμενον] id est, *& sperabat signum aliquod visurum se quod ab ipso fieret.* Beza, in ea quâ ipse utor editione, ita interpretatur hunc locum, acsi scriptum esset, διὰ τὸ ἀκούειν πολλὰ περὶ αὐτοῦ, καὶ ἐλπίζειν τι, &c. Vetus verò, Erasmus, & Piscator habent: *& sperabat*: sicut est in Græco contextu.

Vers. 9 Ἐπηρώτα] Vetus, *Interogabat*: Beza & Piscator, *Interrogavit*, neglecto temporum discrimine, quod tamen ubique adeò accuratè observat interpres vetus, (sicut modò monui,) ut crediderim illum, versus hujus fine pro, ἀπεκρίνατο, ἀπεκρίνετο, legisse, id est, *respondebat.*

Vers. 11. Non malè fortasse Latinus fiat ad hunc modum: *Cùm autem Herodes cum satellitio suo per contemptum illi illusisset, amicivit illum veste splendidâ & remisit ad Pilatum.* Ἐξουθενήσας δὲ αὐτὸν καὶ ἐμπαίξας, &c. id est, Μετὰ μικρὸν δὲ ἐμπαίξας αὐτῷ ὁ Ἡρώδης, vel, Μετὰ μικρὸν δὲ ὕβρεως ἐμπαίξας αὐτῷ, &c. Similes loquendi formas supra aliquoties observavi, videlicet Luc. 6. 48. Marc: 10. 21. & Matth: 25. 29.

Vers. 12. προϋπῆρχον γὰρ ἐν ἔχθρᾳ ὄντες πρὸς ἑαυτούς] id est, *antea enim simultas inter ipsos fuerat*, vel, *intercesserat*: ut rectissimè omninò Erasmus. Sensus enim hoc modo benè expeditur, & vitatur repetitio verborum: *inter se*: quæ aliôquin insuavitatis fortasse aliquid haberet.

Vers. 14. ὡς ἀποστρέφοντα τὸν λαὸν] id est, *quasi*, vel, *tanquam avertentem populum*: vide sup: c. 16. v. 1.

Vers. 31.

Vers: 31. ἐν τῷ ὑγρῷ ξύλῳ] id est, ἐν τῷ χλωρῷ ξύλῳ. ὑγρὸν sive, χλωρὸν ξύλον, Hebraicè est, עץ לח, ut ξυρὸν ξύλον, עֵץ יָבֵשׁ vide Ezech: cap: 20. sub finem.

Vers: 32. Ἤγοντο δὲ &c. Vetus, *Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo, ut interficerentur*: Beza, *Ducebantur autem etiam alii duo malefici, ut cum eo necarentur*: acsi, σὺν αὐτῷ, cum ἀναιρεθῆναι potius, quàm cum ἦγοντο, conjungendum esset. Non magni res est momenti: mihi tamen ordo ille quem vetus secutus est interpres magis placet. Possis etiam sic vertere: *Ducebantur autem ad mortem & alii duo malefici cum eo,* ἀναιρεθῆναι, id est, εἰς θάνατον, *ad mortem*.

Vers: 40. ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κρίματι εἶ;] id est, *quòd in eadem*, vel, *cùm in eadem sis damnatione?*

Vers: 41. ἄτοπον] id est, πονηρὸν, κακὸν, *malum*: nec est ulla hujus vocabuli significatio, quæ aptius huic loco conveniat. Miror igitur cur vetus hîc interpres satisfacere quibusdam non potuerit, cum appositissimè, οὐδὲν ἄτοπον, *nihil mali*, verterit. Nai, inquit latro, *meritò plectimur, quia sceleratè viximus, & mala quamplurima commisimus: sed hic purus est & innocens, malique nihil perpetravit.* Hesych. ἄτοπον, πονηρὸν καὶ ἄδικον. Suidas, ἀτοπία, κακία: ἄτοπος, κακὸς, μοχθηρὸν. Lexicon Græco-latinum vetus, ἀτοπία, *fugitivum, facinus*: ἄτοπος, *facinorosus*. Lucianus Anthologiæ lib: 1. cap: 38.

ἀνδράποδα μὲν ἴσως λήσεις, ἄτοπόν τι ποιήσας
ἢ λήσεις ἢ θεούς, οὐδὲ λογιζόμενος.

Vers: 45.

Verſ: 45. καταπέτασμα] vetus, *velum*, quod mihi non diſplicet. Aliis magis placet, *aulæum*.

Verſ: 46. εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου] Vetus, *in manus tuas commendo ſpiritum meum*. Pro, *commendo*, alii habent, *depono*, cujus mutationis cauſam nullam ſatis juſtam video. Ibid. ἐξέπνευσεν] id eſt, Hebraicè גוע. Num: 20. verſ: ultimo: ויראו כל העדה כי גוע אהרן τὸ, ὅτι ἀπελύθη ἀαρὼν, id eſt, ἐξέπνευσε.

Verſ: 54. ἐπέφωσκε] Vetus & Eraſmus, *illuceſcebat*: Beza, *ſuccedebat*: Piſcator, *appetebat*. Vide Notas meas in Matth: cap: 28. verſ: 1.

Cap. XXIV.

VErſ: 1. ἦλθον] Vetus, *venerunt*. Rectè.

Verſ: 2. ἀποκεκυλισμένον] Vetus, & Eraſmus, *revolutum*: Beza, *devolutum*: Piſcator, *avolutum*. Ex his ſumat lector, quod maximè placuerit: Non multùm enim inter illa credo intereſſe.

Verſ: 4. *Et factum eſt dum ea in re hæſitarent, ecce duo viri ſupervenerunt*: [Piſcator, *ſupervenientes aſtiterunt*] *eis, in veſtibus fulgentibus*. ἀστράπτω, non ſolum eſt *fulguro*, ſed *fulgeo*, & cùm hanc ſignificationem illi prætulerit vetus Interpres, eam ego repudiandam non putavi. τὸ ἐσθήσεσιν eſt à recto ἔσθησις, non autem ab ἐσθὴς.

Verſ: 12.

Vers. 12. rectissimè mihi redditus videtur à Joh: Piscatore, qui tamen, nisi ubi necesse est, à veteri interprete non discedit.

Vers: 15. Malim, *ipse Jesus*, cum Beza, quàm, *tùm ipse Jesus*, cum Piscatore. ἐγγίσας] *appropinquavit*: Piscator.

Vers: 18. Σὺ μόνος παροικεῖς ἐν Ἱηρουσαλὴμ, καὶ οὐκ ἔγνως, &c.] Vetus & Erasmus, *Tu solus pereregrinus es*, &c. Beza & Piscator, *Tu solus commoraris*. Mihi semper ex quo judicare aliquid potui, placuit prior interpretatio, nec sine justis, ut opinor, causis. Theophylactus in hunc locum duplicem verborum istorum expositionem affert sic scribens: Σὺ μόνος, φησὶ, παροικεῖς; ἀντὶ τοῦ, Σὺ μόνος ἐκ τῶν κατοίκων τῆς Ἱηρουσαλὴμ οὐκ ἔγνως τὰ γενόμενα; ἄλλοι δὲ τὸ, παροικεῖς, οὕτως ἐνόησαν. Σὺ, φησιν, οὔτω μόνος παροικεῖς, καὶ ἔξω τῶν ὁρίων τῆς Ἱηρουσαλὴμ ὠκισμένος εἶ, καὶ ἀμέτοχος τῶν ἐν μέσῳ πραττομένων, ὡς μὴ ταῦτα γινώσκειν; id est, *Tu solus*, inquit, παροικεῖς? Hoc est, *Tu solus ex iis qui Hierosolymæ habitant, quæ facta sunt ignoras? Alii autem*, τὸ παροικεῖς, *sic acceperunt. Tu ne, inquit, solus ita peregrinus es & extra fines Hierosolymæ collocatus, expersque eorum quæ palam aguntur, ut hæc nescias?* Posteriorem ex his duabus expositionibus rejicit Beza, sed non refellit, nisi admodum levi brachio. Ait hoc loquendi genus videri sibi à communi loquendi usu remotiùs, negatque istam interpretandi libertatem placere sibi. At quæ isthæc libertas? Quod dicendi genus à communi usu tam remotum? Expositionis est libertas, non inter-

interpretationis, & dicendi genus est tametsi metaphoricum, tamen notum & usitatum satis. Cui enim linguæ, cui idiomati, ignota hæc metaphora, quâ, qui rei gestæ alicubi ignari sunt, hospites ibi ac peregrini esse dicuntur? Jam quòd παροικῶ, significet, *advena, sive peregrinus sum*, satis declarat discrimen illud, quod à doctis inter κατοικεῖν, & παροικεῖν constituitur. Κατοικεῖ, qui fixum alicubi domicilium habet: παροικεῖ, qui more hospitis moratur alicubi ad tempus. Philo Judæus de sacrificiis Abel, & Cain: ὁ τοῖς ἐγκυκλίοις μόνοις ἐπανέχων παροικεῖ σοφίᾳ, οὐ κατοικεῖ, id est, *Qui liberalium solummodo disciplinarum studiosus est, haud ille quidem in sapientiæ ædibus habitat, sed ut hospes tantùm eas invisit.* Basilius magnus 14. ἡ παροικία ἐστὶ διαγωγὴ πρόσκαιρος, οὐχ ἱδρυμένην ζωὴν, ἀλλὰ παροδικὴν ὑποφαίνουσα, id est, παροικία *est status temporarius, non stabilem vitam, sed transitoriam innuens.* Psal. 38. πάροικος ἐγώ εἰμι ἐν τῇ γῇ καὶ παρεπίδημος· πάροικος, id est, גר *peregrinus.* Παροικεῖς ergo hic est, πάροικος εἶ & πάροικος ὢν, hoc est, ἀμέτοχος τῶν ἐν μέσῳ περιπομένων, ut rectè exponit Theophylactus, quia peregrini magna ex parte, & locorum in quibus versantur, & rerum ibi gestarum sunt ignari. Hunc sensum, ut maximè genuinum secutus est Syrus etiam interpres, nec cur ab eo recedendum sit, idoneas aliquas video rationes. Porrò, ut mihi videtur, quod sequitur, exponit id quod antecedit: παροικεῖς, id est, οὐκ ἔγνως. Sic Ovid: Metamorph: lib: 2. fab: 9.

An

An quæ per totam res est notissima Lesbon,
Non audita tibi est?

Si, παροικεῖς, *commoraris*, vertimus, sensus erit: *Cùm tu commoreris Hierosolymæ, solus ex iis qui ibi commorantur ignoras quæ ibi facta sunt?* Sed alter sensus mihi proclivior videtur & elegantior. Dico igitur cum vetere interprete: *Tu solus peregrinus es* [sive, *peregrinaris*,] *Hierosolymæ, neque nosti*, &c. Phil: tamen Melanchthon [Postill: parte 2. pag: 548] disertè ait: *Nomen* peregrinus *mihi hoc loco* [1. Luc: 24. vers: 18.] *non placet.* Et verbis proximè præcedentibus affert hanc interpretationem tanquam meliorem: *An tu es vicinus solitarius?* vel, *Nam tu habitas hîc tanquam solitarius?* Ratio quam subjungit infirma est: *Quia si quis peregrinatur*, inquit, *tunc non est mirum si quid ignoret. Peregrini non debent esse curiosi.* Dico hanc rationem infirmam esse, quia *peregrinus* hîc, est *peregrini similis*; hoc est, tam ignarus acsi peregrinus esses: Cùm omnes hoc norint, cùm ita pervulgatum sit, ut nemini Hierosolymis habitanti ignotum esse possit, tu solus peregrinus es, id est, tanquam peregrinus hæc ignorat? Cic. pro Milone, pag: 548. *An verò, judices, vos soli ignoratis? vos hospites in hac Urbe versamini? vestræ peregrinantur aures, neque in hoc pervagato civitatis sermone versantur, quas ille leges fuerit impositurus nobis omnibus atque inusturus?*

Vers: 19. δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ] *potens opere & sermone.*

Vers: 20.

Vers: 20. Ὅπως τε παρέδωκαν αὐτὸν] vetus, *Et quomodo eum tradiderunt*: Beza omittit conjunctionem; Piscator mutat in, *scilicet*. Ego ver: 19. & 20. sic non incommodè reddi posse arbitror: *Ipse verò dixit eis, Quæ? At illi dixerunt ei, videlicet de Jesu Nazareno, qui fuit Propheta potens opere & sermone, coram Deo & toto populo: Et quomodo eum tradiderunt principes sacerdotum, & magistratus nostri, ut morte damnaretur,* [*quomodo*] *item crucifixerunt eum.*

Vers: 23. ὀπτασίαν ἀγγέλων] Piscator, *apparitionem Angelorum*: alii, *visionem*.

Vers: 28. ἢ] Vetus, *quo*, rectè. Ibid. προσεποιεῖτο] Piscator, *simulabat*: Vetus & Beza, *fingebat*: Erasmus, *præ se ferebat*.

Vers: 34. καὶ ὤφθη Σίμωνι] Vetus; *& apparuit Simoni*: non muto.

Vers: 41. τι βρώσιμον] *esculentum aliquid*, sive, *caulis aliquid*.

Vers: 47. ἀρξάμενος] id est, ἀρξαμένου τοῦ λόγου. Theophylactus, [illegible] ὁ λόγος ἀξιόλογον, [illegible].

Vers: 51. διέστη] Piscator, *discessit*, Rectè.

Vers: 52. Καὶ αὐτοὶ, &c.] id est, *Et ipsi ubi adorassent eum, reversi sunt*, &c.

Finis, Deo sit laus. Augusti 24. in festo sc. Bartolomæi, 1621.

Veteris

Veteris Interpretis cum Recentioribus quibuſdam Collatio in Evangelio Secundùm Johannem.

Cap. I.

Vers. 1. ὁ λόγος] Vetus, *Verbum*: Eraſmus, *ſermo*: Beza & Piſcator, *ſermo ille*. Primus, quod ſciam, Eraſmus, Veterem interpretem hoc nomine quòd λόγον *verbum* verterit, reprehendit. Quòd ſi Patrum & antiquorum ſcriptorum teſtimonio ſtandum ſit, credo illos omnes multò ſæpiùs & lubentiùs, *verbi*, quàm *ſermonis* vocabulo uti. Occurrit aliquoties apud eos, *ſermo*, pro, λόγος, haud diffiteor: ſed ſi cui vacat ad calculos rem vocare, inveniet frequentiſſimum eſſe apud illos *verbi* uſum, *ſermonis* contrà multò rariorem, imò rariſſimum. Ergo quod ex patribus & antiquis ſcriptoribus probari poteſt, hoc unum eſt: non repudiandum eſſe, *ſermonis*, vocabulum: id quod nemo opinor, paulò eruditior negabit. At τὸν λόγον, aptiùs & meliùs per *ſermonem*, quàm per *verbum* exprimi,

hoc verò ex patribus, & vel mediocris vetustatis authoribus ostendi nequaquàm potest. Non displicet mihi interim diligentia eorũ qui pensiculatiùs hæc examinarunt: Sed cùm Patres & probatissimos quosque scriptores non piguerit cum vetere interprete loqui, & ejus generis lis ista sit, ut non multùm à λογομαχίᾳ abesse videatur, æquum esse puto, ut traditæ nobis veluti per manus interpretationi acquiescamus. Τὸ *verbum* itaque retineo, sed ita ut in fine versus *subjecti* locum habeat, non *prædicati*, hoc modo: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & verbum*, [vel, *verbum illud*] *erat Deus*. [August: tractatu 108. in Evang. Johannis, notat etiam suâ ætate in quibusdam Latinis codicibus scriptum fuisse: *In principio erat sermo*: & si quis locum illum Augustini consuluerit, videbit Augustino nec *verbum* nec *sermonem* displicuisse, cum tamen Johannem citans ubique ferè *verbum* non *sermonem*, ponat.] Moschopûlus περὶ σχεδῶν, pag. 47. Λόγος ἰδίως καὶ κατ' ἐξαίρετον, ὁ τοῦ θεοῦ υἱός.

Vers. 2. πρὸς τὸν Θεόν] id est, μετὰ τοῦ Θεοῦ. Moschopûlus περὶ σχεδῶν pag. 25.

Vers. 3. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, &c.] Prudentius περὶ στεφάνων, hymno 10.

Verbo creavit omniformem machinam,
Virtus paterna semper in Verbo fuit.

Claudianus contra Poëtas vanos:

Principio verbũ, inquit, *erat, Deus obside verbo*
Gaudebat, verbumque Dei simul, & Deus idem
Verbum erat. Hoc verbum est sine quo nihil,
omnia per quod

Facta

Facta vigent, quod cuncta regit, cui ſubdita parent
Omnia.

Verſ. 11. Εἰς τὰ ἴδια] id eſt, *in propria*, vel, *In ſua*: Beza, *Ad ſuos*, & annotationibus in Matth: 3. verſ: 1. *Ad ſua*: *Vere igitur*, inquit, *ille venit ad ſua, & ipſum ſui non admiſerunt.* Ibid, αὐτὸν οὐ παρέλαβον] Vetus, *eum non receperunt*: ſc. fide. Ἡ πίστις enim ἀποδοχή. Quare qui aliam ab hac quæſierunt interpretationem. non fecerunt rectè. Vide Aug. Auguſtinus de Trinitate lib. 13. cum non receperunt i. e: *in eum non crediderunt*. Et paulò poſt: qui recepiſſent eum. i.e. *qui in eum credidiſſent*. Idem dicitur a Nonno, tametſi non ita perſpicuè; χωρίσειν enim ponitur pro, πιστεύειν. Vide Nonnum c. 9. v. 36. Tum demum Chriſto honor verè habetur, cum in eum creditur. Qui παρέλαβον hic interpretantur *exceperunt*, ſatis refelluntur ab eruditiſſimo Heinſio, Exercit: ſacræ cap: 15. pag. 290. quem vide.

Verſ. 12. ἐξουσίαν] Vetus, *poteſtatem*: Eraſmus, *ut liceret*. Beza, *hanc dignitatem*, & poſteà, *hoc jus*, quod etiam ſecutus eſt Piſcator. Vox *poteſtas*, non diſplicet, ut nec diſplicuiſſe video recentiſſimis Bibliorum apud nos interpretibus, qui non neſcii quam inde captarint nonnulli occaſionem errores ſuos ſtabiliendi, non ſunt veriti tamen illam retinere. Non enim vocibus, ſed vocum recto ſanoque intellectu fides noſtra nititur. Aliòqui, ſi propter quoſdam non rectè ſentientes, aut quæ benè dicta ſunt malè perverſentes, ad novas verſiones confugeremus, quis modus

esset? quis finis? Melanchthon quodam loco [post Ilarum parte 1. pag: 162.] Dedit eis potestatem filios Dei fieri credentibus in nomen ejus. id est, *Quicunque credunt in eum, hi accipiunt hanc dignitatem* [Attende quæso] *potestatem*, id est, *dignitatem*] *& prærogativam, ut sint filii Dei per gratiam, seu adoptionem.* Nihilò magis favet arbitrii libertati *potestas* quàm ἐξουσία, nec vice versâ. Igitur si ἐξουσία placet, cur non placeat *potestas*, cum non sit vox Latina quæ ap: ùs Græcæ isti respondeat? *Dedit eis potestatem ut filii Dei fierent*, id est, ex mera gratia ad hanc evexit eos sublimitatem, ut filii Dei fierent. Pulcherrimè Erasmus in Paraphrasi: *Ad hanc summam dignitatem admissi sunt humiles, tenues, obscuri, idiotæ, servi, barbari, peccatores, quos mundus habet pro nihilo: à quibus nihil exigitur præter synceram fidem, non eruditio, non generis nobilitas, non Mosaicæ legis religio sed quicunq; cujuscunque conditionis receperunt sermonem hunc, his vicissim hoc dignitatis contulit, ut per fidem ac baptismum insiti Christo, & illius nomen professi, fierent & ipsi filii Dei, ut quod Christus esset per naturam, illi fierent adoptione. Quid autem hoc honore sublimius, ut qui priùs erant filii diaboli, hæredes gehennæ, per solam fidem fierent filii Dei, fratres Jesu Christi, cohæredes regni cœlestis?* Hæc Erasmus, nec est hîc vel syllaba quæ τῷ αὐτεξουσίῳ, aut τοῖς τοῦ αὐτεξουσίου ὑπερασπισταῖς suffragetur.

Vers: 13. Οἱ οὐκ ἐξ αἱμάτων, &c.] Vetus & Erasmus, *Qui non ex sanguinibus, neque*

ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Alii, *ex sanguin, &, ex libidine, &, geniti sunt.* Mihi prior interpretatio, quò simplicior & Græco contextui similior, eò melior videtur. Non nego tamen & alteri suum locum esse tribuendum.

Vers: 14. Καὶ ὁ λόγος σάρξ ἐγένετο] Vetus, *Et verbum caro factum est* : quod expungi nolim, quia in omnium ferè scriptis, etiam recentiorum, rarò, aut non admodum sæpè citatur hic locus nisi eo modo, quo apud veterem interpretem legitur. Ibid. καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν] Vetus & Erasmus, *& habitavit in nobis* : Beza & Piscator, *& commoratus est inter nos.* Inter quas interpretationes parùm interesse puto. Ἐσκήνωσεν, enim est, שכן & שכן est, *habitavit, commoratus est.* Numb. 35. vers: ultimo : אני יהוה שכן בתוך בני ישראל id est, Græcè, ex interpretatione τῶν ὁ: Ἐγὼ γὰρ εἰμὶ κύριος κατασκηνῶν ἐν μέσῳ τῶν ὑῶν Ἰσραήλ. Latinè *Ego Jehovah habito in medio filiorum Israel.* Porro sciendum est, illos ipsos, qui hîc à vetere interprete discedunt, alibi ab illo in ejusdem vocis expositione non dissentire, veluti Apocal. cap. 12. vers: 12. & cap. 13. vers. 6. ubi tam novis interpretibus quàm veteri τὸ σκηνοῦντες, [id est, שוכנים] priore loco est, *habitatis*, & posteriore, *habitāt.* Ibid. δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς] Adriani εἰσαγωγὴ in S. Scripturam p: 9. τὴν, ὡς, συλλαβὴν διχῶς λέγει, [sc. ἡ γραφὴ] ἤτοι κατὰ παραβολὴν, ἢ κατὰ βεβάιωσιν. κατὰ μὲν παραβολὴν, ὡς τὸ, θοῦ αὐτοὺς ὡς

τροχὸν, ὡς καλάμην· κατὰ δὲ βεβαίωσιν, ὡς τὸ, ὡς ἀγαθὸς ὁ Θεὸς τῷ Ἰσραὴλ, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, σφόδρα ἀγαθὸς, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, ἀντὶ τοῦ ἀληθοῦς. Hoc est, *Syllaba* ὡς *bifariam sumitur in Scriptura, nimirùm parabolicè, & bebæoticè* [id est, *confirmationis gratia*:] *Parabolicè, ut* Psal. 82. v. 13. pone illos, ut rotam, ut stipulam. *Bebæoticè* ut Psal. 72. 1. Quàm bonus Deus Israëli, *id est, valdè bonus*: & Joh. 1 14. Et spectavimus gloriam ejus, gloriam ut unigeniti à Patre: *videlicet, veri & germani unigeniti*. Sic Chrys. τὸ δὲ, ὡς, ἐνταῦθα οὐχ ὁμοιώσεως ἐστιν, οὐδὲ παραβολῆς, ἀλλὰ βεβαιώσεως, καὶ ἀναμφισβητήτου δοφισμοῦ· ὡσανεὶ ἔλεγεν, ἐθεασάμεθα δόξαν οἵαν ἔπρεπε, καὶ εἰκὸς ἦν ἔχειν μονογενῆ, καὶ γνήσιον υἱὸν ὄντα τοῦ πάντων βασιλέως Θεοῦ. Hoc est, ὡς, *hic non est similitudinis particula, neque comparationis, sed confirmationis, & indubitatæ asseverationis, ac si dixisset: spectavimus gloriam, qualem conveniebat, & par erat habere eum, qui unigenitus & germanus sit filius omnium regis Dei.*

Vers. 15. Ἰωάννης μαρτυρεῖ περὶ αὐτοῦ, καὶ κέκραγε] Vetus, *Johannes testimonium perhibet de ipso, & clamat*: Erasmus, *Johannes testificatur de ipso, & clamat*: Beza & Piscator, *Johannes testatus est de eo, & clamavit*: rectiùs enim putarunt ut præsens cederet præterito, quàm vice versâ. At ego iis assentior, qui maluerunt præterito præsentis significationem tribuere, quàm præteriti præsenti. Nam ut non sit usitatior hæc Enallage, certè hoc loco ideò præferenda videtur, quia nondum testandi finem fecerat,

fecerat Johannes, & illud ipsum testimonium quod jam protulerat tam fuit recens, ut pro præsenti haberi posset. Ibid. ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν.] Vetus, *Qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat*: Erasmus, *Qui cum me sequeretur, anteceſſit me, quia prior me erat*: Beza in una editione: *Is qui post me venit, ante me fuit, quia prior me erat*: & in alia: *Is qui pone me venit, antepositus est mihi, quia prior me erat*: Piscator, *Is qui me sequitur*: in reliquis cum Domino Beza consentiens. Ex omnibus hisce interpretationibus maximè mihi placet illa, quæ cæteris simplicior videtur, & ad Græca quàm proximè accedere, nimirùm hæc: *Is qui post me venit*, sive, *pone me venit ante me fuit, prior me erat*. [vide infrà hujus cap. vers. 27. & 30.] Hîc si quid obscurum aut ambiguum sit, una brevis annotatio in margine posita aut alibi facilè rem expediet, ne interim dicam, quàm inconveniens sit, ut expositionibus in contextum, quem vocant, intrusis, Lectori præjudicium afferatur.

Vers. 17. ἐγένετο.] Vetus, *facta est*: Erasmus, *exorta est*: Beza, *extitit*: quam interpretationem communem sibi ait cum vetere interprete, cum tamen ipse ediderit, *facta est*: Piscator: *præstita est*: & sic Beza, ni fallor, in postrema editione. Qui dicunt: *præstita est*: reipsa non dissentiunt ab eo qui dicit: *facta est*: ac propterea parùm refert, utram interpretationem sequamur. Τὸ, *extitit*, etiam τῷ, ἐγένετο, non malè respondet, ut mihi videtur. Igitur discrimen, quod hîc est inter in-

terpretes, non magni est momenti.

Vers: 18. ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς] *qui est in sinu Patris*: i: intimus, & velut mens, character, ac sermo Patris. Mercerus ad Pagnini Thesaurum in dictione יחיד

Vers: 19 Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία, &c.] Piscator πολλὰ σιγμὴν ponit post, Ἰωάννου: sed sine exemplarium, quod sciam, authoritate. Vult ille idem esse hoc testimonium cum superiore, nec differre ab illo, nisi quòd circumstantiis sit locupletius. Sit ita. Num repugnat huic sententiæ vulgatis distinctio? Quod si non repugnet, cur repudietur? Dic ergo Latinè: *Et hoc est testimonium illud Johannis, quando miserunt Judæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Levitas, ut interrogarent eum, Tu quis es? Et confessus est & non negavit, & confessus est se non esse Christum.* Vide infra Act. cap. 28. v. 17.

Vers. 21. Sequor vet: interpretem, nisi quòd pro, *Propheta es tu?* Malim: *Propheta ille es tu?*

Vers: 27. αὐτός ἐστιν ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν] id est, *Ipse est qui post me veniens ante me fuit*: vel, *Ipse est qui post me venit, & ante me fuit.* Perinde enim valent hæc verba, ac si legeretur: αὐτός ἐστιν ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, καὶ ἔμπροσθέν μου γεγονὼς, vel αὐτός ἐστιν ὃς ὀπίσω μου ἔρχεται, ἔμπροσθέν μου γέγονε.

Vers. 28. πέραν τοῦ Ἰορδάνου] Vetus, *trans Jordanem.* Vide Notas meas in Matth. cap. 19. vers. 1.

Vers: 43.

Vers: 43. ὃ ἑρμηνεύεται Πέτρος] Vetus, *quod interpretatur Petrus* : ac si, *interpretor*, unum esset ex iis verbis quæ *communia* dicuntur, & tam activæ quàm passivæ sunt significationis. Erasmus, *quod sonat, si interpreteris, lapis* : Beza & Piscator, *quod declaratur Petra* : Beza rursus in alia quam edidit Versione : *quod est, si interpreteris, Petra*. Addam & meam interpretationem, ὃ ἑρμηνεύεται Πέτρος, *quod Græcè dicitur* Πέτρος, id est, *petra*, vel *lapis*. Hîc nihil ponitur, nisi quod necessariò ponendum est, vitandæ ambiguitatis causâ. ἑρμηνεύεται, id est, Ἑλληνιστὶ ἑρμηνεύεται, *Græce redditur*. Πέτρος enim est Græca interpretatio nominis Κηφᾶς, quòd ideò exprimendum putavi, ne, si omitteretur nomen Πέτρος, imperitior aliquis nos nimis audacter à contextu Johannis discessisse, aut eum emendare voluisse opinaretur.

Cap. II.

Vers: 4. τί ἐμοὶ καὶ σοί ;] Hebraicè, מה־לי ולך ut 2. Reg. 3. vers: 13. Propheta Elisæus dicit ad Regem Israëlis : מה־לי ולך, id est Græcè, τί ἐμοὶ καὶ σοί ;

Vers: 10. καὶ ὅταν μεθυσθῶσι] Vetus, *& cùm inebriati fuerint* : Beza, *quùm convivæ sitim expleverint* : Aliter, *& postquam convivæ affatim biberint* : Piscator, *postquam convivæ affatim biberint* :

quod

quod non differt à posteriore interpretatione Bezæ. Possis etiam dicere, *postquam potu satiati fuerint*: vel, *potando satiati fuerint*. [Cæperint hilarescere. Heinsius, *cum verò animi exhilarescunt.*] Cholinum virum doctiss. secutus, qui sic expressit, ἐμεθύσθη, 1. Maccab. 16. 16. καὶ ὅτι ἐμεθύσθη Σίμων καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, ἐχάρη Πτολεμαῖος καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ] id est, ex interpretatione Petri Cholini: *& quum potu satiatus esset Simon*, &c. ubi tamen vetus interpres habet, *inebriatus esset*, & Junius, *affatim bibisset*, & Drusius, *largius bibisset*, sive, *liberaliùs bibisset*; at in annotationibus: *potando satiatus esset*. Eodem redeunt omnes istæ interpretationes, nec multum refert quâ utaris. Nam & ipsum verbum, *inebrior*, molliore & latiore significatione minùs quiddam denotat, quàm sit illud, quod vulgò hoc verbo denotari putatur. Et ut, τὸ μεθύειν non semper in malam partem sumitur, sed dicitur interdum de iis, qui potando ad hilaritatem usque progrediuntur, non tamen ad temulentiam & furorem: sic quid prohibet, quò minus Latini verbi idem etiam sit usus, eadem latitudo? Scitè veterum quidam *tres vuas* esse dixit: unam *necessitatis*, alteram *voluptatis*, & tertiam *furoris*. In prima, ut sit loquar, *vuâ*, verbum Græcum, μέθυσος, & Latinum, *inebrior*, locum non habent; in secunda & tertia habent, sed sæpius in tertia, in secunda verò nonnunquam, sicut clarissimè liquet ex isto loco Johannis, & Genes. 43. v. 34.

Vers. 14. τὸς πωλοῦντας] Vetus, *vendentes*, pro quo malim, *quosdam qui venderent*: alii, *ven-*

venditores, quod ideò non placet, quia participium, actum præsentem denotat, nomen autem verbale, non tam actum, quàm talem personam. Eandem ob causam, vers. 16. citiùs dixerim cum vetere interprete: *Et iis qui columbas vendebant*: quàm cum aliis; *Et columbarum venditoribus*.

Vers. 17. *discipuli* **ejus* magis placet, quàm *ejus discipuli*. Quare? ut manifestior sit syntaxis, cum aliôqui dubium futurum sit, regaturne, *ejus*, à præcedente verbo, an à nomine subsequente.

**vide infra hujus cap. vers. 22.*

Vers. 18. ὅτι ταῦτα ποιεῖς;] id est, *quia*, vel, *quòd*, vel, *quandoquidem ista facis?*

Vers. 19. Λύσατε] *Solvite*: id est, *Destruite*. ἐγερῶ] vetus, *excitabo*. Rectissimè: & sic vers. sequente: ἐγερεῖς. *excitabis*.

Cap. III.

Vers. 3. ἄνωθεν, *denuò*] Canonum Apostolicorum canone 47. Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, τὸν κατ' ἀλήθειαν ἔχοντα βάπτισμα, ἐὰν ἄνωθεν βαπτίσῃ, καθαιρείσθω. id est, *Si denuò baptisaverit*, sive *rebaptisaverit*, *deponatur*.

Vers. 7. ὅτι εἶπόν σοι] id est *quia*, vel, *quod dixi tibi*.

Vers. 8. τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ &c. ἀλλ' οὐκ οἶδας, &c.] Ecclesiastæ cap. 11. vers. כאשר אינך יודע מה־דרך הרוח id est, ex interpretatione τῶν ὁ, Ἐν οἷς οὐκ ἔστι γινώσκων τίς ἡ ὁδὸς τοῦ πνεύματος· τοῦ πνεύματος, id est, τοῦ ἀνέμου, apud Symmachum enim est, ὁ ἄνεμος. Tota autem inter-

interpretatio Hebraicæ veritati aptiùs respondebit, si in hunc modum Græcè enuntietur: Καθάπερ οὐκ οἶδας σὺ ὁδὸς, vel, Καθάπερ σὺ οὐκ οἶδας τὴν ὁδὸς τοῦ πνεύματος. Locus huic nostro quàm simillimus.

Vers: 10. ὁ διδάσκαλος τοῦ Ἰσραήλ] Vetus; *Magister in Israël*: Erasmus, *ille Magister Israëlis*: Beza, *Præceptor ille Israëlis*: Piscator, *Doctor ille Israelis*. Inter 3. posteriores interpretationes perparùm aut nihil interest, nec prima ejusmodi est quin possit certè tolerari.

Vers: 14. ὕψωσεν ὄφιν] Vetus, *exaltavit serpentem*. Rectè ni fallor.

Vers: 21. ὁ δὲ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν] Vetus, *qui autem facit veritatem*: Erasmus, *qui autem operatur veritatem*: Beza & Piscator, *qui verò dat operam veritati*. Ex his prima interpretatio maximè placet, quia Hebraïsmum purum putum retinet. *Veritatem* enim *facere* Hebraicè dicuntur, qui justè & syncere agunt, &, ut quivis facilè cernat, est hîc apertissima antithesis inter ὁ φαῦλα πράσσων, &, ὁ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν. Hæc autem antithesis, cum melius exprimatur retinendo Hebraicum loquendi genus, quàm rejiciendo, nolim ego illud quidem rejici, & rectè factum judico à vetere interprete, quòd retinuerit. Vide Prov. cap. 12. v: 22. & Joh: Drusii Præterita p. 151. & 152.

Ib. ἐν Θεῷ] *in Deo*: i. κατὰ Θεὸν *secundum Deum*.

Vers: 26. πέραν τοῦ Ἰορδάνου] Vetus & Erasmus, *trans Jordanem*: Beza & Piscator, *apud Trajectum Jordanis*. Vide Notas meas in Mat. cap. 19. v: 1.

Vers: 27

Vers: 27. οὐ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδὲν] id est, ut rectè alicubi Melanchthon: *Non potest sibi homo sumere aliquid*: & sic propemodum Piscator: *Homo non potest sibi sumere quicquam.* Ibid. ἐκ τοῦ οὐρανοῦ] id est, θεόθεν, ut optimè παραφράζει Nonnus, sive, quod idem est, ἐκ τοῦ θεοῦ, Vide Matth: 21. vers: 25. & Luc: 15. v: 18. & Daniel. 4. v. 23.

Vers: 28. αὐτοὶ ὑμεῖς &c.] id est, *Vos ipsi mihi testes estis quòd dixerim, Non esse me Christum:* vel, *non sum ego Christus, sed missus sum ante illum*: Hîc verbum verbo fideliter redditur, & si explicationis ergô adjiciendum quid sit, melius id fiat alibi credo quàm in contextu.

Vers: 31. Ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος] Vetus, *Qui desursum venit*: Beza, *Qui superne venit*: Erasmus & Piscator, *Qui e supernis venit*: quam interpretationem in annotationibus suis Beza & rejicit tanquam parum elegantem, &, quod mirum est, tum veteri interpreti, tum Erasmo junctim tribuit, cum tamen apud illum, quod sciam equidem, non possit inveniri. Nam in Bezæ majore Testamento columellis distincto, ubi Vetus interpretatio cum nova comparatur, certissimum est, *desursum* legi, non autem *e supernis*. Quid ergo? vel lapsa est Bezæ memoria, vel lapsus est Typographus, & omisit aliqua, ut plena sit lectio in annot: Bezæ: Superne, ἄνωθεν. *Vulg.* de sursum, *quod barbarum est, & Erasmus*, ex supernis, *quod nusquam memini legere apud idoneos authores.* Hoc videtur verisimilius, Typographum nimirùm lapsum fuisse. Sed quod ad locutionem illam, *e supernis*, attinet, Piscator cujus judicio multùm in his

his rebus tribuisse Bezam constat, non modò non improbavit illam, sed omnibus aliis, ut videmus anteposuit. Et certè multò malim sic dicere, quàm cum Bezâ, *superne*. Nam ut jam olim annotarunt eruditissimi viri, τὸ, *superne*, non est adverbium *de loco*, sed *in loco*, neque significat, *è supero loco*, quod Græcis est, ἄνωθεν, sed *in supero loco*. Horat. de arte:

——— *Ut turpiter atrum.*
Desinat in piscem mulier formosa superne.

Id est, in partibus corporis superioribus, ἄνοθεν, *desuper*. Sic Melanchthon.

Vers: 34. ἐκ μέτρου] Vetus & Erasmus, *ad mensuram*: non malè, ut puto.

Cap. IIII.

VErs: 6. Ἦν δὲ ἐκεῖ πηγὴ τοῦ Ιακώβ] τοῦ Ιακώβ, id est, *quem Jacob fodit & aperuit*, sicut exponit Nonnus in Paraphrasi; ita ut Genitivus, τοῦ Ιακώβ significet non tantum possessorem & Dominum, sed etiam authorem, &, ut sic dicam, primum effossorem fontis. ἐκαθέζετο οὕτως] id est, inquit, Theophylactus: ἁπλῶς, ὡς ἔτυχε, οὐκ ἐπὶ θρόνου, ἀφελῶς, ἐπὶ ἐδάφους. id est, *simpliciter, quomodocunque, non in sede, sine omni apparatu, humi sive super solum*. Ibid. ἐπὶ τῇ πηγῇ] Hebr. על-עין *super fontem*, id est, *juxta, apud*, Gen. 16. vers. 7. וימצאה מלאך יהוה על עין המים id est, Græcè, Εὗρε δὲ αὐτὴν ἄγγελος κυρίου ἐπὶ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος.

Vers.

Vers. 9. οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρίταις] *Non enim utuntur Judæi Samaritanis*] Plautus Trinummo: *Apage te, Amor, non places, nihil te utor*: id est, *Græcè*, οὐ συγχρῶμαί σοι.

Vers. 24. καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν, ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν] Vetus & Erasmus, *& vos, qui adorant eum, in spiritu*, [Erasmus, *spiritu* sine *in*,] *& veritate oportet adorare.* Rectè, & rectiùs aliquantò, ni fallor, quàm qui aiunt: *oportet ut Spiritu ac veritate adorent.* Quoties enim τὸ *oportet* cum verbo subjunctivi modi conjungitur, non solet, *ut* finalis, poni in oratione, sed intelligi duntaxat: id quod quàm plurimis exemplis planum fieri posſit, si ita esſet opus. Quare vel sequor veterem, vel sic scribo: *& qui adorant eum, spiritu ac veritate adorent oportet.* Subjunctivo enim in istiusmodi locutionibus subjici amat impersonale, *oportet*, non præponi. Vide suprà Notas meas in Matth. cap. 17. vers. 10.

Vers. 22. Καὶ ἐν τούτῳ] Vetus & Erasmus, *& continuò*: Beza & Piscator, *Interea verò*: Anglici nostri interpretes, optimè & ad verbum, **And upon this**: Latinè, *Super hoc*, vel, *Super hæc.*

Vers. 32. Ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, &c.] id est, *Ego cibum habeo comedendum quem vos nescitis*: vel, *Est mihi esca edenda quam vos nescitis*: vel, *Quam edam escam habeo, quam vos nescitis.*

Vers. 34. Rectè vetus: *Meus cibus est*, [vel, *Mea esca est*] *ut faciam voluntatem ejus qui misit me, & perficiam.* [Sic enim proculdubiò

dubiò legendum, non, *ut perficiam*] *opus ejus.*

*Vide Heinsii exercitat. sacræ cap. 20. pag. 372. & 373.

Vers: 46. *βασιλικὸς] Vetus & Erasmus, *regulus*: Beza & Piscator, *regius*, id est, *unus ex Herodis aulicis*, inquit Beza: Piscator, *Regis Herodis Minister*. Græco-Latinum Vetus, Βασιλικὸς, *Regulioſus*, *Regius*, *Regalis*, *Imperialis*, *Principalis*, *Regillus*, *Regulus*.

Vers: 52. κομψότερον ἔχει] *melius habuerat.* Κομψὸς, *bellus*, & κομψῶς ἔχειν, *belle habere*, ut apud Ciceronem ad Tironem Epistolâ 15. *Is etsi mihi nuntiavit te plane febri carere, & belle habere*: *tamen*, &c. id est, Græcè: Ἐι καὶ ἔτ@ ἀπήγγειλέ μοι ὅτι ἀφῆκε σε ὁ πυρετὸς, καὶ κομψῶς ἔχεις. ὅμως, &c.

Vers: 54. ἐλθών] id est, *postquam venit.*

Cap. V.

Vers: 4. ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ] *movebat aquam.* Vulgaris interpres videtur legisse, ἐταράττετο ὕδωρ, habet enim *movebatur*. Rectè, si apud Johannem esset, ἐταράσσετο. Nam ταράσσειν est, κινῶν, &, ταράττεσθαι, κινεῖσθαι, & ταραχὴ, κίνησις. Sic vulgaris paulò post in eodem versu. μετὰ τὴν ταραχὴν τ@ ὕδατ@] *post motionem aquæ*: quam interpretationem defendit Heinsius exercit: sacræ cap: 21. pag. 378. ᾧ δήποτε κατέχετο νοσήματι] id est, *quocunque morbo, quacunque infirmitate teneretur*: vel, ut alii, *quocunque detineretur morbo.*

Vers 5.

Ver: 5. Ἦν δέ τις &c.] id est, *Erat autem illic quidam octo & triginta annos habens in infirmitate.* hoc est, qui infirmus, sive, morbidus fuisset annos octo & triginta. Quòd vox *infirmitas*, ἀσθὶ τῆς ἀῤῥωστίας, sive ἀδυνάτου non sit repudianda, docent Notæ meæ in Matth. cap. 8. v. 17.

Vers. 13. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐξένευσεν ὄχλου ὄντος ἐν τῷ τόπῳ] id est, *Jesus enim evaserat:* [ad verbum, *enataverat.*] ut optimè Beza, & post illum Piscator. Thema enim est ἐκνέω, vel, ἐκνεύω, à simplici νέω, vel νεύω, *nato.* Tam enim ab illo quàm hoc futurum esse potest, νεύσω, unde ἔνευσα, & cum ἐξ, ἐξένευσα. Hoc certissimum est, & cuivis facilè liquere potest: At non perinde liquet de genitivo, ὄχλου, ponatur ne *absolute*, an pendeat à præpositione ἐξ, in ἐξένευσεν. Beza conjungit cum, ἐξ: Piscator sic interpretatur, & sic etiam Erasmus, acsi poneretur *absolute*. Anglici nostri interpretes, (qui nimirum noviſsimè huic negotio manum admoverunt,) utramque syntaxin sequuntur: Piscatoris in contextu, Bezæ in margine. Ergo prætulerunt Piscatoris syntaxin: & digna certè est, quæ præferatur. Causam enim reddit valdè probabilem clandestini Christi discessus, hoc est, cur ita discesserit ut discessus ejus non notaretur. Evaserat, nemine animadvertente: Quare? Eò quod turba esset in illo loco. Facilè enim latemus in turba. Ὁ δὲ Ἰησοῦς, &c.] id est, Piscatore interprete: *Jesus enim evaserat, eò quòd turba esset in illo loco.* Anglicè, for Jesus had conveyed himselfe away, [or, had slipt away] a multitude being in that place. Or,

for that a multitude was in that place.

Vers: 17. ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι] Si Deus usque adhuc operatur: falsum esse videtur illud quod legitur initio 2. capitis Geneseos, Deum nimirùm die septimo ab omni opere suo quievisse. Inter hæc duo loca species quædam repugnantiæ est, repugnantia nulla; sicut præclarè docet, omnium optimus Scripturarum Enarrator, Joh. Chrysostomus homilia 10. in Genesin, pag. 63. Savilianæ editionis ubi hæc verba habet ut clarissima, ita ad hunc nodum solvendum cumprimis idonea: τί οὖν ἐστι τὸ ἐντεῦθεν ἀνακύπτον ἡμῖν ζήτημα; τῆς θείας γραφῆς ἐνταῦθα λεγούσης, ὅτι κατέπαυσεν ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ὁ Χριστός φησιν, ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι· οὐ δοκεῖ ἐκ τῆς προφορᾶς τῶν ῥημάτων ἐναντίωσίς τις εἶναι ἐν τοῖς λεγομένοις; ἀλλὰ οὐκ ἔστι· μὴ γένοιτο. οὐδὲν γὰρ ἐναντίον τῶν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ κειμένων. Ἐνταῦθα γὰρ εἰποῦσα ἡ γραφὴ, ὅτι κατέπαυσεν ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, διδάσκει ἡμᾶς, ὅτι τοῦ δημιουργεῖν, καὶ ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παράγειν ἐπάυσατο κατὰ τὴν ἕκτην ἡμέραν· ὁ δὲ Χριστὸς λέγων, ὅτι ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι, τὴν διηνεκῆ αὐτοῦ πρόνοιαν ἡμῖν παραδηλοῖ, καὶ ἐργασίαν λέγει, τὸ διακρατεῖν τὰ γεγενημένα, καὶ τὴν διαμονὴν αὐτοῖς χαρίζεσθαι, καὶ ἡνιοχεῖν τὴν σύμπαντα χρόνον. Summa responsionis Chrysostomi hæc est: Mosis verba Geneseos 2. intelligenda esse de operibus creationis: Christi verò de toto providentiæ divinæ cursu, quo res creatas perpetuò fovet, sustentat, gubernat, & ad fines quàm maximè debitos ac convenientes dirigit. Hæc est bona & solida responsio:

responsio: quod si qua posteà creata sunt, ea referenda sunt non tàm ad opus creationis, quàm ad opus providentiæ.

Vers. 18. ἀλλὰ καὶ πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεόν] Vetus, *sed & patrem suum dicebat Deum*. Erasmus, *sed & patrem suum dixisset Deum*: Beza & Piscator, transpositis terminis, *sed & Deum dixisset patrem suum*: quod magis probo propter articulum ante θεὸν collocatum.

Vers. 19. ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα] Vetus, *non potest Filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem*: Erasmus, *nisi quid viderit* &c. Beza & Piscator, *non potest Filius à semetipso operari*, id est, *nisi videris Patrem operantem*. Qui exegeticas particulas addunt in contextu, non tam interpretes quàm scholiastas agunt, & præterea nimium diffidunt captui Lectoris. Igitur ego veterem hic interpretem sequor, paucis duntaxat immutatis in hunc modum: *non potest Filius à semetipso facere quicquam, nisi viderit Patrem facientem*. Vide infra hujus cap. v. 30.

Vers. 23. τὸν πέμψαντα αὐτόν] Vetus & Erasmus, *Qui misit eum*: & sic Beza etiam in nonnullis editionibus: at in postrema editione, *ut qui miserit eum*: nec aliter Piscator. Ego hîc etiam veterem interpretem sequor, nec causam video, cur sequi non oporteat. Quid enim est, τὸν πέμψαντα αὐτόν, nisi ὅς ἔπεμψεν αὐτόν?

Vers. 25. ἔρχεται ὥρα] id est, *venit hora*, vel, *venit tempus*.

Vers: 27. *Et potestatem dedit ei etiam judicium exercendi, quia,* [vel, *quatenus*] *Filius hominis est.* Beza in contextu, pro, *potestatem, authoritatem* substituit: at in annotationibus suis super hunc versum, quoties loquitur de jure isto Filii, (loquitur autem quater minimum aut quinquies) toties *juris* aut *potestatis* utitur vocabulo, (sed hoc sæpius) nunquam verò *authoritatis.*

Vers: 30. ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με πατρός] id est, *sed voluntatem patris qui misit me.*

Vers. 31. οὐκ ἔστιν ἀληθὴς] Vetus, *non est verum*: & sic etiam Erasmus & Piscator: unus Beza dissentit, sed sine causa, ut ostendit Heinsius exercitat. sacrarum pag: 233. qui pro, *verum,* maluit dicere, *idoneum,* non hîc solùm, sed proximo etiam versu.

Vers. 34. οὐ παρὰ ἀνθρώπου τὴν μαρτυρίαν λαμβάνω] Vetus, *non ab homine testimonium accipio:* Beza & Piscator, *ab homine testimoniũ non capto*: acsi accepisset quidem Christus testimoniũ Johãnis, sed non captasset. Imò ne accepit quidem, hoc est, non tanti fecit, ut absq; eo foret, actũ de se putaret: non accepit ut necessariũ, & præcipui alicujus ponderis: non acquievit ei, nec tantùm tribuit, ut si minùs id valeret, omnibus se destitutum præsidiis existimaret. Theophylactus: θεὸς ὢν οὐ δέομαι ἀνθρωπίνης μαρτυρίας, τῆς τοῦ δούλου ὁ δεσπότης: id est, *Deus cùm sim, non est mihi opus testimonio hominis, mihi, inquam, domino non est opus testimonio servi.* Tam hîc itaque, quàm infrà hujus cap: vers 41 τῷ, λαμβάνω, usitatam significationem tribuendam arbitror.

Vers. 39.

Vers: 39. Ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς] Vetus & Erasmus, *Scrutamini Scripturas*: modo nimirum *imperandi*; at Beza & Piscator, *vos scrutamini scripturas*: *indicandi* sc. modo, sive ὁριστικῶς. Similis est ambiguitas infra, cap: 14. vers: 1. in verbo πιστεύετε, & 1. Cor. 11. vers: 26. ubi τὸ, καταγγέλλετε, aliis, ὁριστικῶς, aliis προστακτικῶς significat: idemque dicatur de verbo, φαίνεσθε, Philipp: 2. vers: 15. Quod ad præsentem locum attinet, si paucos duntaxat excipias, vix aut ne vix quidem reperies aliquem, non dicam inter antiquos patres, sed ne inter recentiores quidem Theologos, qui aliter hæc verba, quàm προστακτικῶς acceperit. Infinitum esset testimonia huc facientia omnia congerere. Gustus itaque causâ, unum aut alterum, nec multò certè plura, proferam in medium. Joh. Chrysostomus Hom: 24. in Genesin, propè initium: Διὸ δὲ παρακαλῶ μηδὲν ἁπλῶς παρατρέχωμεν τῶν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ κειμένων, ἀλλὰ κἂν ὀνομάτων κατάλογος ᾖ, κἂν ἱστορίαι διήγησις, τὸ ἐγκεκρυμμένον ἀνιχνεύωμεν θησαυρόν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· Ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς· ἐπειδὴ οὐ πανταχοῦ ἐξ ἐπιπολῆς ἐστιν εὑρεῖν τὸν νοῦν τῶν ἐγγεγραμμένων, ἀλλὰ χρεία καὶ πολλῆς ἐρεύνης ἡμῖν, ὥστε μηδὲν ἡμᾶς λαθεῖν τῶν ἐν τῷ βάθει κειμένων. Ait hîc Chrysostom: sacras Scripturas non leviter, aut temerè percurrendas, sed accuratè legendas & cum diligentia summa, ne, si negligentiùs tractentur, bona pars thesauri illius qui in illis latet nos fugiat. Atque ut hoc faciliùs persuadeat remittit nos ad Christum ipsum jubentem ἐρευνᾶν τὰς γραφάς, id est,

non summam quasi cutem illarum leviter perstringere, sed scrutari & rimari altius, haud aliter ac terræ venas rimantur, qui aurum & pretiosissima quæque effodiunt. Idem homiliâ 37. in Genesin, primis ipsis verbis: Μεγάλη τῆς θείας γραφῆς ἡ δύναμις καὶ πολὺς ὁ τοῖς ῥήμασιν ἐγκεκρυμμένος πλοῦτος τῶν νοημάτων, δι' ὃ προσήκει μετὰ ἀκριβείας ἡμᾶς προσέχοντας πολλὴν ποιεῖσθαι τὴν ἔρευναν, ἵνα δαψιλῆ τὴν ὠφέλειαν ἐντεῦθεν καρπωσώμεθα. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς παρήγγειλε λέγων, Ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς &c. Audi: παρήγγειλεν, ergo παραγγελτικῶς, sive, προστακτικῶς, verba Christi accipienda. Et sanè nisi sic accipiantur, doctissimorum utilissimæ disputationes fundamentum cui innitantur, non habebunt. Beza ipse, Epistolâ ad Andræam Dudithium pag: 4. lin: 24. & 25. *Sic enim ipse Prophetarum Dominus jusserat, inquiens*: Scrutamini Scripturas, quia illæ testantur de me. Sed pergamus: duo enim testimonia adhuc restant sumpta ex Origene. Sic ergo Origenes φιλοκαλίας cap: 1. pag. 40. Διὰ τοῦτο δεῖ ἀκριβῶς τὴν ἐντυγχάνοντα, τηροῦντα τὸ τοῦ σωτῆρος πρόσταγμα, τὸ λέγον, Ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς, ἐπιμελῶς βασανίζειν, πῇ τὸ κατὰ τὴν λέξιν ἀληθὲς ἔστιν, καὶ πῇ ἀδύνατον, &c. Videmus hîc vocem Christi dicentis, Ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς, πρόσταγμα, id est, *edictum*, seu *mandatum* disertè appellari. Idem ibid. cap. 5. pag. 72. & 73. ὡς φησὶν αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς, ἐφ' ἃς ἀναπέμπων ἡμᾶς, φησὶν, Ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς, &c. Addo ex Augustino in Psal. 108. Tomi 8. col. 1269. *Quod etiam hîc significavit, si quis diligenter intendat. Scrutari enim jussit Scripturas, quæ testimonium*

perhibent

perhibent de Illo, non in ſuperficie [ἐξ ὑπολῆς] *pertranſiri.* Idem Epiſtolâ 80. col. 365. *Sed quoniam Scripturæ ſcrutandæ ſunt, nec earum ſuperficie debemus eſſe contenti, quæ ad exercitationem ſuam ita modificatæ ſunt, ut altiùs ſe penetrari velint, diligenter ſunt inſpicienda ſequentia.* Calvinus in hunc locum: *Sed hoc bonam partem,* [ſc: in legendis Scripturis] *impedit, quòd neglectim & quaſi in tranſcurſu tantùm ſuperficiem inſpiciunt. Atqui ſummâ attentione opus erat. Ideò penitùs abſconditum hunc theſaurum ſcrutari Chriſtus jubet.* Ex his ergo teſtimoniis liquere poteſt (quibus nullo negotio addi poſſent & infinita alia) aut non erraſſe hîc veterem interpretem, aut ſi erravit, habere illum, & plurimos & authoritate præſtantes erroris ſui ſocios. Nam quin τὸ *ſcrutamini,* apud illum, modi ſit imperativi, nemo, opinor, dubitat.

Verſ: 41. ὃ λαμβάνω] vide ſuprà hujus cap. verſ: 34. & paulò inferiùs, verſ: 44. ubi, ζητεῖτε accipio, pro ζητεῖσθε, ut interrogandi nota locetur, ſicut vulgò fit, in fine verſus. Piſcator verò, contrà exemplarium, credo, fidem non dubitat interrogationis notulam, τὸ λαμβάνοσθε, in medio verſu ſubjicere, & τὸ, poſt λαμβάνοσθε, ſic interpretari, ac ſi eſſet, ἀλλά.

Verſ: 46. περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε] id eſt, *de me enim ille ſcripſit*: ut rectè vetus. Sed ubi ſcripſit? Cùm aliis multis in locis, tum Geneſ: cap: 1. verſu 26. teſte egregio Doctore, Johanne Chryſoſtomo Hom: 8. in Geneſin pag. 46. his verbis: ἀλλὰ ἐρώμεθα τὸν Ἰουδαῖον, καὶ ἡμεῖς τί φησι; Πρὸς τίνα εἰρηκεν, τὸ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον

ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν; Μωϋσέως γὰρ οὐκ τὰ γράμματα, ᾧ Χείρσι μὲν πιστεύειν, οὐ πιστεύουσι δὲ, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς φησίν· εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί. ἀλλὰ τὰ μὲν γράμματα παρ' αὐτοῖς, τὰ δὲ νοήματα παρ' ἡμῖν.

Cap. VI.

VErs: 1. πέραν τῆς θαλάσσης, &c.] Vide Notas meas in cap. 19. Matthæi v. 1.

Vers: 9. καὶ δύο ὀψάρια: *& duos pisciculos*] Ὄψον, τὸ, est *piscis*, quia inter τὰ ὄψα, pisces eminent, & principatum quendam tenent, saltem τῶν ὀψοφάγων judicio. Athenæus Dipnosoph. lib: 7. non procul ab initio: Εἰπόντος, ἄνδρες φίλοι, πάντων τῶν προσοψημάτων ὄψων καλουμένων, ἐξενίκησεν ὁ ἰχθὺς διὰ τὴν ἐξαίρετον ἐδωδὴν μόνος οὕτω καλεῖσθαι, διὰ τὸ ἐπιμανῶς ἐσχηκότας πρὸς ταύτην τὴν ἐδωδήν· Hoc est, *Cum omnia, amici mei, edulia*, ὄψα *vocentur*, *piscis*, *eò quòd cibus sit esu eximius, hoc sibi suo quasi jure vendicavit, ut solus ita vocaretur, eoque magis, quòd sint qui ejus esu supra modum delectentur.* Ὄψον pro *pisce*, reperio etiam apud 70. interpretes, veluti, Num. 11. vers: 22. ubi, non multò secùs quàm Andreas hìc, Moses quærit, μὴ πρόβατα καὶ βόες σφαγήσονται αὐτοῖς, καὶ ἀρκέσει αὐτοῖς; ἢ πᾶν τὸ ὄψον τῆς θαλάσσης συναχθήσεται αὐτοῖς καὶ ἀρκέσει αὐτοῖς; id est, *Num oves*

& boves mactabuntur illis, & sufficient illis? Num omnes pisces maris congregabuntur illis, & sufficient illis? Pollicitus Deus fuerat se tantâ copiâ daturum carnes populo Israelitico, ut haberent quo ad nauseam usque se satiarent, idque non ad diem unum, aut biduum duntaxat, sed ad integrum mensem: sed Moses, quâ erat tum ὀλιγοπιστίᾳ, hæsitabat.

V: 12. συναγάγετε τὰ περισσεύσαντα κλάσματα,] id est, *Colligite*, sive, *Cogite quæ supersunt fragmenta*. Tam enim aptari potest τῷ περισσεύσαντα, participium præsentis temporis, quàm τῷ συναγάγετε præsentis temporis verbum.

Vers: 15. Ἰησοῦς οὖν γνοὺς, &c.] id est, *Jesus ergo cùm cognovisset, venturos eos, ipsumque rapturos, ut regem facerent, secessit rursus in montem ipse solus.* τὸ, ἀυτὸν, posteriore loco πλεονάζει.

Vers: 22. πέραν] Vetus, Erasmus, & Beza in nonnullis editionibus, *trans*: Piscator & Beza in postrema editione, *cis*. Quemadmodum istæ interpretationes, quæ specie pugnant, conciliari possint, docent annotationes meæ in cap: 19. Matth: vers: 1. Ibid. ἀλλὰ μόνοι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπῆλθον.] Qui distinguunt inter αὐτὸς, & ἀπῆλθον, & ἀπῆλθον, cùm ὄχλῳ potiùs quàm cum μαθηταὶ conjungunt, mihi videntur & socianda separare, & non socianda connectere.

Vers: 26. ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων] id est, *comedistis ex panibus illis.*

Vers: 27.

Vers. 27. * Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν &c.] Vetus, *Operamini non cibum qui perit*, &c. Beza, *Operamini*. [Sic enim malo legere, quàm, *Operemini*] *non cibo qui perit, sed cibo illi qui permanet*, &c. quod elegantiùs dictum non diffiteor; sed cum usus Ecclesiasticus (cui multum ego tribuendum censeo) priorem interpretationem approbarit, nonne æquum est ut filii Ecclesiæ, matris suæ tum sermonem imitentur, tum revereantur authoritatem? Consule Ciceronem, & non est proba locutio: *Operaminis cibum*: Consule Augustinum, & est. Dummodo ergo veritas detrimenti nihil accipiat, nolim nos nimis promptos faciles ve esse ad fastidiendum formulas illas loquendi, quas pia nobis antiquitas commendavit.

* *Vide Heinsium*

Vers. 31. ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, &c.] id est, *panem è cœlo dedit eis comedendum.*

Vers. 35. ὁ μὴ πεινάσῃ] id est, ὁ πεινάσῃ, *non esuriet*: ὁ μὴ διψήσῃ] id est, ὁ διψήσει, *non sitiet.*

Sic vers. 37. ὁ μὴ ἐκβάλω ἔξω] id est, ὃν ἐκβαλῶ ἔξω: *non ejiciam foras*, ut est apud veterem interpretem.

Vers. 41. * Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ καταβὰς ἐκ τῆς οὐρανοῦ] id est, *Ego sum panis ille qui è cœlo descendit*: ut rectè Piscator: & sic paulò post, versu nimirùm 51. *Ego sum panis ille vivificus qui è cœlo descendit*: non, *descendi*. Vide hujus cap. v. 58.

* *Vide Notas meas ad Act. 4. v. 34.*

Vers. 52. Πῶς δύναται, &c.] id est, vel, ut alii, vel, *Quomodo potest hic carnem suam comedendam nobis dare?*

Vers. 61.

Vers. 61. τοῦτο ὑμᾶς σκανδαλίζει;] Vetus, *Hoc vos scandalizat?* alii, *Hoc vos offendit?* Me neque offendio τὸ σκανδαλίζειν, neque scandalizat τὸ offendit, cùm alterum eorum sit in usu apud elegantiores authores, alterum verò Ecclesiæ familiariter notum sit.

Vers. 63. τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν] Vetus, *Spiritus est qui vivificat*, & sic quoque Erasmus, & Beza etiam in nonnullis editionibus: at in aliis, *Spiritus est id quod vivificat*: quam interpretationem secutus est Piscator.

CAP. VII.

Vers. 12. Καὶ γογγυσμὸς πολὺς περὶ αὐτοῦ ἦν] Vetus, Erasmus, & Beza, *Et murmur multum erat* &c. Rursus Beza, cui astipulatur Piscator: *Et murmuratio multa erat*, &c. Cur murmurationem murmuris prætulerint nescio.

Vers. 18. καὶ ἀδικία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν] id est, ψεῦδος, δόλος, ἀπάτη. Vide 2. Thess. 2. v. 12.

Vers. 21. καὶ πάντες θαυμάζετε διὰ τοῦτο] Sic lego ex Theophylacto, apud quem, διὰ τοῦτο, non est finitum lect. versus, sed finis hujus. Atque hæc distinctio multis doctissimis viris probatur, veluti Bezæ, Casaubono, & aliis. Excusi tamen libb. ni fallor, omnes, διὰ τοῦτο θαυμάζετε sic separant, ut diversos illis versus assignent, τὸ θαυμάζετε nimirum in fine vers. 21. τὸ, διὰ τοῦτο autem in principio vers. 22. ponentes. Hanc distinctionem secutus est & Vetus

Vetus interpres, cui, Διὰ τοῦτο, est, *Propterea*: at Bezæ, in omnibus, quod sciam, editionibus, *Attamen*: à quo tamen dissentit Piscator, qui maluit hîc veterem interpretem sequi, sed ita ut de suo addiderit post, *Propterea, audite*.

Vers: 22. (οὐχ ὅτι ἐκ τοῦ Μωσέως ἐστὶν, ἀλλ' ἐκ τῶν πατέρων,) καὶ ἐν σαββάτῳ περιτέμνετε ἄνθρωπον] id est, (*non quòd ex Mose sit, sed ex patribus*) *& propterea Sabbatho circunciditis hominem*. Hîc lego, καὶ διὰ τοῦτο ἐν σαββάτῳ &c. ac si, διὰ τοῦτο, per negligentiam librarii, è propria sede ejectum fuisset, & in locum alienum intrusum, id quod sæpenumerò accidisse vidimus: ut germana lectio integri versus sit: Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὴν περιτομὴν, (οὐχ ὅτι ἐκ τοῦ Μωσέως ἐστὶν, ἀλλ' ἐκ τῶν πατέρων.) καὶ διὰ τοῦτο ἐν σαββάτῳ π. ά. Nolo hæc ita accipi, ac si statuam aliquid. Nihil certè statuo, sed propono duntaxat conjecturam meam, libenter auditurus, quid sentiant alii, qui & judicio valent, & veritatis sunt amantes.

Vers: 23: ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος Μωσέως] Vetus, *ut non solvatur*. Piscator, *ut ne solvatur*. id est, vel, hanc ab causam ne solvatur: vel, sic ut non solvatur, nimirùm, lege Mosis salvâ & inviolatâ manente. Priore modo, ὁ νόμος Μωσέως, est circuncisio; posteriore, Sabbathum. Chrysost. Homiliâ εἰς τὴν γεραπέντην τοῦ σωτῆρος, [Tom: 5. Savilianæ editionis, pag: 872.] κελεύει γὰρ ὁ νόμος τῇ ὀγδόῃ περιτέμνειν· καὶ ἐὰν ἀπαντήσῃ ἡ ὀγδόη ἐν σαββάτῳ, περιέρχεσθαι εἰς μέσον ὁ ἱερεύς, καὶ μεταχειρίζεσθαι

σιδήρειον, καὶ ἐργάζεται τὴν τέχνην, καὶ ἀργεῖ τὸ σάββατον διὰ τὴν περιτομήν. Ἐρωτήσωμεν τοίνυν Ἰουδαίους, ἄνεσις τὸ σάββατον; ἀργία τελεία, ἢ ἡμέρα; τίνος ἕνεκεν ἡ ὀγδόη ὑπερβάλλει τὴν ἑβδόμην; διὰ τί ἡ ὀγδόη γίνεται ἐπάνω τῆς ἑβδόμης; ἀλλ' Ἰουδαῖοι μὲν τὰ Ἰουδαϊκὰ οὐκ οἴδασιν· ἡ δὲ ἐκκλησία τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸν Χριστὸν οἶδε, καὶ τὰ Ἰουδαϊκὰ μαθήματα· Περιτέμνεται γὰρ τὸ παιδίον τῇ ὀγδόῃ, ἐπειδὴ ἔμελλε τῇ ὀγδόῃ ἡ ἀνάστασις ἡ κυριακὴ περιτομὴ εἶναι παντὸς τοῦ κόσμου· Διὰ τί γὰρ μὴ προσέταξε Μωϋσῆς περιτέμνειν τῇ ἕκτῃ, διὰ τί μὴ τῇ ἐννάτῃ, ἢ τῇ δεκάτῃ; φανερὰ τοίνυν ἡ ὀγδόη καθ' ἣν ἀνέστη ὁ Κύριος. Hæc Chrysostomus de circuncisionis suprà Sabbathum prærogativâ, & de causa cur non sexto, nono, aut decimo, sed octavo demum die infantes Judæorum circunciderentur.

Vers. 24. ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε] id est, *sed justum judicium judicate*: ut rectè & ad verbum Vetus interpres.

Vers: 27. ἀλλὰ τοῦτον οἴδαμεν πόθεν ἐστίν] Vetus, *sed hunc scimus* [*novimus*] *unde sit*: Alii, *sed novimus unde hic sit*. *Accusativus* pro *Nominativo* in istiusmodi loquendi generibus sæpissimè, ut notum est, ponitur, non solùm apud Græcos scriptores, sed etiam apud Latinos, eòsque primæ notæ, ut non sit causa cur qui sic loquantur, minus locuti eleganter fuisse, aut correctione dignum aliquid commisisse existimentur. Vide H. Stephani Animadversiones in lib: Corinthi de Dialectis pag: 50. & 51.

Vers: 33. Ἔτι μικρὸν χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι] Vetus, *vobiscum sum*, & sic Erasmus: Beza

Beza & Piscator, *ero vobiscum*: & mox, in hoc eodem versu, *abibo*, pro *abeo*, sive, *vado*, & vers. proximo, *ero* rursus, pro, *sum*, & *poteritis*, pro *potestis*. Sed si Græcè rectè ponitur *præsens* pro *futuro*, cur non & Latinè eadem enallage locum habeat?

Vers. 34. καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν.] H. Stephanus, & Is. Casaubonus pro εἰμὶ, hic legendum potius judicant, ἔρχομαι, id est, *eo*, aut *ibo*. Nanssius etiam vir eruditiss. notis suis in Nonni paraphrasin, pag. 82. novam hanc lectionem anteponit veteri, nec aliter legisse censet, aut Nonnum, aut Theophylactum; quia apud utrosque expositionis vice afferuntur verba, quæ τὸ ἔρχομαι, non τὸ εἰμὶ respondeant. Atque id Nonnum fecisse notat, non hoc solùm loco, sed aliis quibusdam præterea. Probare etiam conatur ex Johanne ipso, veram hic lectionem esse, ἔρχομαι. *Nam*, inquit, *Johannes infra*, [vid. cap. 8. v. 22. & cap. 13. v. 33.] *idem dictum repetens loco τοῦ* ἐγὼ *substituit verbum*, ὑπάγω, id est, *vado*: *Ergo hic ratio postulat, ut verbum sit ejusdem significationis*. At ego contra potius ratiocinor in hunc modum. Frequentissimus est apud Johannem verbi ὑπάγω usus, neque solet pro illo aliud minus notum & usitatum, quale τὸ ἔρχομαι est, substituere: ergo, εἰμὶ non autem ἔρχομαι legendum hîc esse videtur. Præterea cùm vers. proximè antecedente, εἰμὶ significet *sum*, nec impediat aliquid, quò minùs eodem & hîc modo capiatur, quæ ratio est, cur in locis tam vicinis tam diversa sibi significata assumat? Adhæc, Nonnus, ut Poëta, metri servivit legibus,

legibus, & Theophylactus dum sententiam loci exprimeret, nihil pensi habuit, quibus verbis uteretur. Nam si sensum spectes, quid interest, dicás ne: *ubi ego ero, non potestis venire*: an, *Quô ego vado*, aut *ibo*, *non potestis venire?* Cæterum Nansio usque eô placuit, τὸ εἶμι, ut in Johanne à se edito, & cum Nonni paraphrasi conjuncto, non sit veritus illud in contextum recipere: quod factum tamen ab illo nollem, cùm præsertim libri, opinor, omnes, tàm recentes, quàm veteres apertè reclament. Receptæ enim lectiones non sunt temerè solicitandæ, ne tùm quidem, cùm nactus videberis aliquid, quod meritò præferendum videatur.

Vers. 35. πρὸς ἑαυτοὺς] Vetus, *ad semetipsos*. Quod non corrigo: sic Hein: exer: sacrarum, pag. 403. πρὸς ἑαυτοὺς, *interpres vetus optime, ut alia non pauca*, ad semetipsos, *reddidit*. ποῦ ἔστος μέλλει πορεύεσθαι] id est, *Quô iste iturus*, sive, *profecturus est*, &c.

Cap. VIII.

Vers: 4. κατειλήφθη] Pro, κατελήφθη. Ἐλήφθην enim & ἐλήφθη lego, εἰλήφθην & εἰλήφθη non lego, aut si legi alicubi, legisse me certè oblitus sum. Marc. 16. 19. ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν, non autem: ἀνειλήφθη. Sed si mendum est, in omnia, quæ viderim, irrepsit exemplaria, iis duntaxat excepris, quæ aliam ab hac sequuntur lectionem, nimirùm: τάντην ἔνρομεν ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένην.

Vers:

Verſ. 5. pro, *lapidentur* malim *lapidaretur*, quia præcedit, *mandavit*. Didici enim à præceptoribus meis præteriti perfecti temporis verbo præcedente, ſubjunctivum in præterito imperfecto poni debere.

Sed hoc leviculum eſt, haud tamen adeò leve, quin obſervari, quàm non obſervari præſtiterit.

Verſ. 9. principium rectè redditur à Piſcatore. ὃς καὶ ὃς] Vide ſuprà Marc: 14. 19. & Rom: 12. 5.

Verſ: 21. καὶ ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν ἀποθανεῖσθε] Vetus, *& in peccato veſtro moriemini*: Beza, *& in hoc peccato veſtro moriemini*: Piſcator tamen delet, *hoc*, & ut ſæpè aliâs, ita hîc etiam, veterem interpretem antepohit Bezæ.

Verſ: 22. ὅτι λέγει] Beza & Piſcator, *qui dicat*: At ego malim cum vetere interprete: *quia* [aut *quoniam*] *dicit*.

Verſ: 23. ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστέ, ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμί] id eſt, *Vos eſtis ex iis quæ infra ſunt, ego ex iis quæ ſupra*: vel, *vos ex locis inferioribus eſtis, ego ſum ex locis ſuperioribus*.

Verſ: 24. ὅτι ἐγώ εἰμι] id eſt, *quòd ego ſum*, Ut rectè Tremellius in verſione ſua Latinâ è Syro archetypo expreſsâ, cum vetere interprete conſentiens.

Verſ: 25. τὴν ἀρχὴν ὅ, τι καὶ λαλῶ ὑμῖν] id eſt, *quòd & antea aio vobis*: vel, *quòd & priùs loquor*: [id eſt, *locutus ſum*] *vobis*, vel, *priùs quod & loquor vobis*, ſervato Græci contextus ordine. τὴν ἀρχὴν, id eſt, τὸ πρότερον, בתחלה Geneſin: 13. 3. עד המקום אשר היה בתחלה

אשר־היה שם אהלה בתחלה : Græcè, ἕως τοῦ τόπου, οὗ ἦν ἡ σκηνὴ αὐτοῦ τὸ πρότερον Latinè, *ad locum usque illum ubi fuerat tentorium ejus antè* : Tum sequitur proximo versu: אל מקום המזבח אשר עשה שם בראשנה Græcè, εἰς τὸν τόπον τοῦ θυσιαστηρίου οὗ ἐποίησεν ἐκεῖ τὴν ἀρχήν. Latinè, *ad locum illius altaris quod fecerat illic priùs* Rursus Genes: 43, v. 18. על־דבר הכסף השב באמתחתינו בתחלה אנחנו מובאים Gr. διὰ τὸ ἀργύριον τὸ ἀποστραφὲν ἐν τοῖς μαρσίπποις ἡμῶν τὴν ἀρχὴν ἡμεῖς εἰσαγόμεθα : Latinè, *de causa illius pecuniæ, quæ reposita fuit in manticis nostris priùs, nos introducimur.* Ib v: 20. ירדנו בתחלה לשבר־אכל Græcè, κατέβημεν τὴν ἀρχὴν πρίασθαι βρώματα : Latinè, *descenderamus anteà ad comparandum cibarium.* Ex his locis perspicuum est, τὴν ἀρχὴν. & τὸ πρότερον, id esse 70. interpretibus, quod Hebræis, בתחלה, & בראשנה, hoc est, *anteà, priùs.* Unde autem melius discamus quæ sit vis multarum dictionum & locutionum in novo Testamento, quàm ex intepretibus illis, quos constat tanto fuisse in pretio apud Apostolos & Evangelistas, ut in testimoniis ex vetere fœdere citandis, ne latum quidem unguem ab illorum verbis & vestigiis discesserint : Quare, meâ sententiâ, qui volet rectè judicare de Evangelistarum & Apostolorum sermone, ab illo nullo modo committendum est, ut sit hospes in Græcis τῶν ἑβδομήκοντα Bibliis. Atque de hoc aliquoties anteà credo me monuisse. Nemesius περὶ φύσεως ἀνθρώπου cap: 30. pag: 126. τὴν ἀρχὴν γὰρ καρτερήσαντες, περὶ τὸ τέλος ἐνέδωκαν ἐν τῇ πείρᾳ τῶν

χαλεπῶν ἀπομαλαξάντες. id est, *Cùm enim initio admodum fuissent fortes, circa finem cessarunt experientiâ malorum fracti ac debilitati. Loquitur de martyribus.* G. Vossius de constructione cap: 66. pag. 256. *Principium*, pro, *ad principium*, ut πρὸς ἀρχὴν, pro, κατὰ πρὸς ἀρχὴν, Joh. cap: 8. vers: 25. πρὸς ἀρχὴν ὅ, τι καὶ λαλῶ ὑμῖν. Principium, id est, *ad principium*, *à principio*, *ab initio*.

Vers: 18. ὑψώσητε] Vetus, *exaltaveritis*: Rectè. Ibid. ὅτι ἐγώ εἰμι &c.] id est, *quia*, vel, *quod ego sum*, [Vide suprà, vers: 24.] *& a me ipso facio nihil, sed prout docuit me Pater, hæc loquor.* Sic propemodum Vetus, idque rectissimè.

Vers: 32. ἐλευθερώσει] Vetus, *liberabit*: Alii, *in libertatem vindicabit*: Erasmus, *liberos faciet*: quod non displicet, ut nec *liberabit*. Nam Augustino teste, *liberare*, propriè est *a servitute liberare*, &, quoties latiùs patet, non per se poni solet sine adjectione, sed sic: *liberare a morbo*, *liberare ab infamia*, *liberare a curis*. *Liberabit*, id est, libertate donabit. Igitur *qui liberabit*, pro ἐλευθερώσει dicit, nequaquam reprehendendus, aut corrigendus videtur. Atque idem dico de, *liberi eritis*, pro ἐλεύθεροι γενήσεσθε, vers: proximè sequente, & de, *liberaverit*, pro ἐλευθερώσῃ, vers: 36. & de aliis id genus locis omnibus.

Vers: 42. ἐξῆλθον καὶ ἥκω] id est, *prodii & venio*: ut rectè Piscator.

Vers: 43. Apud Bezam in nonnullis editionibus, habet quæstionem sine responsione: at apud Chrysost. Theophylactum, veterem inter-

interpretem, & alios, ni fallor, omnes, quæstionem cum responsione, ut prior pars versus sit questio, posterior quæstioni subjecta responsio, in hunc modum: *Quare loquelam*, sive, *locutionem meam non agnoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum*: hoc est, quia non sustinetis audire sermonem meum: vel, quia aures ad audiendum non habetis.

Vers: 44. ὅτι ψεύστης ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ] αὐτοῦ. sc. τοῦ ψεύδους, *mendacii*. Is. Casaubonus exercitat 15. ad Annales Baronii cap: 12. [pag: 394.] *Novum non est, ut relatio fiat ad vocem in præcedente aliqua dictione latentem, ut apud Homerum*, Iliad. ω. εἴρυτο δὲ [Sic enim legendum est. pro σαώσεσκε] ἄστυ καὶ αὐτοὺς: servavit oppidum & ipsos. Ipsos, id est, ἀστοὺς, *nam in voce*, ἄστυ, *dictio*, ἀστοὺς *latet, quod & Eustathius observat*. Plinius lib: 28. cap. 9. de lacte: *Stomacho accommodatissimum caprinum, quoniam fronde magis quàm herbâ vescuntur*. sc. *capræ*. In voce enim *caprinum* dictio, *capræ*, latet. *caprinum*, id est, caprinum lac, caprinum autem lac, id est, *lac caprarum*. Vide Nansii notas in Nonnum, ex quibus hæc me sumpsisse, non possum, nec debeo inficiari. *Sic Johannis* 8. 44. *de Diabolo dicitur*, ὅτι ψεύστης ἐστὶ, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ: quia mendax est, & pater ejus. *Quid* ejus? Nempe τοῦ ψεύδους, mendacii, *quod verbi repeti debet è præcedente*, Mendax. Hæc optimus & doctissimus ille vir, quasi rationem reddens, cur nostri interpretes, pro pronomine αὐτοῦ, nomen *mendacii*, posuerint. Jam, ut *pater mendacii*, Diabolus hîc appellatur, sic ab Augustino perhibetur esse,

caput & finis mendacii, id est, Græcè, προοιμιόν τε καὶ πέρας τοῦ ψεύδους. Augustinus de salutaribus documentis: *Ipse* [id est, Diabolus] *est caput & finis mendacii*. id est, Fornerio, viro consultissimo juris, interprete: *ex asse mendax, & nihil nisi mendacium.*

Vers: 45. Probatur mihi religio veteris interpretis, ut qui noluerit à Græcis vel tantillùm discedere: *Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi.* id est, Quamvis veritatem dico, tamen non creditis mihi.

Vers: 46. περὶ ἁμαρτίας] *de peccato*, id est, *de mendacio, & pravitate doctrinæ.* Melanchthon. Ibid. εἰ δέ] id est, *Quod si.* Porrò, ut regrediar ad versum 45. sciendum est, non deesse qui putent hunc ejus sensum esse: οὐ πιστεύετέ μοι, sub: λέγοντι, ὅτι τὴν ἀλήθειαν λέγω: *non creditis mihi affirmanti, quòd veritatem dicam*: vel breviùs, *non creditis me veritatem dicere.* τὸ, ὅτι enim hîc accipi potest, εἰδικῶς, atque sic etiam accipiendum esse notis suis in Nonnum Nansius contendit, ni malè illum intelligo Sic autem scribit: *Ego vero non dubito affirmare, id ita intelligendum esse quasi scripsisset D. Johannes*: οὐ πιστεύετε δέ μοι, (vel, ἐμοὶ δὲ οὐ πιστεύετε) ὅτι ἐγὼ τὴν ἀλήθειαν λέγω. id est, *mihi autem non creditis, quòd ego veritatem dico*: sive, *non creditis me veritatem dicere.* Apud veterem interpretem τὸ, *quia*, ambiguum est, ut quod, haud secus ac ὅτι, nunc αἰτιολογικῶς, nunc εἰδικῶς apud illum sumatur. Dico *apud illum*, quia apud puriores linguæ Latinæ authores, non est tam ambigui usus.

Vers: 56.

Vers: 56. ἠγαλλιάσατο] Vetus & Eraſmus, *exultavit:* Beza & Piſcator, *geſtivit.* Hoc enim verbum meliùs convenire putant iis, qui cùm valde deſiderent aliquid, nondum tamen quod deſiderant adepti ſunt. Rectè. Cæterùm, ut mihi videtur, in verbo ἠγαλλιάσατο, hoc eſt, *exultavit*, habemus non ſolùm deſiderium Abrahami, ſed certitudinem deſiderii. Ita certus fuit videndi Chriſtum, ut jam exultaret. Ideò ſequitur, *& vidit & gaviſus eſt.* Nam quod ſenſibus ejus non erat perceptibile corporeis, præſens erat fidei. Quare, τὸ, *exultavit*, ἐμφαλικώτερον eſt.

Cap. IX.

Vers: 1. τυφλὸν ἐκ γενετῆς] id eſt, unâ voce, *cæcigenum*, ut loquitur Lucretius lib: 2. pag: 59.

Nam cùm cæcigeni, ſolis quilumina nunquam
Adſpexere, tamen cognoſcant corpora tactu.

Cæcigeni, id eſt, τυφλοὶ ἐκ γενετῆς.

Vers: 3. οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ· ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ &c.] vetus, *neque parentes ejus, ſed ut manifeſtentur*, &c. Græcum contextum, ita ut eſt, ſine ullis additionibus repræſentans. Alii addunt quædam textus explanandi causâ, veluti poſt, *parentes ejus*: *ut cæcus naſceretur*: poſt, *ſed*, *oportet*, aut, *cæcus natus eſt.* Mihi, quod ſæpè ſignificavi, additiones omnes, longiores præſertim ſi ſint, locum ſibi juſtiùs vendicaturæ videntur in margine, quàm in contextu.

Vers: 4.

Vers. 4. τὰ ἔργα τοῦ πέμψαντός με] ὁ ποιῆσα, ἀλλὰ τὰ ἐντά. Chrysost.

Vers. 6. ἔπτυσε χαμαὶ] Vetus, & Erasmus, *expuit in terram*: Alii, *spuit humi*, quod, ut non improbo, ita nec priori versioni antepono.

Vers. 11. καὶ ἐπέχρισέ μου τοὺς ὀφθαλμούς] *& unxit oculos meos*: Erasmus, *& inunxit oculos meos*: Beza, *& illevit oculos meos*: Aliter, *& illevit illud oculis meis*: quod etiam Piscator sequitur.

Vers. 28. Σὺ εἶ μαθητὴς ἐκείνου] id est, *Tu discipulus illius es*: ut rectè Beza, in novissima versione.

Vers. 30. Ἐν τούτῳ θαυμαστόν ἐστιν] id est, *Hoc certe demiror*: *Nequeo hoc certe satis mirari, quod* &c.

Vers. 31. Οἴδαμεν ὅτι ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἀκούει &c.] Terentius Adelphis actu 4. scenâ 5. *Abi pater*: *Tu potiùs Deos comprecare*: *nam tibi eos certè scio, quò vir melior multò es, quàm ego sum, obtemperaturos magis.* Ad quem locum in nonnullis codd. annotavit nescio quis: *Nam peccatores Deus non exaudit.*

Vers. 32. Ἐκ τοῦ αἰῶνος] Vetus, *a seculo*: Rectè.

Vers. 35. ὅτι ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω] id est, *quòd ejecissent eum foras*. Piscator.

Cap.

Cap. X.

Vers: 6. Ταύτην τὴν παροιμίαν] Vetus & Eraſmus, *Hoc proverbium*: Beza & Piſcator, *Hanc ſimilitudinem*. Rectè: nomen enim παροιμίας latè hîc ſumitur. Vide Druſii Præteritorum lib. 4. pag. 137. Idem Adag. 67. lib. 2. claſſis 2. Proverbiorum ſuorum: παροιμία, Joh. 10. 6. *non eſt proverbium propriè, ſed parabola, ſive comparatio, aut ſimilitudo, hoc eſt* משל, *quæ vox latiſſimè patet in lingua Hebræorum, adeo ut etiam Apologos comprehendat.*

Vers: 8. ἀλλ' οὐκ ἤκουσαν αὐτῶν τὰ πρόβατα.] Vetus & Eraſmus, *ſed non audierunt eos oves*: Beza & Piſcator, *ſed non auſcultarunt eos oves*. Quæro quid ſit diſcriminis, aut cur hoc potiùs quàm illud adhibendum ſit.

Vers: 36. Ὃν ὁ Πατὴρ ἡγίασε &c.] id eſt, *Quem Pater ſanctificavit, & miſit in mundum, vos dicitis, blaſphemas, quia dixi, Filius Dei ſum.* Hæc ferè Vetus interpres, & eſt bona interpretatio, quia Græca fideliter exprimit. Quòd ſi cui obſcurior videbitur, poterit is majoris lucis causâ hæc aut ſimilia addere: *Quem Pater ſanctificavit & miſit in mundum,* [*de eo*] *vos dicitis, blaſphemas,* [*nimirùm de me*] *quia dixi, Filius Dei ſum.*

Vers: 37. μὴ πιστεύετέ μοι] *nolite credere mihi.* Locus notandus vel ab hoc, quòd veterem hîc interpretem ſequatur Beza, cùm alibi in hoc loquendi genere ſoleat ferè ab eo diſſentire,

id quod magis l'quebit ſi conſulueris annotationes Bezæ in Matth: cap: 7. v: 1.

Verſ: 40. πέραν τοῦ Ἰορδάνου] Beza in nonnullis editionibus, cui aſſentitur Piſcator: *ad trajectum Jordanis*: alii, *trans Jordanem*: vide ſuprà cap. 6. v: 1.

CAP. XI.

VErſ: 4. ἀκούσας δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν, &c.] id eſt, ad verbum, *Jeſus autem hoc audito, dixit; Morbus iſte non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eum.* Beza, pro, *ad mortem*, habet, *mortifer*, & quædam etiam addit perſpicuitatis gratiâ: Mihi nec, *ad mortem*, diſplicet: eſt enim notiſſima locutio ab Hebræis petita: & additiones ſi quæ apponendæ ſunt, eas in margine malim, quàm in contextu conſpici.

Verſ: 9. δώδεκά εἰσιν ὧραι τῆς ἡμέρας;] id eſt, Hebr: יב שעות ביום *duodecim horæ in die.*

Verſ: 18. ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε] id eſt, *veluti diſtans ab ea, nonniſi ſtadiis quindecim*: alii, *veluti ſtadiis 15. interpoſitis.*

Verſ. 21. Εἶπεν οὖν ἡ Μάρθα πρὸς τὸν Ἰησοῦν] vetus, *Dixit ergo Martha ad Jeſum*: Beza, *Dixit ergo Martha Jeſu*: quod minus placet, quia qui audit, *Jeſu*, neſcit *Dativi* ne ſit, an *Vocativi* caſus.

Verſ. 32. ἡ οὖν Μαρία] id eſt, Piſcatore interprete: *Maria vero*: ut οὖν ſit pro δέ. Sic v: ſequente idem reddidit: Ἰησοῦς οὖν, *Jeſus autem.*

Verſ: 39.

Vers. 39. τεταρταῖος γάρ] Vetus, *quatriduanus est enim*: quod non muto. Τεταρταῖος enim est, τεσσάρων, τεσσάρων autem quid est nisi *quatriduanus*? Nam ut *biduanus* à *biduum*, & à *triduum*, *triduanus* rectè dicitur, sic à *quatriduum*, *quatriduanus*.

Vers: 41. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἦρε τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄνω, καὶ εἶπε &c.] id est, ad verbum: *Jesus autem elevavit oculos sursum, & dixit*, &c. Porrò de his ipsis verbis extat elegans homilia Basilii Seleuciæ Episcopi, operum ipsius pag: 394. &c. quam vide.

Vers: 42. Ἐγὼ δὲ ἤδειν &c.] id est, *Ego verò noveram quòd semper me audis: sed propter turbam quæ circunstat*, [*hoc*] *dixi, ut credant quòd tu me misisti.*

Vers: 56. τί δοκεῖ ὑμῖν ὅτι οὐ μὴ ἔλθῃ εἰς τὴν ἑορτήν;] id est, *Quid videtur vobis, quod non venit ad diem festum?* Sic planè vetus interpres, nisi quod apud illum legatur: *quia non venit.* Erasmus etiam hanc lectionem sequitur, nec Erasmus solùm, sed paraphrastes Johannis Nonnus. Beza tamen & Piscator interrogandi notam ponunt post ὑμῖν, & deinde post ἑορτήν, in fine versus. Sed lectionem istam Bezæ rejicit Nansius in Nonnum his verbis: *Male autem apud D. Johannem legunt quidam: τί δοκεῖ ὑμῖν; ὅτι οὐ μὴ ἔλθῃ εἰς τὴν ἑορτήν; Erasmus rectè legit, ut hìc habemus,* [sc. apud Nonnum.] *& ita quoque apud Theophylactum legitur.* Hæc Nansius.

Cap.

CAP. XII.

VErſ: 1. ὅπου ἦν Λάζαρος ὁ τεθνηκώς] id eſt, interprete Piſcatore: *Ubi erat Lazarus ille qui fuerat mortuus.*

Verſ: 3. νάρδου πιστῆς] vide Notas meas in Marc: cap: 14. v: 3.

Verſ: 7. τῆς ἐνταφιασμοῦ μου] vide ſuprà notas meas in Matth: cap. 26. verſ: 12.

Verſ: 13. τὰ βαΐα τῶν φοινίκων] Vetus, *ramos palmarum*: alii, *termites palmarum*. Etymologicon magnum: Βάϊον, παρὰ τὸ βίᾳ τίλλεσθαι. σημαίνει τὸν κλάδον τῆς φοίνικος. id eſt, *Hoc nomen, βάϊον, ab eo* [*dictum,*] *quòd vi avellatur, ſignificat ramum palmæ.*

Verſ: 19. οἱ οὖν φαρισαῖοι εἶπον &c.] id eſt, *Phariſæi ergo dixerunt alii ad alios, Nonne videtis quod nihil proficitis? Ecce mundus poſt eum abiit.* πρὸς ἑαυτούς, id eſt, πρὸς ἀλλήλους, Nonnus, ἀλλήλοις δ' ὀάριζον &c. Θεωρεῖτε, id eſt, ὑμεῖς θεωρεῖτε ὅτι οὐκ ὠφελεῖτε οὐδέν; Vetus tamen interpres legiſſe videtur, ὅτι οὐκ ὠφελοῦμεν οὐδέν; ὁ κόσμος, *mundus*: Vetus, *mundus totus*, & ſic Nonnus: ἀμφιλαφὴς γὰρ Κόσμος ὅλος πολύμορφος ἑνὸς κελεύσθην ὁδεύει, id eſt, *totus multiformis mundus confertim poſt unum vadit.* Nonnus etiam expreſſit, ὠφελοῦμεν, non, ὠφελεῖτε, his verbis: Ἡμῖν ποῖον ὄνειαρ ἀέξεται; id eſt, τί πλέον ἔχομεν; *quid proficiemus?* Beza in nonnullis editionibus, pro, ὁ κόσμος, habet, *turba*: ſed poſteà cum reliquis omnibus interpretibus, maluit *mundi* vocabulo uti.

Verſ: 24.

Verſ: 24. πεσών] id eſt, *ubi ceciderit.*

Verſ: 32. ὑψωθῶ] Vetus, *exaltatus fuero.* Rectè.

Verſ: 33. ποίῳ δανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν] Vetus, *quâ morte eſſet moriturus*: Beza & Piſcator, *quâ morte futurum erat ut moreretur.* Verba diverſa, ſententia eadem.

Verſ: 34. ὑψωθῆναι] Vetus, *exaltari*: alii, *tolli*: ſed *exaltari*, magis placet, vide verſ: 24.

Verſ· 40. καὶ ἐπιστραφῶσι] Vetus, Eraſmus, & Beza, *convertantur.* Rurſus Beza cum Piſcatore: *ſeſe convertant*: ut paulò ſuperiùs, ἐκρύβη, *occultavit ſe.*

Verſ:42. ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται] Chryſoſt: de Paulo Samoſatenſi, [Tomi 2. pag: 587.] ὅθεν μοι καὶ θαυμάζειν ἔπεισιν ἀεὶ τὴν Παύλου τοῦ Σαμοσατέως μανίαν, πῶς πρὸς τὴν οὕτω φανερὰν ἀλήθειαν ἀντιβλέψαι ἐτόλμησε, καὶ ἑκὼν ἑαυτὸν κατεκρήμνισεν· οὐδὲ γὰρ ἀγνοῶν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα εἰδὼς ἡμάρτανε, ταὐτὸν παθὼν τοῖς Ἰουδαίοις. Καθάπερ γὰρ ἐκεῖνοι πρὸς ἀνθρώπους ὁρῶντες, τὸ τῆς πίστεως προὔδωκαν ὑγιὲς, εἰδότες μὲν ὅτι αὐτὸς ἐστιν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, διὰ δὲ τοὺς ἄρχοντας οὐχ ὁμολογοῦντες, ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται· οὕτω καὶ τοῦτον γυναικί τινι χαριζόμενον, τὴν σωτηρίαν, φασι, ἀποδόσθαι τὴν ἑαυτοῦ. Δεινὸν γὰρ, ὄντως δεινὸν τῆς κενοδοξίας ἡ τυραννὶς, καὶ σοφῶν ὀφθαλμοὺς ἐκτυφλοῦν ἱκανὸν, ὅταν μὴ νήφωσι.

Verſ. 46. ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ] id eſt, *ut omnis qui credit in me*, vel, *ut quiſquis credit in me.* Prior eſt Vet: interpretis, poſterior Piſcatoris. Beza, (ſaltem in quibuſdam codd.) *ut nullus qui credit in me, in tenebris maneat.*

Verſ: 47.

Vers: 47. ἐγὼ οὐ κρίνω αὐτόν] vetus, *ego non judico eum*: Beza & Piscator, *ego non damno eum*: & sic posteà: *& damnem*: & *qui damnet, & damnabit eum*: At vetus: *nt judicem, & qui judicet, & judicabit eum.* Quod ad rem ipsam attinet parùm interest. Nam ut κρίνω Græcè pro κατακρίνω sæpè sumitur: sic Latinè *judico*, pro *damno*, & *judicium*, pro *condemnatione* accipi haud incommodè poterit.

Cap. XIII.

Vers. 2. Καὶ δείπνου γενομένου] vetus & Erasmus, *Et cœnâ factâ*. Sic etiam Beza in quibusdam libb: in aliis, *cœnâ peractâ*. Piscator, *Et dum cœna fieret*. Legendum enim censet, γενομένῳ, pro γενομένου, quam lectionem in uno è sedecim quibus usus est exemplaribus reperisse se testatur fidelis: & diligentiss: typographus Rob: Stephanus. Sed librorum nostrorum omnium constans lectio est. γενομένου, nec aliter legitur apud Chrysostomum & Theophylactum. Theophylactus præterea rationem addit, cur Evangelista dixerit, δείπνου γενομένου. Τὸ, δείπνου γενομένου, ἀ μάτην κεῖται, inquit, ἀλλὰ ἵνα δειχθῇ τὸ ἀπάνθρωπον τοῦ Ἰούδα, ὅτι οὐδὲ ἡ τῆς τραπέζης κοινωνία καθυσώπησεν αὐτόν. id est, *Hæc verba*, δείπνου γενομένου [cœnâ factâ] *non frustrà adhibentur, sed ut quàm feris Judas moribus fuerit ostendatur, cùm ne mensa*

quidem

quidem ejuſdem ſocietas flectere illum & ad meliorem mentem impellere potuerit. Quare à vulgata lectione haud temerè diſcedendum cenſuerim, præſertim cum facilè poſſit defendi niſi nimium ſubtiles eſſe volumus. Quid enim? Chriſtus poſteà ſurrexit à cœna: poſt lotos diſcipulorum pedes rurſum diſcubuit, & Judæ intinctam dedit offulam: num igitur negabimus cœnam peractam fuiſſe? Uno verbo reſpondeo, iſtas actiones omnes cœnæ appendices quaſdam fuiſſe, nec ad juſtam cœnam, propriéve ſic dictam pertinuiſſe. Nam ut ſingulæ objectionis partes ſigillatim examinentur: ſurrectio Chriſti à cœna, argumentum eſt finitæ potiùs cœnæ, quàm non finitæ. *Deinde*, ex eo quòd Chriſtus rurſum diſcubuerit, nihil amplius colligi poteſt, quàm Chriſtum locum unde ſurrexerat repetiiſſe, non tamen cænandi aut cibum capiendi cauſâ, ſed ut colloqueretur cum diſcipulis, eóſque de rebus quibuſdam admoneret. *Poſtremò*, dedit Chriſtus intinctam offulam Judæ: ſed quare? non ut paſceret, ſed ut indicaret quiſnam is eſſet, qui illum erat proditurus. Etiamſi ergò menſa nondum remota fuerit, cœnam tamen peractam fuiſſe eſt probabile. Auguſtinus negat peractam fuiſſe cœnam his verbis: *Non ita debemus intelligere cœnam factam veluti jam conſummatam atque tranſactam: adhuc enim cœnabatur, cùm Dominus ſurrexit, & pedes lavit diſcipulis ſuis. Nam poſtea recubuit, & buccellam ſuo traditori poſtea dedit, utique cœnâ nondum finitâ, hoc eſt, dum adhuc*

huc panis esset in mensa. Cœnà ergo factâ, dictum est, jam paratâ, & ad convivantium mensam usumque productâ. Hæc Augustinus incomparabilis vir judicii, à quo vix audeo dissentire. Et tamen cur non audeam, cùm multò plures, iique Græcè doctissimi, contrariam sententiam uno ore tueantur? vide Casaub. contra Baronium pag 494.

Vers. 10. οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι] ἢ, id est, εἰ μὴ, & sic legit Chrysostomus. Nonnus etiam ἢ in εἰ μὴ, mutavit, locum hunc sic παραφράζων: Ου χατέει νεαρῶιο λελουμένος ὕδατος ἀνήρ, Ἐι μὴ μοῦνα πόδεσσι καθάρσια νίπτρα πορείης Ἐινοδίης.

Vers. 18. ἀλλ' ἵνα ἡ γραφὴ πληρωθῇ] Beza & Piscator, *sed oportet ut impleatur Scriptura*: pro quo malim: *sed oportet Scripturam impleri.* Rationem suprà aliquoties reddidi.

Vers. 22. ἀπορούμενοι] Vetus, *hæsitantes*: Rectè.

Vers. 25. Ἐπιπεσὼν δὲ ἐκεῖνος ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ιησοῦ] Vetus, *Itaque cùm recubuisset ille supra pectus Jesu*: Beza, *incumbens pectori*: vel, *quùm incubuisset pectori*: Piscator, *allapsus ad pectus Jesu.* Non malè etiam fortasse dixeris: *explicans se, admovens se ad pectus Jesu.*

Vers. 38. οὐ μὴ ἀλέκτωρ φωνήσει ἕως οὗ] id est, *non canet*: sive, *non cantabit gallus donec*: ut rectè vetus.

Cap. XIV.

Vers: 2. μονάι] Vetus, Eraſmus, & Piſcator, *manſiones*: & ſic etiam Beza, in noviſſima, ni fallor, editione, cùm in prioribus verſionibus prætulerit: *habitationes*. Gloſſarium, *Manſio*, μονή, & Lexicon Græco-Latinum vetus: μονὴ, ἡ καλαμονή, *manſio*.

Vers: 11. τὰ ἔργα] vetus, *opera*. Rectè.

Vers: 16. ἄλλον παράκλητον] vetus, *alium paracletum*: Eraſmus, & Beza, *alium conſolatorem*: Rurſus Beza, & Piſcator, *alium advocatum*. Ait enim hic, *conſolatorem* Græcè dici, παρακλήτορα potiùs quàm παράκλητον, & fortaſſe rectè ſic ait. Certè in Gloſſario legimus, *Advocatus*, παράκλητος: & rurſus in Lexico Græco-Latino vetere, παράκλητος, *Advocatus*: & vir eruditiſſ: Joh: Druſius in Præteritis, docet apud Judæos *paracletum* eſſe *advocatum*, ut, verbi cauſâ, *paracletus Judæorum*, *paracletus Samaritanorum*, id eſt, *advocatus* ſive *patronus*, non autem *Conſolator*.

Vers: 21. ἐμφανίσω] vetus, *manifeſtabo*. Rectè. & ſic v: proximè ſequente, μέλλεις ἐμφανίζειν, *manifeſtaturus es*, vel, *manifeſtaturus ſis*.

Vers: 23. καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν] id eſt, *& manſionem apud eum faciemus*, uti rectè habet vetus interpres.

Vers: 24. καὶ ὁ λόγος ὃν ἀκούετε, οὐκ ἔστιν ἐμός] vetus, *& Sermonem quem auditis, non eſt meus*: quæ interpretatio audacior eſſe videtur duabus de cauſis: *Primùm* quod *nominativum* ſine

ulla

ulla necessitate in *accusativum* mutet, & deinde quòd pro verbo *præsentis* temporis verbum temporis *præteriti perfecti* substituat. *Sermonem* enim habet, pro, λόγον, & *audistis*, pro ἀκούσατε. De casus mutatione perplacet quod annotavit Erasmus: verisimile esse librarii seu descriptoris culpâ id contigisse, cum præsertim apud Augustinum, qui aliâs non solet à veteri interprete discedere, hîc legatur, in *recto* casu, *sermo quem audistis*. Adhæc, qui semper sermonem Evangelistarum tam fideliter exprimit, ut Hellenismos, & Hebraismos etiam retineat, eúmne putabimus hîc sine causa ulla probabili, Græcam orationis formam mutare voluisse? Sed ut concedatur veterem hoc loco interpretem, adeô aut immemorem, aut dissimilem sui fuisse, ut à Græco exemplari abiret, & pro *nominativo accusativum* poneret: non est tamen cur à flagris Grammaticorum metuere sibi magnopere debeat, cum certum sit primarios linguæ Latinæ authores talem orationis structuram non esse dedignatos, Legimus ergo apud * probatissimos & venerandæ authoritatis scriptores: *Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit?* Et, *Nauctratem quem convenire volui, in nave non fuit*: &, *Urbem quam statuo vestra est*. Si his venia datur, cur non & nostro interpreti? Th: Linacer in hoc genus locutionibus ὑστερολογίαν esse ait, ut rectus ordo sit: *quem sermonem audistis, non est meus*. Ascensius epitome elegantiarum Vallæ, lib: 3. cap: 59. duriore aliquantò censurâ structuram istam planè rejicit, tanquam neque Grammaticam

* *Virgilium & Terentium.*

ticam neque Latinam. Verba ejus hæc sunt: *cùm dico.* Quem audîstis sermonem non est meus: sermonem *videtur regi ab* audîstis: *sed cum sic*: Sermonem quem audîstis non est meus: *à verbo*, est. *Itaque prius dicitur Grammaticè & Latine, non secundum.* Imò pace tuâ, Ascensi, si prius rectè dicitur & secundum, quia authore Linacro, secundum à priore non differt, nisi tantum situ & collocatione verborum.

Vers. 26. ὁ δὲ παράκλητος] Beza & Piscator, *Advocatus autem ille*: vide supra hujus cap. vers. 16.

Cap. XV.

Vers. 5. ὁ μένων ἐν ἐμοὶ &c.] vetus, *qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere.* Alii aliter, quos non reprehendo: sed tamen si mihi esset versus iste Latinus faciendus, non puderet veterem interpretem sequi. Ita enim Græcis is adhæret, ut nec plus, nec minus sit Latinè, quàm Græcè: quod genus interpretationis mirificè mihi in sacris præsertim literis placet, sed ita demum si locum commodè habere possit. Nam ubique non potest, sicut versus proximè sequens ostendit.

Vers. 6. Ἐὰν μή τις &c.] id est, *Nisi quis in me manserit, mittetur foras, sicut palmites* [non manentes in vite] *qui postquam exaruerint, colliguntur, & in ignem mittuntur, & ardent.*

ardent. Liberiùs hæc me reddidiſſe fateor, ſed ſenſum reſpexi, qui ita ſe habet, ac ſi ſcriptum eſſet: Ἐὰν μὴ τὶς μείνῃ ἐν ἐμοὶ, βληθήσεται ἔξω, ὡς τὰ κλήματα τὰ μὴ μένοντα ἐν τῇ ἀμπέλῳ, ἵνα ἐκεῖ ἐξηράνθη συνάγεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται, καὶ κάεται. ἐβλήθη, pro βληθήσεται: ideò apud veterem interpretem eſt, *mittetur.* Tum τὸ κλῆμα, pro τὰ κλήματα: nam mox ſequitur, ἃ συνάγουσιν αὐτὰ, ſc. κλήματα. Poſt τὰ κλήματα addidi quædam è verſu 4 majoris perſpicuitatis causâ. καὶ ἐξηράνθη, compendiosè dictum, pro, ἵνα ἐκεῖ ἐξηράνθη, vel, ἵνα μετὰ τὸ ξηρανθῆναι, ſicut res ipſa indicat. In reliquis ſecutus ſum authoritatem aliorum doctiſſimorum interpretum, qui, ſenſu ſuadente, haud aliter interpretati ſunt συνάγουσιν & βάλλουσι, quàm ſi legiſſent, συνάγεται, & βάλλεται.

Verſ: 7. αἰτήσασθε] vetus, *petetis:* rectè, & ſic verſ: ſeq. *manete in dilectione mea:* rectè ſe habere videtur. Sunt qui malint, *in charitate mea,* ſed mihi vox *dilectionis,* & hîc, & alibi in hoc capite magis placet.

Verſ: 12. αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμή] *Hoc eſt mandatum meum.*

Verſ: 13. Μείζονα ταύτης &c.] id eſt, *Majorem dilectionem nemo habet, quàm ut animam ſuam ponat pro amicis ſuis:* ut τάυτης & τὶς, redundent: vel, cum Piſcatore: *Majorem dilectionem nemo habet quàm iſtam, ut quis animam ſuam ponat &c.*

Verſ: 25. Non placet, *oportet ut impleatur.* Malim, *oportet impleri,* vel, *hoc fit ut impleatur.* Sed rectiùs faciunt qui nihil addunt, contenti Græci ſermonis faciem, ita ut eſt, nudè nobis repræ-

repræsentare. Sic enim liberum erit cuique supplere quod maximè idoneum videbitur. Ibid. δωρεάν] vetus, *gratis*: alii *immeritò*. Mihi *gratis*, non displicet, eóque minùs, quòd auribus nostris tàm familiariter nota vox sit.

Vers: 28. ὁ παράκλητος] *advocatus ille*: ut suprà.

Cap. XVI.

Vers: 1. ἵνα μὴ σκανδαλισθῆτε] vide suprà cap. 6. v: 61.

Vers 7. συμφέρει] id est, *expedit, conducit*. Beza infrà cap: 18. v: 14. ὅτι συμφέρει *expedire*. Glossarium, *Expedit*, συμφέρει: Lexicon Græco-Latinum vetus: Συμφέρει, *expedit*. Ergo is honor habendus erat veteri interpreti, ut, cùm verbum probum posuisset, non aliud quòd locum ejus occuparet, levi de causa quæreretur.

Vers: 13. ὁδηγήσει] id est, *ducet, deducet, diriget*. Vetus, *docebit*: non malè. Nam & ὁ διδάσκων, suo modo ὁδηγεῖ, & ὁ ὁδηγῶν suo modo διδάσκει. vide Act: 8. v: 31.

Vers: 21. διὰ τὴν χαρὰν, ὅτι ἐγεννήθη ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον] Vetus, *propter gaudium, quia natus est* [vel, *quod natus sit*] *homo in mundum*. Rectè

Vers: 22: Καὶ ὑμεῖς οὖν λύπην μὲν νῦν ἔχετε] vetus, *Et vos igitur, nunc quidem tristitiam habetis*: quod æquè mihi placet, ac *tristitiâ tenemini. Tristitiam habetis*: id est, tristes estis.

Cap. XVII.

Vers. 2. ἐξουσίαν] vetus, *potestatem*: Rectè.
Vers. 5. πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι] vetus, *priusquam mundus esset*. Non muto, ut nec, *Manifestavi*, initio versus sequentis. Sic vers. 19. *pro eis*, pro, ὑπὲρ αὐτῶν retinendum censeo.

Vers. 21. ἵνα ὁ κόσμος πιστεύσῃ ὅτι σύ με ἀπέστειλας] id est, *ut credat mundus quòd tu me misisti*. Alii malunt per verbum passivum in modo infinito: *me a te missum esse*. Sed mihi prior interpretatio satisfacit.

V. 23. *Ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in unum, & ut cognoscat mundus, quod tu me misisti; & dilexisti eos, sicut & me dilexisti.* Hæc est versio veteris interpretis uno duntaxat aut altero vocabulo exceptis, nec est improbanda.

Vers. 26. ἀγάπη] vetus, *dilectio*. Rectè.

Cap. XVIII.

Vers. 1. πέραν τοῦ χειμάρρου τοῦ Κέδρων] Rectissimè, sine dubio, à multis doctissimis viris annotatum est, perperàm hîc legi τῶν Κέδρων, pro, τοῦ Κέδρων. Unde autē vitiosa ista lectio profecta est, nisi à librariis non satis quid scribendum esset animadvertentibus? Nam quin librariorum calamus etiam in libris sacris describendis lab potuerit, non est cur quisquam dubitet. Quicquid ergo alii sentiant, mihi placet illud

Johannis

Johannis Druſii: *Si Propheta errare non poteſt, poſſunt librarii, etiam in libris ſacris. Quod miror quoſdam tam pertinaciter negare. Nam in narratione Stephani Act. 7. quin aliquoties erraverint, ne Carneades quidem negaverit.* Hæc Druſius. Caſaubonus de hoc loco: [exercitationum in Baronium pag: 129.] *Johannis cap.* 18. verſ. 1. *ſcribitur à multis ſeculis:* πέραν τῦ χειμάῤῥυ τῦ Κέδρων: *fere tamen conſentiunt eruditi, illud τῦ, pro τῶν, eſſe a mala manu.*

Verſ: 13. Καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν] vetus, *Et adduxerunt eum*: alii, *Et abduxerunt eum.* vide Notas meas in Matth cap: 8. verſ: 33.

Verſ. 14. ὁ συμβουλεύσας] vetus, *qui conſilium dederat.* Rectè.

Verſ: 15. τῷ ἀρχιερεῖ] ὁ ἀρχιερεύς, ubique fermè veteri interpreti eſt *Pontifex*, ſine additione, Bezæ *Pontifex Maximus*, Piſcatori *ſummus ſacerdos.* In libro Maccabæorum Druſius ἀρχιερεία, nunc *Pontificem*, nunc *ſummum ſacerdotem* reddit, ut decimi cap: v: 32. δίδωμι τῷ ἀρχιερεῖ: exponit, *concedo pontifici*: at verſ. 38. ejuſdem capitis: τῶ ἀρχιερέως, vertit, *ſummi ſacerdotis.* Quod noto, non ut virum præclarè eruditum inconſtantiæ arguam, ſed ut appareat doctiſſimi viri judicio, vocem Latinam Pontifex, non malè reſpondere Græcæ voci, ἀρχιερεύς. Imò ſi conferantur loca, reperiemus in libro Maccabæorum prædicto, multò ſæpius τὴν ἀρχιερεία, *pontificem* reddi, quàm *ſummum ſacerdotem.* Ergo, Druſio judice, qui pro ἀρχιερεύς, *Pontifex* Latinè dicunt, non ſunt reprehendendi. Sic to-

ties laudatum Glossarium vetus: *Pontifex*, ἀρχιερεύς: cui consonat Lexicon Græco-Latinum vetus, idem ipsum mutato ordine referens: ἀρχιερεύς, *Pontifex*. Huic gemino testimonio, non omninò nihil tribuendum est.

Vers. 18. ἀνθρακιὰν πεποιηκότες] id est, ἀνθρακιὰν σωρεύσαντες, ut ex Homero interpretatur Nonnus: *prunis congestis*, sive, *constratis*: *strata prunarum strue*. Sic Piscator, *facta strue prunarum*. Non enim erat ignis ex lignis ardentibus coruscantibus (talis enim ignis subitò fieri non potest,) sed ex prunis aliunde advectis, & in loco idoneo positis, quò haberent ministri præsens adversus frigoris sævitiam remedium. Atque talem fuisse ignem non negabit qui Nonnum cum Johanne diligenter contulerit. Rem ipsam igitur tetigisse mihi videtur vetus, cùm ait: *Stabant ad prunas*, sc. congestas, & constratas.

Vers. 22. ἔδωκε ῥάπισμα] vetus, *dedit alapam*: Beza & Piscator, *bacillo cecîdit*. Prior interpretatio sine dubio præferenda est, nisi si quis persuaderi sibi patiatur, Nonnum, quid dixerit Johannes, non intellexisse. Nonnus: Τοῦτα δ' ὁτε λαλέοντι διάκτορος ἄγγελος ἀνὴρ. Τολμηρῇ παλάμῃ ζαθέλιν ἐπάταξε παρειήν. id est, *Hæc autem illo loquente unus ex ministris servus vir, Audaci manu divinam percussit malam*. Hanc interpretationem secuti sunt Anglici interpretes in novissima versione, & nisi fuissent secuti, proculdubio non fecissent officium bonorum & fidelium interpretum. Vide sis Notas meas in Matth. cap. 26 v. 67.

Vers. 23.

Verſ. 23. λῄσεις] Nanſius in Nonnum, contendit hîc legendum, ἁλίσεις, non λῄσεις, atque idem affirmat de ſimilibus locis, Matth. 21. 35. Marc. 12. 3. & 5. Luc. 20. 10. & 11. & 22. 63. & Act. 5. 40. Δέρω enim, inquit, eſt *excorio*, Δαίρω, *cædo*, *verbero*. Certè apud Theophylactum eſt, ἁλίσεις.

Verſ: 36. νῦν δὲ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν] Theophylactus: οὐκ εἶπεν, οὐκ ἔστιν ἐν τῷ κόσμῳ, οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν, ἀλλὰ, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου, καὶ οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν. Sic Lutherus: [de libertate Chriſtiana tom: 2. fol. 11. a.] *Regnum meum non eſt hinc, ſeu, de hoc mundo, ait Chriſtus: ſed non dixit: Regnum meum non eſt hîc, ſeu, in hoc mundo.*

Verſ: 38. ἐξῆλθε] vetus, *exivit*: Piſcator, *egreſſus eſt*. Rectè uterque.

CAP. XIX.

VErſ: 1. Τότε οὖν ἔλαβεν &c.] id eſt, *Tunc ergo aſſumpſit* [vel, *accepit*,] *Pilatus Jeſum, & flagellavit*. Hîc non diſceditur à veteri interprete, niſi quod pro *apprehendit*, (quo verbo ille utitur) *aſſumpſit* aut *accepit*, ſubſtituitur. vide Piſcatorem.

Verſ: 2. Καὶ οἱ στρατιῶται &c.] id eſt, *Milites verò cùm nexuiſſent coronam è ſpinis, impoſuerunt* [*eam*] *ipſius capiti, & pallio purpureo induerunt eum*: vel, *Milites verò plectentes* [*nectentes*] *coronam de ſpinis* &c. ut participium *plectentes*, ἀορίστως ſumatur.

Vers: 3. καὶ ἐδίδουν αὐτῷ ῥαπίσματα] vetus, & *dabant ei alapas*: vide Heinsii exercit. sacræ cap. 28. pag: 492. ubi inter alia hæc habet: Suidas: ῥαπίσαι, παλάξαι τὴν γνάθον ἀπὸ τῆ χειρὶ. id est, expalmare, depalmare. *Nam palma est* χεὶρ ἀνοικτὴ, *manus passa*. Optimè. Nonnus: καὶ ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ, χερσὶν ἀμοιβαίησι παρειὴν ἄχρον ἀράσσων. id est, *& alii post alios euntes, manibus alternis summam illi malam pulsabant*. Juvencus versibus quos composuit de passione Domini:

Tunc sanctã Christi faciẽ sputa improba cõplent,
Et palma in malis, colaphique in vertice crebri
Insultant, verbisque omnes illudere certant:
Christe, prophetabis cujus te palma cecîdit:

Ut priùs [præced cap. v. 22.] sic hîc etiam Anglici nostri vet: interpret: secuti sunt, dicentes; **and they smote him with their hands.** Qui aliter interpretantur, ausim dicere, non rectè interpretantur.

Vers: 6 ἴδον] vetus & Erasmus, *vidissent*: Beza & Piscator, *intuiti essent*.

Vers: 7. ἐποίησε] vetus, *fecit*. Rectè.

Vers: 9. καὶ λέγει τῷ Ἰησοῦ] vetus, *& dicit ad Jesum*. τῷ Ἰησοῦ, id est, πρὸς τὸν Ἰησοῦν, ut suprà, cap. vers. 21. Nam & ibi ubi legitur Græcè, λέγει τῷ Ἰησοῦ, vel, εἶπε τῷ Ιησοῦ, sic reddendum putarim τῷ Ιησοῦ Latinè, acsi legeretur πρὸς τὸν Ιησοῦν, quia Jesu potest esse vel 3. vel 5. casus. Ambiguitatis ergo vitandæ causâ, existimo veterem interpretem *dativum* in *accusativum* cùm præpositione rectè commutasse. Vide cap: 11. v. 21.

Vers: 10.

Verſ: 10. ἀπολῦσαί σε] *te dimittendi.*

Verſ: 11. ἄνωθεν] vetus, *deſuper*: Beza, *ſupernè*: Eraſmus & Piſcator, *è ſupernis.* vide ſuprà cap: 3. verſ. 31.

V. 12. ἀπολῦσαι: vetus, *dimittere*, Eraſmus, *abſolvere*, Sed τὸ, *dimittere* Beza(ſaltem in poſtrema editione,&Piſcator prætulerūt)nec hoc ſolùm verſu, ſed aliis locis plærisque omnibus.

Verſ. 14 ὡσεὶ ἕκτη] Lege, ὡσεὶ τρίτη. *Hanc enim veram eſſe lectionem didici a Petro Alexandria Epiſcopo, cujus hac ſunt verba, in libello nondum, opinor, edito*: ὥρα ἦν ὡσεὶ τρίτη, Tum addit, καθὼς τὰ ἀκριβῆ βιβλία περιέχει, αὐτό τε τὸ ἰδιόχειρον τοῦ Εὐαγγελιστοῦ, ὅπερ μέχρι τοῦ νῦν πεφύλακται χάριτι Θεοῦ ἐν τῇ Ἐφεσίων ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ ὑπὸ τῶν πιστῶν ἐκεῖσε προσκυνεῖται. *Libellum unde hac ſumpſi legendum mihi dedit vir eximius Primas Armachanus.*

Verſ. 17. ἐξῆλθεν] id eſt, *abiit*, 2. Cor. 2. verſ. 13. ἐξῆλθον εἰς Μακεδονίαν: *abij in Macedoniam.*

Verſ: 23. ἦν δὲ ὁ χιτὼν ἄῤῥαφος, ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου] Nonnus, καὶ αἰγλήεντα χιτῶνα, Ὅστις ὅλος καὶ ὕπερθεν ὁμοῦ καὶ ἔνερθε φορῆος Ἄῤῥαφος ἦεν ὑφαντὸς, ἀπ' αὐχένος εἰς σφυρὰ λήγων. id eſt, *& ſplendidam tunicam, qua tota a ſuperiore pariter & inferiore parte, a cervice ad talos uſque imos geſtantis ſine ſutura contexta erat.* Idem bis dicit Nonnus: *a ſuperiore pariter & inferiore parte*: & rurſus, *a cervice ad talos geſtantis.* Genitivum enim φορῆος regi puto, non ab adverbiis ὕπερθεν & ἔνερθε, ſed à nomine σφυρὰ, ut ordo ſit: ὅστις ὅλος ὕπερθεν ὁμοῦ καὶ ἔνερθε, ἀπ' αὐχένος εἰς σφυρὰ φορῆος, [Participium

pium λήγων redundat] ἄῤῥαφος ἦν ὑφαντὸς. Δι' ὅλου, apud Joh. lucem accipit ab his Nonni: ὕπερθεν ὁμοῦ καὶ ἔνερθε, &c, ἀπ' αὐχένος εἰς σφυρὰ φορῆος. Joseph. Scal. in Festum in dictione, rectè. *Recte*, inquit, *tunica describitur in Evangelio*, χιτὼν ἄῤῥαφος ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸς δι' ὅλου. *Græci Scriptores* ὀρθοστάδιον χιτῶνα *vocant*.

Vers. 37. εἰς τὰ ἴδια] id est, Nonno expositore, Παρθένον εὐώδινα συνέστιον ἔσχε μαθητὴς Ἔνδον ἑοῦ μεγάροιο· *Habebat discipulus beatam virginem*, sive, *partu felicem virginem contubernalem in ædibus suis*. Rectissimè ergo Beza, εἰς τὰ ἴδια: *domum suam*: & sic nostri interpretes: unto his own home.

Vers. 29. καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες,] Pro ὑσσώπῳ legendum hîc esse ὑσσῷ, conjectura olim fuit doctissimi Joach: Camerarii, & sanè ut verbis Sylburgii utar, valdè verisimilis videtur conjectura. Cur verisimilis sit docet Sylburgius & ipse doctissimus in hunc modum: [notis nimirùm suis breviusculis in Nonnum] *Videtur Johannes id vocabulum* [sc. ὑσσῷ] *de industria usurpasse, quia fuit* αὐτόπτης, *& suo nomine rem exprimere voluit. Pila vero* ὑσσοὺς *dici, & Romanis usitata fuisse, cùm ex aliis, tum è Polybio clarum est. Hæc Sylburgius.* Secundum ergò hanc conjecturam sic leges: πλήσαντες σπόγγον ὄξους καὶ ὑσσῷ περιθέντες, προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι: id est *spongiam aceto impletam & pilo circumpositam ori ejus admoverunt.* Vide Casaub. adversus Baronium, 644. & 645.

Vers: 34.

Vers: 34. ἔνυξε] Apud unum *Chrysostomum* homilia 88. in Matthæum pag. Savilianæ editionis, 540. reperio, ἤνοιξε, pro ἔνυξε, quam lectionem secutus est Vetus interpres, Augustinus verò ita probavit, ut mysticum quiddam, præcipuâque observatione dignum in ea contineri existimaverit. Sic enim scribit: *Vigilanti* [id est, acri & accuratâ animadversione digno.] *verbo Evangelista usus est, ut non diceret,* latus ejus percussit, *aut* vulneravit, *aut quid aliud, sed* aperuit: *Ut illic quodammodo vitæ ostium panderetur, unde sacramenta Ecclesiæ manaverunt, sine quibus ad vitam, quæ vera vita est, non intratur.* Idem hom. 87. in Johannem pag. Savilianæ editionis 923. πόθεν δὲ ᾔδει ὅτι καὶ ἡ πλευρὰ ἠνεῴχθη; id est, *Unde verò noverat etiam latus ei apertum fuisse?* Hoc confirmat lectionem ἤνοιξε, quæ aliôqui subdititia videri posset pro ἔνυξε. Erasmus in annotationibus miratur unde accidere potuerit, ut inter Matthæum & Johannem pugnam hîc esse nonnulli crederent, cùm apud Matthæum de perfosso Christi latere nulla sit mentio, tantum abest, ut Christo adhuc spirante factum id dicat, quod post mortem ejus factum fuisse, narrat Johannes. Cæterùm unde hoc natum sit videor mihi deprehendisse. Johannes Chrysostom. homilia 88 in Matthæum, disserens de his verbis Matthæi: ἔλεγον ὅτι Ηλίαν φωνεῖ οὗτος, &c. quasi auctarii loco addit quædam ex Johanne, atque ita quidem addit, saltem in libb. nostris excusis, ut dubium sit an pars sint narrationis illius quæ est apud Mathæum. Sed non esse Matthæi quæ adduntur

tur de fosso Christi latere inde liqueat, quòd disertè paulò post Chrysostomus testetur mortuum Christi corpus militis lanceâ perforatum fuisse. Si mortuum & exanime, non ergo vivum: si vivum non fuit, tum id quod adjicitur de militis lanceâ, non potest Matthæo tribui, quia omnes qui διαφωνίαν fingunt inter Matthæum & Johannem, aiunt apud Matthæum, Christo jam spiranti pertusum fuisse latus. Sed quô res clarior fiat, non pigebit me, integrum locum ita uti apud Chrysostomum legitur bonâ fide recitare. Sic ergo Chrysostomus: Ὅρα καὶ ἐντεῦθεν τὴν ἀσέλγειαν καὶ τὴν ἀκολασίαν αὐτῶν, καὶ τὴν ἄνοιαν. Ἐνόμισαν Ἠλίαν εἶναί, φησι, τὸν καλούμενον, καὶ εὐθέως ἐπότισαν αὐτὸν ὄξος. Ἕτερος δὲ προσελθὼν λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἤνοιξε. Τί γένοιτ' ἂν τούτων παρανομώτερον, τὶ δὲ θηριωδέστερον; οἵ μέχρι τοσούτου τὴν ἑαυτῶν μανίαν ὑξέτειναν, καὶ εἰς νεκρὸν σῶμα λοιπὸν ὑβρίζοντες. id est, *Et hinc perspicias licet qua fuerint petulantiâ, qua audaciâ, qua amentiâ. Existimarunt, inquit, Eliam vocari, & statim acetum potandum illi dederunt. Alius autem advenit & lancea latus ejus aperuit. Quid istis fieri potest sceleratius, imo quid efferatius? qui eô usque furori suo laxarunt habenas, ut etiam mortuum jam corpus contumeliâ afficerent.* Conjungit hîc Chrysostomus Johannem cum Matthæo, ut meliùs ostendat quàm indignis modis Christus habitus fuerit. Non solùm vivum eum, inquit, summis affecerunt contumeliis, sed etiam, ut est apud Johannem, corpus ejus mortuum

fædè

fædè violarunt, quod immanitatis & feritatis extrema quasi linea est. Quin loco suprà memorato respexerit Chrysostomus, ad locum hunc Johannis eô minùs dubito, quia ubi enarrat hunc locum, homiliâ nimirùm 85. in Johannem Savilianæ editionis pag. 915. eadem phrasi utitur, videlicet, εἰς νεκρὸν σῶμα ὑβρίζειν. Τὸ γὰρ, inquit, καὶ εἰς νεκρὸν ὑβρίσαι σῶμα τὸν στρατιώτην, τοῦ σταυρωθῆναι πολλῷ χεῖρον ἦν. Scio in pulcherrima illa Domini Henrici Savilii editione hæc verba, Ἐνόμισαν Ηλίαν, usque ad ἤνοιξε, ita legi, ac si essent de contextu Matthæi, ut loquuntur: sed certè non sunt. Sumpta sunt, fateor, partim ex Matthæo, partim ex Johanne, sed eâ libertate, ut non sint pro nudo contextu habenda, atque id ita esse prudens & attentus lector facilè perspiciet. Jam quod ad Erasmi admirationem attinet, dico valdè probabile esse imperitum aliquem, qui locum illum Chrysostomi homiliâ 88. in Matthæum legisset quidem, sed non intellexisset, commentitii illius inter Matthæum & Johannem dissidii, primum authorem extitisse.

Pergamus. Ibid. καὶ εὐθὺς ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ] Fuerítne dextrum an sinistrum Christi latus lanceâ sauciatum ex narratione Evangelistæ prorsùs non liquet. Multi docti viri existimant sinistrum fuisse latus, quia ibi sedes est τοῦ περικαρδίου. Pericardium enim, ut tradunt Medici, roscidum quendam in se liquorem continet cordi irrigando

irrigando utilem, ne perpetuo motu fatiscat. Hunc liquorem in recèns mortuis, propter vim funesti frigoris abundantiorem esse aiunt, ac propterea probabile esse ex transfosso pericardio Christi, sanguinis & aquæ vim magnam profluxisse. Quid de hac opinione statuam non habeo: neque enim refellere possum, neque contra afferre aliquid, quod stabiliendæ ei, & confirmandæ magnoperè sit. Cæterum Petrus Kirstenius Philosophiæ & Medicinæ Doctor, linguæque Arabicæ benè peritus, ex textibus Arabicis quibus usus est, probat dextrum fuisse latus, non sinistrum. Sic namque scribit Epistolâ dedicatoriâ Grammaticæ suæ Arabicæ præfixâ pag: 5. & 6. *Circumstantiæ historiarum sacrarum utilissimæ, quæ in nullius alterius linguæ textibus reperiuntur, in Arabicis libris explicantur. Ut verbi causâ* Joh. 19. v. 34. *latus illud servatoris nostri Jesu Christi in cruce pendentis, quod unus militum lanceâ aperuit, dextrum fuisse, omnes textus Arabici, tum typis excusi, tum calamo exarati, summâ constantia docent. Minùs itaque pie fecerunt, qui verè miraculosum hunc sanguinis & aquæ ex vulnere illo Servatoris nostri jam defuncti effluxum, planè naturalem esse scripserunt, statuentes in sinistro latere illum factum fuisse ob transfossam capsulam cordis. Hoc enim si verum esset, cur Evangelista, testis oculatus, versu proximè sequente tam asseveranter diceret* Et qui vidit testimonium perhibuit: & verum est testimonium ejus: & ille scit se vera dicere, ut & vos credatis. *Neque est cur asseveratio ista ad universam Evangelii præcedentem historiam referatur.*

referatur. Versiculi enim mox subsequentes quo referenda sit satis apertè indicant : Hæc, aut non multùm dissimilia P. Kirstenius.

Vers: 38. ἦρε] Beza & Piscator, *sustulit* : Rectè.

Vers: 40. ἐνταφιάζειν] Vetus & Erasmus, *sepelire* : Beza & Piscator, *funerare* : quod rectius esse videtur, si modo *funerare*, sit polincere, & ad sepulturam parare. τὸ ἐνταφιάζειν enim præcedit, sive prius est ordine. & τὸ θάπτειν, sequitur, sive ordine est posterius. vide supra Joh. 12. v: 7. & Matth 26. vers: 12. vide Genes: 50. vers: 2. ubi Hebræum חנט à 70. interpretibus ἐνταφιάσαι exponitur, ut ἐνταφιάσαι sit *condire aromatibus*, vel, *aromata admovendo mortuum curare*

Cap. XX.

VErs: 1. ἔρχεται] Vetus & Beza, *venit* : Piscator, *vadit*.

Vers: 5. Καὶ παρακύψας] *Et quùm se inclinasset* : vel, *incurvasset*. Ibid. κείμενα] *jacentia* : Alii, *posita* : sed ego præfero, *jacentia*, quia itidem ut, κείμενα, participium est *præsentis* temporis, sic vers: proximo, *& conspicit lintea jacentia*.

Vers: 11. παρέκυψεν] id est, *inflexo*, [*inclinato, incurvato*] *corpore prospexit*. Et sic suprà, si placet : καὶ παρακύψας : *Et quum inclinans se prospexisset*. τὸ, παρακύπτω enim aliquantò plùs est, quàm simpliciter, *inclino*, aut *incurvo me*.

Vers. 12.

Vers: 12. Nescio an oratio gratior auribus futura sit, si verba sic disponantur: Et *duos Angelos albatos conspexit sedentes*: vel, *sedentes conspexit*. Sed nimis hoc fortasse leviculum nonnullis videatur.

Vers: 17. Μή μου ἅπτου] Vetus] *Noli me tangere*: Beza, *Ne me tangito*. Lubenter enim à vetere interprete in ista loquendi formulâ quâ μὴ, per *noli*, sequente infinitivo, exprimitur dissentit, tametsi, ut supra notatum est, non refugerit quodam in loco eodem hoc dicendi genere uti. Nam Joh. 10. vers: 37. μὴ πιστεύετέ μοι: non solum à vetere interprete, sed à Beza etiam & Piscatore redditur: *nolite credere mihi*. Quod ad sensum istorum verborum attinet, audiamus quid de iis scripserunt *duo egregii* Ecclesiæ Doctores, Augustinus, & Leo ejus nominis *primus*, qui postea *Magnus* dictus est. Augustinus de Trinitate lib. 4. cap. 3. *Hoc est Christum non tangere nisi cùm ascenderit ad patrem, non de Christo sapere carnaliter.* Leo sermone 2. de ascensione Domini: *Hinc illud est quod post resurrectionem suam Dominus Mariæ Magdalenæ, personam Ecclesiæ gerenti, cum ad contactum ipsius properaret accedere, dicit*: Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum, *hoc est*: *Nolo ut ad me corporaliter venias, nec ut me sensu carnis agnoscas. Ad sublimiora te differo, majora tibi praparo cùm ad patrem ascendero, tunc me perfectiùs verinsque palpabis apprehensura quod non tangis, & creditura quod non cernis.* Vide etiam 3. nimirùm Fulgentium ad Trasimundum lib. 2. pag: 306. 307. &c.

Ibid.

Ibid. πορεύε] vetus, *vade*; rectè.

Vers. 19. συνηγμένοι] vetus, *congregati*, & sic Erasmus & Piscator. Beza, *coacti*. Prius malo.

Vers. 22. ἐνεφύσησε] vetus, *insufflavit*: Erasmus, *flavit in eos*: Beza, *afflavit*. Heb. נפח Genes. 2. v. 7. ubi de primo emphusemate legimus, ut hîc de secundo.

Vers. 24. Muto ordinem verborum in hunc modum: *Thomas autem, qui dicitur Didymus, unus ex duodecim, non erat cum eis quando venit Jesus.*

Vers. 25. εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων] In Manuscriptis exemplaribus non ita accuratè pinguntur literæ, quin una pro aliâ sæpè possit accipi. Quod si in aliis literis hoc facilè fiat, multò magis in iis quæ unâ duntaxat lineolâ differunt, ut in υ. & ο. Nam si huic detrahas verticem, habes υ. si illi addas verticem, habes ο. Igitur non temere est, quòd nonnulli suspicantur, τύπον hîc mendosam esse lectionem, pro, τύπῳ, præsertim cùm vetus interpres vocabulum habeat, quod τόπῳ non τύπῳ respondeat, nimirum, *locum*; *& mittam digitum meum*, inquit, *in locum clavorum*: id est, εἰς τὸν τόπον τῶν ἥλων. Dominus Beza, tametsi vulgatam lectionem expressit, tamen in annotationibus suis testatur alteram hanc maximè sibi placuisse.

Ibid. ὃ μὴ πιστεύσω] vetus, *non credam*: Rectè.

Cap. XXI.

Vers. 5. μή τι προσφάγιον ἔχετε;] vetus, *nunquid pulmentarium habetis?* Erasmus, Beza, & Piscator, *num quid obsonii habetis?* Rectè: sed cur non rectè etiam: *num quod pulmentarium*: vel, *num quid pulmentarii habetis? Pulmentarium* non solum est certum quoddam edulii genus, quod *puls* dicitur (ne quis fortè causam requirat, cur à piscatoribus petatur puls: quanquam ne id quidem usque adeò absurdum haberi debeat, cùm nullâ lege prohibeantur piscatores quô minus pulte utantur,) sed apud optimos authores æquè latè patet ac προσφάγιον, & ad quosvis cibos, ad quodvis in genere obsonium extenditur. Casaub. in Athenæum notavit [lib. 7. cap: 2] *pulmentarium* rectè exprimere τὸ προσφάγιον. Id discimus ex Horatio & Persio, doctissimisque eòrùm interpretibus. Horat. sat. 2. lib. 2. *Tu pulmentaria quare Sudando*: id est, epulas & cibos qui te delectent. Ad quem locum vir egregius L. Torrentius: *Pulmentaria & pulmenta pro quovis cibo & obsonio* [sumuntur.] Persius Sat. 3. non procul à fine: *Uncta cadunt laxis tunc pulmentaria labris. Uncta pulmentaria*, id est, doctissimo Casaubono interprete; *cibi lauti, & delicati.* [Græcè dicas, προσφάγια καὶ ὀψα καὶ λιπαρά] Superpondii loco addo ex Glossario, & Lexico vetere Græco-Latino: *Pulmentarium*, προσφάγιον; προσφάγιον, *pulmentum*, id

id est, pulmentarium. Nam pulmentarium & pulmentum idem sunt. Igitur videmus causam non fuisse cur vetus interpretatio sic rejiceretur, ac si prorsùs esset inepta.

Vers. 6. ἰσχύειν] vetus, *valebant*: rectè.

Vers. 7. ὁ ἐπενδύτῃ διεζώσατο] vetus, *tunicâ succinxit se*: Beza & Piscator, *amiculum succinxit*. Quale tegumenti genus ὁ ἐπενδύτης fuerit, difficile est statuere, cùm præter nominis notationem nihil hîc propemodum quod sequamur, habeamus. Ex ipso sono vocis colligitur aliquid fuisse superindui solitum: sed talium indumentorum, quàm variæ & dissimiles figuræ? Superinduitur toga, superinduitur pallium, & illud ipsum vestimentum, quod hodiè interius est, cras, si ita opus fuerit, exterius efficitur. 1. Sam. 18. vers. 4. Jonathan exuit ἐπενδύτῃ ἐπ' αὐτῷ, & dat Davidi. ἐπενδύτῃ, Hebraicè, מְעִיל, id est, *pallium*, [magni nimirùm pretii vestimentum: nam tem nihili tali amico dedisse eum non est verisimile.] Sed quid hoc ad Petri ἐπενδύτῃ, qui sine dubio neque pallium fuit, neque toga, neque quid ejusmodi? Quid ergo? Velamentum earum partium quæ honestè conspici non possunt. Atque ut sic sentiam Nonni imprimis adducor authoritate, qui ita παραφράζει hunc locum, ut multa simul doceat: 1. Hoc quicquid fuit indumenti circumtexisse nates: 2. è corio fuisse, contrà quàm multi sentiunt, qui lineum potiùs fuisse volunt, verba ista Nonni: Καὶ λινέῳ πανύχαζο &c. non rectè, ut arbitror, intelligentes: 3. Petrum cinguli vel

vinculi vice, (quô nimirùm indumentum illud arctiùs adhæreret corpori, nec delaberetur ad pedes) lineo reti usum fuisse. Huc enim spectant verba illa modò recitata: Καὶ λινέω πεπύκαστο, &c. nec non verba proximo versu præcedentia: Ἔιμαπι δα ιδαλέω &c. 4. Piscatorum peculiare fuisse gestamen indumentum hoc: 5. In eum finem fuisse adhibitum ut τὰ ἀιδοῖα velaret. Clarissima enim sunt hæc verba: τόπῳ διδύμων κεχαλασμένον ἐς πτύχα μηρῶν Ιχθυβόλοι φορέουσιν ἀθηήτου σκέπας ἀιδοῦς. id est, *quod per gemina demissum femora piscatores gestant verendorum velamen.* Nonne hîc veluti penicillo quodam depingit nobis Nonnus piscatorum quoddam subligar sive subligaculum, quo uterentur piscatores, quoties nollent ea videri, quæ à conspectu hominum removeri debent? Neq; aliud in mente habuisse credo, aut veterem interpretem cùm τὴν ἐπενδύτην *tunicam*, aut Bezam cùm *amiculum*, appellaret. Nomina enim *tunicæ* & *amiculi* latè patent. Suidæ, ἐπενδύτης est τὸ ἐσώτατον ἱμάτιον, ὁ καὶ ὑποκάμισον λέγεται, i.e. *intima vestis quæ & subucula dicitur.* At sic potiùs diceretur ὑποδύτης, quemadmodum ipse posteà loquitur, ubi sic distinguit inter ὑποδύτην & ἐπενδύτην, ut ὑποδύτης sit τὸ ἐσώτερον ἱμάτιον, *intima* vestis: ἐπενδύτης autem τὸ ἐπάνω, *extima.* Vetus Glossarium, quod sæpè mihi adjumento fuit hîc deserit, non quòd omittit hoc vocabulum, sed quòd ita interpretatur, ut quid velit dicere non intelligam. *Superaria*, inquit, ἐπενδύτης, & sic Lexicon Græco-Latinum: Ἐπενδύτης, *Instata, Superaria.* Mihi ignota prorsus sunt hæc vocabula, nisi quod tale aliquid iis significati

ficari suspicer, quale ex Nonno paulò superiùs attuli, si modò mendo vacent. Superest Theophylactus apud quem talem reperio τοῦ ἐπενδύτου descriptionem, à Nonni nonnihil discrepantem: Ἔστιν ὁ ἐπενδύτης λινοῦν τὶ ὀθόνιον *ὃν οἵτε φοίνικες, καὶ οἱ Σύροι ἁλιεῖς περιελίττουσιν ἑαυτοῖς, εἴτε γυμνοὶ ὄντες, εἴτε ἐπὶ ἱματίοις τοῦτο ἐπιτιθέντες, ἁπλῶς δὲ εἰπεῖν [Deesse videtur. τοιοῦτο τί ἐστιν] ὅιον οἱ ζωγράφοι ποιοῦσι τοὺς ἀποστόλους ἐπάνω τῶν ἱματίων περιελιγμένους: Ἐπεὶ οὖν γυμνὸς ἦν ὁ Πέτρος, ἅτε περὶ τὴν ἄγραν πονούμενος, διὰ τὴν αἰδῶ περιελίττεται τὴν ἐπενδύτην· τοῦτο γὰρ ἐστι τὸ διαζώσασθαι. id est, Ἐπενδύτης, *est lineum quoddam velum, quo & Phænicum & Syrorũ piscatores circumcingunt sese, sive nudi sint, sive vestibus illud imposuerint. Et, ut verbo dicam, tale quiddam est, quale illud quo pictores Apostolos suprà vestes circumcingunt. Quoniam igitur nudus erat Petrus, utpote capturæ piscium dans operam, pudoris causâ ependytâ circumcingit sese. Hoc enim est* διαζώσασθαι. Dixi Theophylacti descriptionem à Nonni discrepare, atque ita profectò est. Nam apud Nonnum ὁ ἐπενδύτης est è *corio*: at hîc (nisi confundat Theophylactus gestamen cum vinculo gestaminis) è *lino*. Igitur suprà non simpliciter nego τὴν ἐπενδύτην lineum fuisse, sed tantùm secundum Nonnum. In reliquis descriptionis partibus satis inter se conuenire videntur. Nam apud utrosque ἐπενδύτης, piscatorum est gestamen, & tale gestamen quo circumcinxerint sese, idq; pudoris causâ. Igitur vel genus quoddam subligaculi fuit, vel cingulum latius & amplius, quod subligaculi usum præberet, & pudendis velandis sufficeret.

* ισ.

Vers. 15. τὰ ἀρνία μου] id est, *agniculos meos, agnellos meos.* Casaub. adversus Baron. pag: 712. & 713. *Sine causa interpretes teneritudinem affectus in Christo dissimulant hoc loco, vertentes,* agnos, *quùm debuissent,* agniculos, *vel,* agnellos: *nihil enim in Scripturis est ociosum, non dictio, non dictionis forma, non syllaba, non littera.*

Vers: 17. Ἐλυπήθη] vetus, *contristatus est:* Alii, *Tristis fuit,* & *Tristitiâ fuit affectus,* & *indoluit.* Mihi τὸ *contristatus est,* non displicet. Nam si λυπῶ sit *contristo,* cur non & λυποῦμαι *contristor,* & ἐλυπήθη, *contristatus est?*

Vers: 21. πρὸς Ἰησοῦ] id est, ad Jesum. Vide suprà cap: 19. v. 9 & cap: 11. v. 21.

Octob. 13. 1621.

Τέλος. τῷ Θεῷ δόξα.

Collatio Veteris Interpretis cum Recentioribus aliquot in Actis Apostolorum.

Cap. I.

Vers: 3. ὀπτανόμενος αὐτοῖς] vetus, *apparens eis*: Erasmus, *dum conspicitur ab illis*: Beza & Piscator, *conspectus ab eis*: ὀπτανόμενος, id est, ἐμφανιζόμενος, *apparens, conspiciendum se exhibens*, pro quo non malè fortasse dixeris: *conspiciendum se illis dans*: *præbens*: aut similiter.

Vers: 4. συναλιζόμενος μετ' αὐτῶν] vetus, *convescens*: Erasmus, *congregans illos in idem loci*: Beza, *cum illis conveniens*. Melanchthon & qui Melanchthonem sequuntur, veluti Strigelius & alii, pro, συναλιζόμενος, legunt, συναυλιζόμενος, id est, *una commorans*, à verbo συναυλίζομαι: sed, quod sciam, merè σχαστικὴ est hæc lectio, nec libri alicujus sive veteris sive recentioris authoritate, tametsi Valla contrarium tueatur, facilè confirmanda. Igitur viros aliôqui doctissimos hîc non audio.

Potiùs diſpiciendum eſt utra ſignificatio τοῦ, συναλιζόμενος, aptiùs convenerit, *conveſcendi* ne, an *conveniendi*. Chryſoſtomus, & Græci interpretes, qui æquè intellexiſſe videntur vim hujus vocis, ac illi qui noſtrâ aut patrum noſtrorum memoriâ vixerunt, uno ore eam tribuunt huic participio ſignificationem, quæ *conveſcendi* vocabulo, ſi non ita purè & elegantèr, at verè ſatis & perſpicuè exprimatur. *Maluit pius interpres minus Latinè aliquid dicere, quàm minùs propriè.* Verba ſunt Auguſtini in Pſal. 50. tom. 8. col. 493. quamvis ex aliâ occaſione prolata. Quid enim? Nonne Chryſoſtomus, quò meliùs percipiatur, quid ſit συναλιζόμενος, remittit nos ad hæc verba Act. 10. 41. οἵτινες συνεφάγομεν, καὶ συνεπίομεν αὐτῷ? Nonne Theophylactus & Oecumenius diſertè ſic hunc locum enarrant: συναλιζόμενος, τέλεσι, κοινωνῶν ἁλῶν, καὶ κοινωνῶν τραπέζης, id eſt, *ejuſdem ſalis & ejuſdem menſæ particeps?* Ergo doctiſſimos inter Græcos, Apoſtoliciſque multò nobis viciniores temporibus, quibuſcum etiam conjungantur Syrus & Arabs interpretes, haud aliter accepiſſe *participium*, συναλιζόμενος, quàm à vetere olim Latino interprete acceptum fuerit, manifeſtum eſt. Sed *duo* contrà objiciuntur: *primum* non legi in hac ſignificatione apud alios ſcriptores: & *deinde* non id agi hoc loco, ut doceatur, quid fecerit teſtificandæ reſurrectionis ſuæ causâ, ſed narrari duntaxat, quid mox aſcenſurus cum Apoſtolis ſuis egerit. *Reſpondeo*, incertum *primum* eſſe an alii probati ſcriptores ſic uſpiàm locuti fuerint. Nam nec omnia illorum

ſcripta

ſcripta habemus: & ſi haberemus, difficile eſſet, vel diligentiſſimo lectori, quid non legeretur apud eos, pro certo affirmare. Imò, Chryſoſtomo hanc ſignificationem agnoſcente, cui vix parem in lingua Græca habemus, citiùs notam eam fuiſſe Græcis Scriptoribus quàm ignotam aſſeruerim. *Secundò* loco, leviſſimum eſt quod dicitur, Chriſtum hîc non feciſſe fidem reſurrectionis ſuæ. Ego exiſtimo omnia ejus dicta & facta poſtquam reſurrexiſſet, necdum aſcendiſſet in cœlos, totidem fuiſſe reſurrectionis ſuæ teſtimonia, inprimis verò quòd unâ cum diſcipulis ſuis ederit, & biberit Græca ſcholia in Act. 10. verſ: 41. Ἐντεῦθεν τὴν ἀνάστασιν τοῦ Χριστοῦ διαβεβαιοῦται, ἐκ τοῦ συμφαγεῖν αὐτῷ μετὰ τὴν ἀνάστασιν· οὐδὲ γὰρ ἀναστὰς ἐποίησέ τι σημεῖον. αὐτὴ γὰρ ἡ ἀνάστασις μέγα σημεῖον ἦν· τάυτης δὲ οὐδὲν σημεῖον ἦν ὡς τὸ φαγεῖν καὶ πιεῖν. id eſt, *Hinc confirmat* [Petrus] *reſurrectionem Chriſti, ex eo quod unà cum illo ederit poſt reſurrectionem. Neque enim poſtquam reſurrexit, ſignum aliquod edidit. Ipſa enim reſurrectio magnum ſignum erat. Hujus autem ſignum nullum erat evidentius, quàm edere, & bibere.* Et quid, quæſo prohibet quo minùs in menſa ſedens, & cibum cum diſcipulis ſuis capiẽs, ſive ut vet: interp: loquitur, *Conveſcens cum diſcipulis ſuis*, moneret eos ne Hieroſ. abſcederent? Qui aiunt, *conveniſſe* Chr. cũ diſcipulis, præſentiam tantùm ejus notant: at qui aiunt, *comediſſe* eum cum illis, hoc amplius, modũ præſentiæ deſignãt, & talẽ modũ qui & amanti, & valedicenti, & cætũ amicorũ de reb: neceſſariis monẽti, imprimis cõveniat.

Eſt

Est συναλίζομαι, idem quod, συνάγομαι, & συναθροίζομαι, nemo negat. Scio etiam sic loqui optimos scriptores, nec alienum esse, ut hîc etiam sic accipiatur: cæterùm nego propterea Chrysostomi interpretationem aut ejiciendam, aut verò in inferiorem detrudendam locum. Eruditiss. Casaubonus in Athenæum lib: 2. cap: 3. *Etsi autem* ἀλίζεσθαι & συναλίζεσθαι *generali notione* congregari *significant, sine finis discrimine: fuere tamen, qui de convenientibus ad cœnam conditam propriè putarent usurpari. Ita usus hîc Athenæus illa voce. Ita etiam accepit novi fœderis Syrus interpres.*

Vers. 5. ὑ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας] Vetus, *non post multos hos dies*: Græcum sermonem omni ex parte nobis referens, tum quod ad verba spectat, tum quod ad verborum ordinem. Alii ordinem mutant, in hunc modum: *post dies hosce non multos*: quod non displicet.

Vers: 6. ἐπηρώτων] Vetus, *interrogabant.*

Vers: 7. ἢ καιρούς] vetus, *vel momenta*: Alii, *sive opportunitates: sive momenta temporum.* Adhæc particula ἤ rectiùs exprimitur per *vel*, aut per *aut*, quàm per *sive.* Nam τὸ *sive*, nisi geminetur, explicat potiùs quàm disjungit. Alii, *aut articulos temporum*: quod postremum maximè mihi probatur, quia καιρὸς ἐστὶν ἐν ᾧ ἐκ ἔστι χρόνος, ut vulgò notum est. Augustinus Epistolâ 78. *Nemo potest cognoscere tempora quæ pater posuit in sua potestate*, id est, χρόνους ἢ καιρούς: quod si Latinè diceretur *tempora* aut

oppor-

opportunitates, nec ſic quod dictum eſt, eſſet expreſſum, quia ſive opportuna, ſive importuna ſint tempora, καιροὶ dicuntur.

Verſ: 8. ἐπελθόν[τος] vetus, *ſupervenientis*. Alii, *poſtquam ſupervenerit*: ut exprimatur vis aoriſti. Sed hoc ſæpiſſimè negligitur, ut hoc ipſo cap: v. 24. pro, προσευξάμενοι, Latinè legitur, *precantes*, ſive, *orantes*, non ſolùm apud veterem interpret. ſed etiam recentiores.

Verſ: 9. ὑπέλαβεν αὐτὸν] vetus, *ſuſcepit eum*, id eſt, ſuſceptum abſtulit.

Verſ: 12. σαββάτου ἔχον ὁδόν] vetus ad verbum, *Sabbathi habens iter*: id eſt, diſtans itinere Sabbathi.

Verſ. 13. καὶ Ἰούδας Ἰακώβου] vetus, *& Judas Jacobi*: ἀδελφίδους, cùm alii *frater*, alii *filius* addant.

Verſ: 14. σὺν γυναιξὶ] vetus, *cum mulieribus*. alii, *cum uxoribus*. Sed prius magis placet, quia qui mulieres dicit, uxores etiam ſub eadem appellatione comprehendere poteſt: at qui uxores nominat, ſolas illas nominat. Tertullianus de virginibus velandis: *Denique mulier & non uxor dici poteſt, non mulier autem uxor dici non poteſt, quia nec eſſe*. Et paulò ſuprà: *Omnia dixeris, cum id dixeris quod ex omnibus conſtat. Sic & mulierem nominando, quicquid eſt mulieris nominavi*. Igitur quò generalior, eò tutior erit & Græcis convenientior interpretatio. Nam quæ affertur ratio, cur τὸ γυναιξὶ hîc ad uxores Apoſtolorum reſtringi debeat, perparùm mihi habere videtur firmitatis. Quid ſi enim confirmandæ illæ

illæ erant? Numigitur nec aliis locus esse debebat, aut nec de aliis mentio fieri? Imò si de uxoribus Apostolorum peculiariter locutus esset Lucas, sic potius dixisset: σὺν ταῖς γυναιξίν αὐτῶν. σὺν γυναιξί, id est, cum mulieribus quibusdam credentibus: inter quas si quis Apostolorum etiam uxores posuerit, me non admodum adversantem sibi habebit.

Vers: 15 ἀναστὰς] vetus, *exurgens*. Non malè. Alii, *assurgens: quùm assurrexisset: quùm exsurrexisset*. Ibid. ἐπὶ τὸ αὐτό] vetus, *simul*: Alii, *eodem loci*. Hesychius: Ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ὁμοῦ, [id est, *simul*] εἰς τὸ αὐτὸν τόπον, [id est *eôdem loci*.] Luc. 17. 35. Δύο ἔσονται ἀλήθουσαι ἐπὶ τὸ αὐτό. id est, ex interpretatione Domini Bezæ: *Duæ erunt molentes simul*. Infrà cap: 2. vers: 1. ἦσαν ἅπαντες ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτό, id est, *in eodem loco*, ut vetus habet interpres. Rursus cap: 3. v. 1. Ἐπὶ τὸ αὐτὸ δὲ Πέτρος καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερόν. id est, *simul ascendebant*: Heb: יחדו, ut Deut. 22. vers. 10. לא־תחרש בשור־ובחמר יחדו, id est, Græcè ex versione τῶν ὁ: οὐκ ἀροτριάσεις ἐν μόσχῳ καὶ ὄνῳ ἐπὶ τὸ αὐτό. Ἐπὶ τὸ αὐτό igitur utramque interpretationem recipit, & nunc per *simul*, nunc per *eôdem loci* commodissimè explicetur: hoc verò loco, quantum ego video, neutram expositionem respuit. v: 11. apud vet: interpretem, pro, *oportet*, lego, *oportebat*, quia Græcè est, ἔδει, nec solet ille temporum discrimen negligere.

Vers. 18. καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος] id est, *& quùm cecidisset in faciem*: vel, *quùm in faciem pronus cecidisset, crepuit medius*, sive, *disruptus*

disruptus est medius. Ἐλάκησε enim idem hic est quod ἐχίσθη, vel, διεῤῥάγη. Theophylactus in Act: 28. vers. 6. πίμπρασθαι ἀντὶ τοῦ λακᾷν, διαῤῥήγνυσθαι. Ergo thema τοῦ ἐλάκησε est λακάω, & λακάω est διαῤῥήγνυμαι, *disrumpor.* Vide Is: Casauboni exercitationes 16. ad Annales Baronii, Sect. 69. pag. 598. & 599. ubi totus iste locus egregiè explicatur. Idem comment. ad Persii Sat: 3. pag. 234. *findor*, hoc est, ῥήγνυμαι τῷ χόλῳ, καὶ λακῶ. Sozomenus eccl. historiæ lib 2. cap: 30. de Ario, ejusque infami obitu: ἀλλ' εὐθὺς ἐξελθὼν, ὥσπερ δίκην δοὺς, κατέπεσε, καὶ πρηνὴς γενόμενος ἐλάκησε μέσος.

Vers. 21. ἐν ᾧ εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ἐφ' ἡμᾶς] vetus, *quo intravit & exivit inter nos*: id est, versatus est inter nos.

Vers. 22. ἕνα τούτων] *unum ex his.* Beza omittit τούτων.

Cap. II.

VErs: 3. Καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς &c.] id est, *Et apparuerunt eis* [Piscator, *in eis*: acsi esset, ἐν αὐτοῖς, vel, ἐπ' αὐτοῖς,] *dispertitæ linguæ, velut igneæ, sederuntque super unumquemque eorum.* ὤφθησαν, id est, ἐπεφάνησαν, vel, ἐφάνησαν. πυρός, id est, πύριναι, ut non malè Erasmus. ἐκάθισε, id est, ἐκάθισαν. Erasmus.

Vers 23. διὰ χειρῶν ἀνόμων προσπήξαντες ἀνείλετε] id est, *manibus sceleratis cruci affixistis & interemistis.* Casaubonus.

Vers: 27.

Vers. 27. ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου] vetus, *derelinques animam meam in inferno*: Vide Augustini epistolam 99. col. 439. Qui τὴν ψυχήν μου aliter interpretantur, quàm *animam meam*, nihil aliud quàm audaciam suam produnt. Etiam pro, εἰς ᾅδου, commodissimè dicitur *in inferno*. Vide Piscatorem in Psal. 139. v: 8. ubi ipse, שאול id est, εἰς τὸν ᾅδην, vertit *in inferno*: Vide Drusii proverbiorum class. 2. lib. 4. adag. 81. pag. 335. Sic enim, ὡς ἐπὶ πολὺ εἰπεῖν, relinquitur in latitudine suâ Scriptura, nec ad hos aut illos privatos sensus restringitur. Porrò non est necesse ut infernus sit locus damnatorum: nam Genes. 37. cùm Jacob ait: *Descendam ad filium lugens ad infernum*: nulla est necessitas cur putemus interpretem, per *infernum*, locum damnatorum intellexisse. Intellexit utique conditionem quandam quæ mortuos manet, & à viventibus eos separat: nec aliter illum de patre tam pio atque filio sensisse, veri est quàm simillimum.

Vers. 28. πληρώσεις με εὐφροσύνης μετὰ τοῦ προσώπου σου] Vetus, *replebis me jucunditate cum facie tuâ*. Nihil muto, nec addo.

Vers. 29. ἄνδρες ἀδελφοί] Chaldaicè, נוברין אחין, Syrè, אנשי אחין. Buxtorfius Grammaticæ Chald. &c. lib. 2. cap. 1. ἐξὸν εἰπεῖν] sub, ὄντι, ut ἐξὸν ἦν, Matth. 12. 4. pro ἐξῆν, *licebat*.

Vers. 30. καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ] id est, *ut sederet super thronum ejus*: vel, *in throno ejus*. Anglicè, to sit upon his throne. Καθίζω in novo Testamento, si rectè observavi, aut sem-

per,

per, aut majori certè ex parte intransitivè ponitur.

Vers: 31. προϊδὼν] sub. ἦν. *Cùm igitur prævidisset.*

Vers: 39. ὑμῖν γὰρ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία &c.] id est, *Ad vos enim spectat promissio, & ad liberos vestros, omnesque qui longè sunt. &c.* Aliter. *Ad vos enim & ad liberos vestros pertinet promissio, & ad omnes longinquos.* Sic invenio hunc locum Latinè redditum à Theophylacti interprete: & Theophylactus ipse τὺς εἰς μακρὰν, opponit, τοῖς ἐγγύς, Gentes nimirùm Judæis. Negat Beza τὺς εἰς μακρὰν opponi τοῖς ἐγγύς: sed ego Theophylacti authoritatem insuper habere nequeo. Scio mysterium de gentium vocatione nondum ita clarè patefactum fuisse Petro, atque posteà: sed tamen non fuisse eum penitùs illius ignarum, vel ex Joelis verbis superiùs prolatis liquere utcunque potest. Aliquid esset quod additur à Beza de novitiis & recêns conversis Judæis, si modò Petrus ipso Gentium vocabulo usus fuisset. (id quod à Paulo posteâ nec sine tumultu factum fuisse legimus, Act. 22. v: 21, 22. &c.) aut si Judæi, puri puti Judæi; hoc est, duri & præfracti extitissent: sed cum Petrus nomine τῶν ἐθνῶν abstinuerit, & Judæi isti ad concionem Petri cæpissent jam mitigari melioresque fieri; non erat periculum ne hac qualicunque descriptione misericordiæ divinæ ad populos etiam longè remotos extendendæ offenderentur. Igitur ego iis assentior, qui εἰς μακράν, pro, μακράν accipientes, de gentium vocatione hæc accipiunt. Pulchrè *Theophylactus: ὅρα δὲ πότε τὴν κλῆσιν

* Nec aliter Chrysostomus quem vide

τῶν ἐθνῶν αὐτὴν [fort. αὐτοῖς] ἠνίξατο διὰ τοῦ εἰπεῖν τοῖς εἰς μακρὰν· πότε; ὅτι εὗρεν αὐτοὺς κατανενυγμένους καὶ κατεγνωκότας ἑαυτῶν. Ψυχὴ γὰρ ὅταν ἑαυτὴν καταδικάσῃ οὐκέτι φθονεῖν δύναται. id est, *vide verò quo tempore, dicendo* τοῖς εἰς μακράν, *vocationem Gentium illis* * *tectè significaverit. Quo tempore? Quando invenit eos compunctos corde, & ita affectos ut seipsos condemnarent. Animus enim ubi seipsum condemnaverit, haud ampliùs invidere potest.*

*tectè, non aperte.

Vers: 44. Πάντες δὲ οἱ πιστεύοντες ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτό] id est, *Omnes autem qui credebant erant pariter.* Sic vetus interpres; nisi quòd apud illum pro, *autem*, legatur, *etiam*. Beza, *eodem loci*. Erasmus, *conjuncti*. [non autem *conjunctim*, ut legit Beza in annotationibus.] Ego malim, *unà* aut *simul*. Theophylactus: πάντες δὲ οἱ πιστεύοντες ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ· οὐ τόπῳ, ἀλλὰ διαθέσει, καὶ γνώμῃ, καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους ἀδιαστάτῳ ὁμονοίᾳ καὶ στοργῇ. id est, *omnes autem qui credebant erant simul: non loco, sed affectu & mente, & mutuâ firmissimâque concordiâ, & summo amore.*

Cap. III.

VErs: 3. ἠρώτα] vetus, *rogabat*, eodem servato tempore, quod non hîc solum, sed & alibi solet facere.

Vers: 4. ἀτενίσας δὲ Πέτρος εἰς αὐτὸν, &c.] id est, Ἐμβλέψας δὲ. Ἀτενίζω enim & ἐμβλέπω idem valent, sicut intelligi potest ex decimo & undecimo

undecimo verſu primi capitis hujus libri, ſimul collatis. Nam quod priore verſu eſt ἀτενίζειν εἰς ἑαυτόν, id poſteriore eſt, εἰς ἑαυτὸν ἐμβλέπειν. Ergo non diſplicet hîc mihi vetus interpres, ſic reddens, ἀτενίσας, ac ſi eſſet, ἐμβλέψας id eſt, *intuens*, aut *cùm intuitus eſſet*. Atque idem dico de his verbis v: 12. ἢ ἡμῖν τί ἀτενίζετε? ubi vetus interpres ſimiliter habet: *aut nos quid intuemini?*

Verſ. 12. κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν] id eſt, *cùm ille dimittere decrevisſet*. Eraſmus in annotat. *cùm ſtatuiſſet ille abſolvere*.

Verſ: 14. χαρίσθαι] vetus, *donari*: rectè. *& poſtulaſtis ut homicida donaretur vobis*.

Verſ: 15. ἀρχηγὸν] vetus & Eraſmus, *auctorem*: Beza, *principem*: Piſcator, *ducem*: id eſt, auctorem.

Verſ: 19. 20. & 21. Μετανοήσατε οὖν &c.] Eruditè in hunc locum annotavit multa doctiſſimus interpres, & ingratus ſit neceſſe eſt, qui non & hìc & alibi quàm fuerit de lectore ſuo benè merendi cupidus, agnoſcat: ſed tamen, ut dicam ingenuè quod ſentio, nondum ſalebræ hic omnes ita ſublatæ ſunt, ut cauſa hæſitandi nulla relinquatur. Satis facilia ſunt omnia, donec veneris ad voces: ὅπως ἄν: quæ, ſi, ut vulgò ſolent, exponantur, ſententiam mancam effecerint, & vix benè ſecum cohærentem. Dominus itaque Beza, ut huic incommodo mederetur, dedit his voculis novam ſignificationem, eam nimirùm quam ἐπειδὰν habet apud Græcos, & *poſtquam*, apud Latinos. Et, ne quis novitatis ſtudii illum inſimularet, protulit teſtimonia quædam ex

tuſtiſſimis duobus ſcriptoribus, Herodoto & Sophocle, firmandæ ſuæ interpretationi. Veruntamen, ut mea eſt opinio, ne ſic quidem ſatisfactum eſt vel candidi lectoris, ſi judicium modò adhibuerit, deſiderio. Nam *primùm* in exemplis prolatis eſt, ὅπως, ſine, ἄν. *Deinde*, quod maximè me movet, parùm æquum cenſeo, ut Lucæ mentem nobis, contrà vulgarem & receptum uſum, Sophocles & Herodotus interpretentur. Unum è 70. interpretibus, aut è novo fœdere eccleſiaſticíſve ſcriptoribus ſumptum teſtimonium, plus apud me valuiſſet, quàm ſexcenta è Sophocle collecta aut Herodoto. Quare magis mihi hîc placet ingenua Eraſmi confeſſio, quàm è Poëtis petita, quamtumvis commoda, ſicut primo fortaſſe aſſpectu videatur, interpretatio. Eraſmus fatetur hîc eſſe ἀναπόδοτον. id eſt, deeſſe aliquid explendæ ſententiæ, id quod & ego ſentio, nec aliter ſenſit eruditus Theophylacti in Acta interpres. Totum ergo locum tribus hiſce verſibus comprehenſum ſic expono: *Reſipiſcete igitur, & convertimini, ut deleantur peccata veſtra: ut ſi venerint* [vel, *ut quùm venerint*, ἄν pro ὅταν,] *tempora refrigerationis à conſpectu Domini, Et miſerit prænuntiatum vobis Jeſum Chriſtum*, (*Quem cœlum quidem capiat oportet*: id eſt, *quem a cœlo quidem capi oportet*: ſicut Nazianzenus interpretatur ἄχρι οὗ, λόγῳ β, pag. 214. *uſque ad tempora reſtitutionis omnium quæ locutus eſt Deus per os omnium ſanctorum ſuorum a ſeculo Prophetarum*) *non diſperdamini è populo*, [μὴ ἐξολοθρευθῆτε ἐκ τοῦ λαοῦ] Duo hîc facio ſublevandi

levandi lectoris causâ. *Primùm*, versum totum 21. poscente sic sententiâ, notis Parentheticis includo, & tum posteà è fine versus 23. sumo quod defectum expleat. Aliter plenius, σωθῆτε καὶ μὴ ἐξολοθρευθῆτε ἐκ τοῦ λαοῦ. id est, *servemini nec disperdamini è populo.* Si hoc modo legimus, aptissimus erit transitus à v: 21. ad v: 22.

Vers: 24. ὅσοι ἐλάλησαν] sub. πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν. Oecumenius, προσῦ πακουστέον κἀνταῦθα, τὸ, πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, ἵνα ᾖ, καὶ πάντες ἢ ὅσοι ἐλάλησαν πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν. id est, *Et hîc subaudiendum est*, ad patres nostros, *ut integra oratio sit*: Sed & omnes quotquot locuti sunt ad patres nostros. καὶ προκατήγγειλαν, &c.] Perspicuitatis causâ adde οὗτοι, post καὶ. καὶ οὗτοι, *etiam hi* &c. τὸ, καὶ enim hîc, si credimus interpretibus, non τῷ &, sed τῷ *etiam* respondet. Cùm dico, adde, intelligo, mente & cognitione: nam aliôqui nihil addendum puto.

Vers: 26 ὑμῖν πρῶτον &c.] id est, *Vobis primùm Deus suscitavit filium suum Jesum, misitque illum qui benediceret vobis, avertendo unumquemq; vestrûm a sceleribus suis.* ἀναστήσας ἀπέστειλεν] id est, ἀνέστησε καὶ ἀπέστειλεν. ἀνέστησε, *suscitavit*, ut, ἀναστήσει, *suscitabit*, vers. 22. εὐλογοῦντα ὑμᾶς] id est, εὐποιοῦντα ὑμᾶς, σώζοντα ὑμᾶς: *qui benefaceret vobis, qui servaret vos.* Quomodo? ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν. id est, *si unusquisque vestrûm avertat sese a sceleribus suis.* Sic Oecumenius: εἰ ἄρα καὶ αὐτοὶ ἕλοισθε ἐπιστρέψαι ἀπὸ &c. *si nimirùm & vos a sceleribus vestris vosmetipsos*

avertatis, vel, *avertere velitis*. τὸ ἀποστρέφειν, vel ad Christum, vel, ad Judæos referri potest: mihi vero magis placet ut ad Christum referatur, quia sic, salus eorum qui ab exitio liberantur in solidum Christo tribuitur, pretereà modus, ut suprà dixi, τῆς ἐυλογίας apertissimè declaratur.

Cap. IV.

Vers: 7. ἐπυνθάνοντο] *interrogabant*, vel, *percontabantur*.

V: 9. Ἐι] *Quandoquidem*. Vide Tremellii & Junii annotat. in Genes. 23. 13. & 43. 11.

Vers: 14. τὸν ἄνθρωπον βλέποντες, &c.] id est, *Videntes verò stantem cum eis hominem illum qui sanatus fuerat*: vel, *Videntes verò hominem qui sanatus fuerat stantem cum eis, nihil poterant contradicere*: vel, *nihil habebant quod contradicerent*.

Vers: 24. σὺ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας &c.] id est, *tu es Deus ille qui feciſti*, &c. vel, si cui minùs placet 2. persona post 3. *feciſti*, post *Deus ille*: non erit, opinor, abs re, si sic legat: *tu es Deus ille qui fecit cœlum ac terram, mare & omnia quæ in eis sunt: Tu per os Davidis pueri tui dixiſti*, &c. Non me latet σὺ εἶ ὁ ποιήσας, rectè & usitatâ periphrasi dici, pro σὺ ἐποίησας: sed an interveniente 3. personâ, ὁ ἄνθρωπος, aut ὁ θεός, locus esse possit 2. personæ post 3. ut dicatur, *tu es homo ille*, aut *Deus ille qui feciſti*, ac non potiùs, *homo ille aut Deus ille qui fecit*, de

de eo nonnihil, nec ſine cauſa, ut arbitror, dubito. Sed dicet aliquis eſſe *evocationem*. At ego nego, quandoquidem in evocatione ſic formaretur oratio: *tu Deus feciſti*, ſine, *es*, *ille*, & *qui*. Quia tamen maximi nominis viri, ſine ullo omninò ſcrupulo, poſt *Deus ille*, 2. perſonam poſuerunt, penè ſuccenſeo mihi, quòd ita hîc ſcripſerim, ut nodum in ſirpo quæſiviſſe videar. Servius Sulpitius ad Ciceronem: [epiſtolarum fam: lib: 4. pag: 39. *Denique noli te oblivi ſci Ciceronem eſſe, & eum qui aliis conſueveris præcipere & dare conſilium* &c. Hoc exemplum pro 2. perſonâ facit. Vide Æneid. lib: 4. ubi hæc verba reperies: *Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor*. Quære locum & vide annon & Virgilius pro iis faciat, qui 2. perſonâ hîc utuntur poſt relat. *qui*. Vide & notas meas ad Evangelium Johan. ca: 6. v: 41. vide etiam Act. 21 v: 38. ubi ſi conferas Piſcatorem cum Beza, videbis Piſcatorem à me ſtare

Verſ: 26. ἐπὶ τὸ αὐτό] vetus, *in unum*: Beza, *ſimul*: Piſcator, *eôdem loci*.

Verſ: 27. Συνήχθησαν γὰρ ἐπ' ἀληθείας] vetus, *Convenerunt enim verè*: Beza, *coacti ſunt*: Piſcator, *congregati ſunt* &c. Si hâc *congregati ſunt*, cur non & verſu præcedente?

Verſ: 30. Ἐν τῷ τὴν χεῖρά σου ἐκτείνειν σε εἰς ἴασιν &c.] id eſt, *Extendendo manum tuam ad ſanationem*, [id eſt, ad ſanandum] *& ut ſigna ac miracula edantur per nomen* &c. Sic Anglici interpretes, nec malè, ut exiſtimo: nam Bezæ hîc interpretatio durior videtur. Ἐν τῷ ἐκτείνειν, *extendendo*, ut paulò ſuperius [v. 26. prioris cap.] ἐν τῷ ἀποστρέφειν, *avertendo*.

Vers: 31. ἐλάλουν] vetus, *loquebantur*, eodem utens tempore, ut ferè aliàs semper.

Vers: 33. ἀπεδίδουν τὸ μαρτύριον] id est, *reddebant testimonium*. Sic vetus, nec est cur emendatum eas: nam, ut inquit Theophylactus, καθάπερ ἐγχειρισθέντας αὐτούς τι δείκνυσι, καὶ ὡς περὶ ὀφλήματος λέγει, id est, *cùm ait*, ἀπεδίδουν, *innuit veluti commissum illis aliquid fuisse quod redderent, & tanquam de debito loquitur* Eruditè ergo hunc locum interpretatus est vetus interpres, & temerarium sit deserere, nisi Theophylactum nihil hîc vidisse, libebit suspicari.

Cap. V.

VErs: 2. Καὶ ἐνοσφίσατο ἀπὸ τῆς τιμῆς] id est, *Et intervertit aliquid ex pretio*. Rectè: potes etiam sic: *Et ex illo pretio aliquid ad se avertit*. Cic. divinatione in Q. Cæcilium: *Nam ex illa pecunia magnam partem ad se avertit*.

Vers: 3. ψεύσασθαί σε] *ut falleres*: vel, *mendacio decipere tentares*. τὸ ψεύσασθαι enim hîc, non tam actum, quàm conatum actus denotare videtur.

Vers. 5. ἐξέψυξε] vetus, *expiravit*. Rectè: & miror cur fuerint qui aliter sentirent.

Vers: 6. συνέστειλαν αὐτόν] id est, *composuerunt illum*, sc. ad sepulturam. Vide notas Casauboni. Anglicè, they wound him, or, wound him up.

Vers. 10.

Vers: 10. ἐξέψυξε.] id est, *expiravit*, ut suprà.

Vers: 13. κολλᾶσθαι αὐτοῖς] id est, *adjungere se ipsis*: *adhærere ipsis*, ut Luc: 15. 15. ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν: *adhæsit uni ex civibus*. Sunt qui malint pro κολλᾶσθαι αὐτοῖς, Latinè dicere, *appropinquare ipsis*: pro quâ interpretatione valde faciunt Theophylacti hæc: ὑδρὶς αὐτοῖς προσεγγίσαι ἐτόλμα: & rursus, καὶ μηδένα τολμᾶν προσεγγίζειν.

Vers: 14. Μᾶλλον δὲ προσετίθεντο, &c.] In hoc versu explicanda quædam sunt: *primum* enim non satis liquet, pendeatne *Dativus* τῷ Κυρίῳ à πιστεύοντες, an à προσετίθεντο: & *deinde* τὸ, μᾶλλον δέ, aliter atque aliter exponi potest. Mihi simplicissimum videtur, ut τῷ Κυρίῳ, ordine syntaxeως, cum verbo προσετίθεντο conjungatur, & ratio est, quia non solet hoc verbum sine dativo suo poni expresso vel intellecto, quemadmodum cùm alia quamplurima exempla docent, tum illud infra cap: 11. hujus libri, vers: 24. καὶ προσετέθη ὄχλος ἱκανὸς τῷ Κυρίῳ. Sit ergo ordo, (quem secuti sunt etiam Anglici interpretes) sit, inquam, ordo in hunc modum: Πιστεύοντες δὲ μᾶλλον προσετίθεντο τῷ Κυρίῳ, πλήθη ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν. id est, *Et credentes magis*: vel, *credentes autem magis*, &c. *adjungebantur Domino, virorum ac mulierum multitudo*. hoc est, Post exemplum illud in Ananiam uxoremque ejus editum, valdè auctus est credentium, Dominoque adhærentium numerus. Supra cap: 2. v: 41. καὶ προσετέθησαν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ψυχαὶ ὡσεὶ τρισχίλιαι, sc. τῷ Κυρίῳ, aut, τῇ ἐκκλησίᾳ. Jam si ordo

hic placet, quis non videt, dictionem μᾶλλον, rectiùs per *magis*, quam per *imò* exponi.

Vers. 15. κατὰ τὰς πλατείας] id est, *per plateas, in singulis plateis*: sic Anglici interpretes, in every street. Non tamen in contextu, sed in margine: nam in contextu, sequuntur eos, qui legunt hîc, εἰς τὰς πλατείας] ut κατὰ accipitur hîc distributivè, quemadmodum cùm dicitur, κατ' οἶκον, & κατὰ πόλιν, & similiter.

Vers. 16. καὶ ὀχλούμενοι ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων] id est, *eos qui vexarentur à spiritibus impuris*. Hoc magis placet, quàm, *vexatos*, quia, ὀχλούμενοι, *præsentis* est temporis, non *præteriti*.

Vers. 17. ἡ οὖσα αἵρεσις τῶν Σαδδουκαίων] id est, ὄντες κατὰ τὴν αἵρεσιν Σαδδουκαῖοι: *cùm essent de secta Sadducæorum*: being of the sect of the Sadducees: vel, Σαδδουκαῖοι ὄντες τὴν αἵρεσιν: *Sectâ Sadducæi*.

Vers. 19. ἐξαγαγών τε αὐτοὺς ἔφη] id est, *& cùm eduxisset illos, dixit*.

V. 20. καὶ σταθέντες λαλεῖτε] *& stantes, vel consistentes loquimini*. id est, audacter & intrepidè, non pavidis aut formidantibus similes.

Vers. 22. ἀνοίξαντες δὲ ἀπήγγειλαν] id est, *& reverſs nuntiaverunt*. Porrò totum versum sic reddo: *Ministri autem cùm advenissent, non invenerunt eos in carcere: quare reverſs annunciaverunt*, Hîc δὲ accipio pro οὖν, & Græcorum verborum ordinem, quoad possum, sequor.

Vers. 27. ἀγαγόντες δὲ αὐτοὺς] id est, *cùm igitur adduxissent illos, statuerunt, &c.*

Vers. 31. τοῦτον ὁ Θεὸς &c.] id est, *Hunc Deus*

Deus ducem & ſervatorem [*conſtituens*] *exaltavit dextrâ ſuâ, ut daret reſipiſcentiam*, &c.

Verſ: 33. διεπρίοντο] id eſt, ἐθυμοῦντο, ἔτειζον τὰς ὀδόντας] *æſtuabant irâ, ſtridebant dentibus, frendebant dentibus.* Heſych.

Verſ: 34. ἐκέλευσεν ὀλίγον τι τοὺς ἀποστόλους ποιῆσαι] id eſt, ad verbum: *juſſit ut pauliſper extrà facerent Apoſtolos.* Vet: interpres: *juſſit puſillum foràs Apoſtolos ſecedere*: i.e. ὀλίγον ποιῆσαι ἐκτὸς: quod non audeo reprehendere. Sic enim dici poteſt ὀλίγον ποιῆσαι ἑαυτὸν, ut ἐκ ποιῆσαι ἑαυτὸν de quo Budæus com, pag. 100. Caſaubonus in Suetonii Auguſtum: Huc te fac, pro, *veni*, vel *accede*, [*ponitur apud Terentium*] *ut explicat Donatus. Affinis eſt ſignificatio verbi* ποιεῖν *apud Græcos, ut in Actis* ὀλίγον ποιήσατε τοὺς ἀποστόλους: facite extrà Apoſtolos. Quin hunc locum Caſaub. reſpexerit dubitari non poteſt.

Ver. 35. προσέχετε ἑαυτοῖς &c.] id eſt, de hominibus iſtis quid facturi ſitis cavete.

Verſ. 37. Ἰούδας ὁ Γαλιλαῖος] De Juda iſto nonnulla reperies lectu digna apud Joſ: Scaligerum, Elenchi cap: primo, & Jſ: Caſaubonum ad annales Baronii exercitat. 2. cap. 18. pag. 196. &c: ἀποχραφὴ autem quæ hîc nominatur, fuit cenſus à Quirinio actus; qui Judæ adeó eſt viſus intolerabilis, ut ſumptâ inde occaſione, non Romanis, ſed Deo parendum eſſe, vulgo perſuadere conatus fuerit, vide Joſephum ἀρχαιολ. 18. cap. 1.

V. 38. ἀπόστητε] vet: *diſcedite*: Beza, *abſiſtite*: Piſc: *abſtinete*. *Diſcedite*, i. ab hac re ad aliam aliquâ minus periculoſam vos cõvertite. *Abſtinete*, i. cohibete manus. Neutra interp: diſplicet.

Verſ: 39.

Vers. 39. μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε] vetus, *ne forte & Deo repugnare inveniamini.* Potes etiam sic: *ne forte & cum Deo pugnare comperiamini.* Mihi placet, ut Græcæ orationis forma retineatur: non caret enim elegantiâ. Quod si quid addendum sit, conclusionis vice tale aliquid adjicerem. Εἰ γὰρ ἐκ Θεοῦ ἐστιν, οὐ δυνησόμεθα καλύσαι αὐτό. Hîc sit πλοία στιγμή. Tum incipe: Ἐάσατε οὖν αὐτοὺς μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε. id est, *Missos igitur illos facite ne forte* [vel, *nequando*] &c. Sed hoc facilè intelligitur, igitur omissum est.

Cap. VI.

Vers. 1. πρὸς Ἑλληνιστάς] id est, *Hellenistarum.* Necessitas enim quodâmodo cogit, ut sic loquamur: cum aptior appellatio non occurrat. Si Helleniſtas *Græcos* dixeris, nomine uteris noto, sed quod diversum quiddam ab Helleniſtis significet, ac proinde hîc non adhibendo: si *Græcienſes* aut *Græcanicos*, aut *Græciſſatores* (tot enim hujus vocabuli interpretationes reperio,) æquè loquêris obscurè ac si dicores, Helleniſtas. Quare, ut *Judæorum*, & *Hebræorum*, & *Exorciſtarum* appellatio Latinè retinetur, ita & *Helleniſtarum* appellationem cùm hîc, tum alibi retinendam censeo: sed ita, ut Lector, si opus sit, tali aliquâ annotatiunculâ adjuvetur: Ubi nomen *Helleniſtarum* audis, scito te nomen audire ejusmodi Judæorum, qui alibi quàm in Judæâ nati Bibliis Græcis uterentur: cùm Hebræi, id

est,

est, propriè dicti Judæi, (quibus hîc opponuntur Helleniſtæ) Biblia Hebraicè non Græcè legerent. Viri enim eruditi, quorum in hac re judicio plurimùm tribuendum est, diſertè tradiderunt, Græcam verſionem 70. interpretum, in uſu communi fuiſſe apud Helleniſtas & Hybridas Judæos, non autem apud Judæos γνησίους, καὶ κυρίως λεγομένους. [Vide Epiſtolam 13. libri primi Epiſtolarum Scaligeri, pag: 98. &c.] Druſius in hunc locum, (ſed ni fallor è Scaligero, qui facem hic nobis omnibus præfert) *Helleniſtæ*, inquit, *Græca Biblia in Synagogis legebant, & Græcè ſciebant, peculiari dialecto utentes, quam Helleniſticam vocant.* Videmus ergo quare dicti ſint *Helleniſtæ*, nec alienum à vero eſt, Hebræos, ſive Judæos propriè dictos, hoc primum nomen illis, vel per contemptum, vel diſtinctionis ſaltem causâ dediſſe. Quid ſi addamus aliquid ex Eraſmi annotationibus in hunc locum? ſic itaque Eraſmus: *Non* Ἑλληνας *dixit, ſed* Ἑλληνιστὰς *Judæos qui nati fuerant aut vixerant inter gentes, ejuſque gentis ubi vixerant linguâ loquebantur* [Imò Græcâque linguâ, in ſacris præſertim, utebantur] Itaque qui nati erant in regionibus Judæorum, [id eſt, γνήσιοι Judæi] Judæos alibi natos, aliâque loquentes linguâ pro ſemipaganis ducebant, quos [ſc. γνησίους Judæos] hîc non appellat Judæos, (quod religionis erat nomen,) ſed Hebræos, (quod magis indicat gentem & nationem.) Theophylactus: Ἑλληνιστὰς δίμαι καλεῖ τοὺς Ἑλληνιστὶ φθεγγομένους. Rectè, ſi per τοὺς ἑλληνιστὶ φθεγγομένους, Judæos intelligas.

Verſ. 3.

Verſ: 3. ὃς καταστήσωμεν ἐπὶ τῆς χρείας ταύτης] Vetus, *quos conſtituamus ſuper hoc opus.* Beza, *quos præficiamus huic negotio.* Non male: ſed tamen bis ſuprà ubi prorſus idem loquendi genus habetur, veterem interpretem ſequutus eſt, videlicet, Matth: 24. 45. & 25. 21. Adde 1, Maccab. 6. 14. καὶ κατέστησεν αὐτὸν ἐπὶ πάσης τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ubi non multum refert utrùm dicas, *conſtituit eum ſuper totum regnum*, cum Druſ. vel *præfecit eum toti regno ſuo*, cũ Junio.

Verſ: 6 καὶ ἐπέθηκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας] id eſt, Hebraicè: ויסמכו את־ידיהם עליהם Vide Numb. 27. verſ: 25.

Verſ. 12. καὶ ἐπιστάντες συνήρπασαν αὐτόν, &c.] id eſt, *& repente adorti corripuerunt illum, & adduxerunt in concilium.* Addo, *repente*, quia verbum ἐφίσταμαι, non ſolùm, παραγίνομαι, ſed etiam ὑξαίφνης παραγίνομαι ſignificat.

Verſ. 15. Καὶ ἀτενίσαντες εἰς αὐτὸν ἅπαντες, &c.] id eſt, *Et cùm omnes qui ſedebant in concilio oculos in eum defixiſſent, viderunt*, &c.

Cap. VII.

VErſ. 2. ὤφθη] vetus, *apparuit*: Rectè. vide ſuprà cap. 2. v: 3.

Verſ. 3. ὧν ἂν σοι δείξω] vetus, *quam monſtravero tibi*: Beza, *quamcunque indicàro tibi*: Piſcator, *quam oſtendero tibi.*

Verſ. 6. Ἐλάλησε δὲ &c.] verſum hunc rectè reddidit Piſcator, ſi quid ego video.

Verſ: 14 ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πέντε] vetus, ad verbum, *in animabus* 75. i. animas 75. vel, capita 75, per appoſitionem. vel ad capita hominum 75.

Verſ: 17.

Vers. 17. ἧς ὤμοσεν] *quam jurârat* : vel, *juramento confirmaverat* : vel, *juramento interposito promiserat*.

Vers. 19. ὅσος κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν] vetus, *Hic circumveniens genus nostrum*, quod utique non displicet. Potes etiam dicere : *Hic dolose agens* : vel, *callide agens cum genere nostro*. Neque aliter τὸ κατεσοφίσατο, accipiendum arbitror libri Judith cap: 5. v: 11. ubi emendatiora exemplaria sic habent : καὶ κατεσοφίσατο αὐτὸς, καὶ ἐταπείνωσεν αὐτὸς ἐν πόνῳ καὶ πλίνθῳ καὶ ἔθετο αὐτὸς εἰς δούλους. id est, *& dolose cum ipsis egit, & domuit eos labore lateritio*, [ἐν διὰ δυοῖν] *& ut servi sibi essent, effecit*. Oecumenius, κατασοφισάμενος, τουτέστι, πανούργοις ἐπινοίαις αὐτῶν περιγενέσθαι βουλευσάμενος, id est, κατασοφισάμενος, hoc est, id agens ut versutis illos consiliis superaret. Huc adjungo locum quendam è Luciano dialogo Promethei & Jovis, ubi Jupiter Prometheum in hunc modum alloquitur : κατασοφίζῃ με, ὦ προμηθεῦ id est, *Calide*, sive *dolose mecum agis ô Prometheu*. Nam sic exponendũ esse τὸ, κατασοφίζῃ, clare liquet ex iis quæ subjicit ibidem Prometheus: Καὶ τί πλέον ἔξω; οὐ γὰρ ἀγνοήσεις αὖθις ἔνθα ὁ Κάυκασός ἐστιν, οὐδ' ἀπορήσεις δεσμῶν ὧν τι τεχνάζων ἁλίσκωμαι. i.e: *Et quid mihi proderit? Non enim rursus ubi sit Caucasus latebit te, neque deerunt tibi vincula, si callide aliquid moliens deprehendar*. Ibid. εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι] vetus, *ne vivificarent* : Erasmus, *ne vitales essent* : Beza, *ne sobolescerent*, ζωογονῶ, ex usu τῶν ἑβδομήκοντα, quos hîc sequi oportet, est περιποιοῦμαι, *& vivum conservo*, opponiturque τῷ ἀποκτείνω, καὶ ἀπόλλυμι.

Quare

Quare non ſunt audiendi, qui Eraſmum & veterem interpretem hîc reprehendunt tanquam τῦ ζωοσονεῖσθαι malos expoſitores, ſi modò, quod nemo, opinor, negaverit, idem uterque eorum in animo habuerit dicere; nimirùm regii edicti finem infantum fuiſſe interitum; Nam quin ad infantes hæc referenda ſint, non ſinunt nos dubitare quæ leguntur, Exodi cap. 1. verſ: 17. 18. & 22. Quòd ζωοσονῶ idem ſit quod, *ſervo*, vel, *incolumem ſervo*, præter complura loca apud 70. interpretes facilè reperienda, teſtatur hoc Servatoris noſtri dictum apud Lucam cap: 17. v: 33. Ὃς ἐὰν ζητήσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτὴν· καὶ ὃς ἐὰν ἀπολέσῃ αὐτὴν ζωογονήσει αὐτήν. ζωογονήσει, id eſt, σώσει, ἀναποιήσεται. Neque enim poteſt aliter explicari. Quod autem ad præſentem locum attinet, totum verſum ſic interpretor, *Hic doloſe agens cum genere noſtro, male accepit patres noſtros*, [*eoque adegit,*] *ut exponerent infantes ſuos, ne vivi ſervarentur.* Nam qui exponebant infantes, nec ipſi necabant, nec apud ſe ſervabant incolumes, ſed medium quiddam inter ſalutem, & interitum ſequebantur. Aliter: *Hic doloſe agens cum genere noſtro, male accepit patres noſtros, uſque eo ut exponerent infantes ſuos, ne vivi ſervarentur.* hoc eſt, *ne ſalvi apud ipſos invenirentur.* Hoc eſt, patres noſtri mandato regis territi, non audebant infantes recèns natos domi ſecum habere, ſed incertis eos exponebant caſibus, ne ſi incolumes ſervarentur, ipſi, tanquam regii mandati violatores, capitis periculum adirent.

Verſ: 20.

Vers. 20. ἀστεῖος τῷ Θεῷ] id est, *mire bellus*: eximiâ venustate præditus: θαυμασὰ enim τὰ θεῖα: ita bellus ut forma ejus vel Deo placere posset atque grata esse. Non malè ergo vetus interpres: *gratus Deo*: & sic Græca Scholia. εὐάρεστος τῷ Θεῷ ἀστεῖος, *bellus* Aristoteles Ethic. Nicom. lib. 4. τὸ καλὸς ἐν μεγάλῳ σώματι· οἱ μικροὶ δ' ἀστεῖοι, καὶ σύμμετροι. Martialis lib. 1. Epigrammat. in Cottam: *Bellus homo & magnus vis idem Cotta videri: Sed qui bellus homo est, Cotta, pusillus homo est.* ἀστεῖος ergo *bellus*, & ἀστεῖος τῷ Θεῷ, *mirum in modum bellus*, θαυμαστὸν ὅσον ἀστεῖος: a wonderous fine childe. Hyperbolica locutio.

Vers. 22. ἰδοὺ ἡ συναλὸς ἐν λόγοις καὶ ἐν ὄψεσι] Vide Eusebium εἰς τὸν βίον Κωνσταντίνου, fol. 164. a.

Vers. 26. τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ὤφθη &c.] Hypallage, id est, *Subsequente verò die, vidit ipsos pugnantes*: [Ad verbum, *apparuit*, vel, *visus est ipsis pugnantibus*] *quare id egit ut ad pacem eos redigeret, dicens* &c. ἀφθη αὐτοῖς μαχομένοις] id est, ἐφάνη αὐτὲς μαχομένους. συνήλασεν αὐτὲς] id est, συνελαύνειν ἐσπούδασε. *Actus* pro *Conatu*, ut suprà cap. 5. vers. 3.

Vers. 31. προσελθὼν δὲ αὐτῷ κατανοῆσαι] id est, *& cum accederet intuendi causâ.* κατανοεῖν hîc est *intueri* & *aspicere*, to behold, & sic nostri, nec opus est, ut meliorem interpretationem quæramus. Nam paulò post, pro, οὐκ ἐτόλμα κατανοῆσαι, quis non malit audire: *non audebat aspicere*, sive *intueri*, quàm, *non audebat considerare*? Certè apud 70. interpretes τὸ κατανοεῖν sæpissimè respondet verbis Hebræis intuitum

intuitum oculorum, non mentis considerationem significantibus, ut Psal. 90. [Si Græcorum distinctionem sequeris] vers. 8. τοῖς ὀφθαλμοῖς σου κατανοήσεις. Heb. בעיניך תביט id est, *oculis tuis aspicies.* & Psal. 93. vers. 9. ὁ πλάσας τὸν ὀφθαλμὸν, οὐκὶ κατανοεῖ; Heb. יצר עין הלא יביט id est, *qui finxit oculum, non aspicit*, vel, *non aspiciet?* Eodem modo, καταμάθητε, Matth: 6 28. non est, *discite*, aut *considerate*, sed, *aspicite.*

Vers: 38. οὗτός ὅστιν ὁ γενόμενος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν τῇ ἐρήμῳ &c.] id est, *Hic ille est qui fuit in Ecclesia, in deserto, cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sina, & cum Patribus nostris; qui excepit viva eloquia, quæ nobis traderet. qui fuit in Ecclesia, in deserto, cum Angelo.* id est, qui cùm conventus ageretur in deserto, fuit cum Angelo &c.

Vers: 40. ἐκ γῆς Αἰγύπτου] id est, *ex terra Ægypti.* Porrò, in ὁ Μωϋσῆς, est enallage casus, ἡ εὐθεῖα ἀντὶ τῆς δοτικῆς, ut τὸ αὐτῷ, quod mox sequitur ostendit. Et ut hîc est *rectus* pro *dativo*, sic alibi reperiatur, *rectus* pro *genitivo*, & *accusativus*, pro *recto*: *rectus* pro *Genitivo*, ut Sirachidæ cap. 48. vers: 14. Ἠλίας, ὃς ἐν λαίλαπι ἐσκεπάσθη, καὶ Ἐλισαιὲ ἐνεπλήσθη πνεύματος αὐτοῦ. id est, Καὶ Ἐλισαιὲ ἐνεπλήσθη πνεύματος Ἠλίου, ὃς ἐν λ. e *accusativus* pro *recto*, ut Marc. 6. vers. 16. ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα Ἰωάννην, οὗτός ὅστιν id est, οὗτός ὅστιν Ἰωάννης ὃν ἐγὼ ἀπεκεφάλισα. & Matth: 21. vers: 42. Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος &c.

Vers: 45. Ἣν καὶ εἰσήγαγον διαδεξάμενοι οἱ πατέρες ἡμῶν] id est, *Quod etiam introduxerunt*

posteà

posteà patres nostri, cum Jesu, in possessionem Gentium. διαδεξάμενοι, id est, μετὰ ταῦτα, *posteà, deinceps.* Participium enim per adverbium non incommodè hoc loco exponi posse arbitror, ut cum Græci dicunt: τελευτῶντες ἄπρακτοι ἀπῄεσαν, id est, *tandem re infectâ abibant.* Si cui receptæ magis placent versiones, ego non ero pertinax. Augustinus sæpè dicit: *secutus ait*, id est, proximè ait, mox ait, paulò post ait. Vide tom: 8. col 840, & 841. Infrà cap: 13. v. 46. παῤῥησιασάμενοι, id est, *libere, intrepide*, vel *etiam constanter*, ut habet vetus interpres.

Vers. 54. διεπρίοντο ταῖς καρδίαις αὐτῶν] id est, *dissecabantur*, vel, *sauciabantur cordibus suis.* Nam an, *frendere cordibus*, satis ex usu Latinè loquentium dicatur, nequeo in præsentia statuere. Vide suprà, cap. 5. v: 33.

Vers. 55. ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανόν] id est, *intuens in cœlum.* Vide supra cap: 3. v. 4.

Vers: 58. Καὶ ἐκβαλόντες ἔξω τῆς πόλεως, ἐλιθοβόλουν] id est, *Et cùm ejecissent eum ex urbe, lapidabant.*

Vers: 59. Καὶ ἐλιθοβόλουν] *Lapidabant igitur.* Causa enim non est cur non idem tempus retineatur.

Cap. VIII.

Vers: 1. Σαῦλος δὲ ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ] id est, *Saulus autem erat consentiens neci ejus.* Sic vetus, nec libet ab eo vel hilum recedere, quando ille ne tantillùm

quidem recedit à Græcis. Si quis non putat satis Latinè dici, *erat consentiens*: addat Latiniora si volet, ad oram libri: nam nulla versio contextu dignior, quàm quæ sic repræsentat fontem, ut tersum & politum speculum faciem. Additio adverbii, *ultrò*, ad verbum, *consenserat*, mihi parùm probatur, cùm consensus nòn magis cogi possit quàm voluntas. Quid enim est consensus aliud, quàm voluntatis cum voluntate conjunctio, aut significatio & professio voluntatis? Vi extortus consensus, non est verus, sed simulatus & προσποίητος, ac proinde nisi ὁμοπαθῶς, consensus dici non potest.

Vers: 2. Συνεκόμισαν] id est, *Extulerunt, exportarunt*, [Aliter & fortasse rectiùs, Heinsius, quem vide.] Nam præpositio σὺν, negligi potest sine sententiæ detrimento. Ait Lucas elatum fuisse Stephanum, succollantibus viris religiosis, vel, ut cum vetere interprete loquamur *Viris timoratis*.

Vers: 3. *Saulus verò vastabat Ecclesiam in domos quasvis intrans: trahensque viros ac mulieres tradebat eos in custodiam*]

Vers: 4. *Qui igitur dispersi fuerunt, huc illuc ibant, Evangelizantes verbum.* [sive, *sermonem*] id est, quâcunque iter faciebant, verbum Dei annunciabant. διῆλθον, id est, περιῆλθον. Vide Act cap: 10. v. 38. ὃς διῆλθεν εὐεργετῶν. *qui obambulavit beneficiis afficiens*, &c.

Vers: 6. *Attendebant autem turbæ iis, quæ dicebantur a Philippo, concorditer, cum audirent & viderent signa quæ ederet*]

Vers: 9.

Vers: 9. καὶ ἐξιςῶν τὸ ἔθνος τῆς Σαμαρείας] *& obstupefaciens gentem Samariæ.* Sic Athenæus lib: 1. de Xenophonte quodam, ni fallor, præstigiatore: ὃς πῦρ τε αὐτόματον ἐποίει ἀναφύεσθαι, καὶ ἄλλα πολλὰ φάσματα ἐπεχεῖτο, ἀφ' ὧν ἐξίςα τῶν ἀνθρώπων τὴν διάνοιαν. i.e. *qui & ignem sponte exoriri faciebat, & alia multa spectra artificiose exhibebat, quibus obstupefaciebat hominum mentem* [quibus homines attonitos præ stupore reddebat.] Eodem utitur verbo Athenæus in re quàm simillimâ. Ibid. λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν] id est, *dicens se esse aliquem.* *Aliquis* enim apud Latinos nonnunquam est τὶς μέγας, ut apud Plinium juniorem, Epistolâ 23. lib. 1. *Ipse quum tribunus essem, erraverim fortasse, qui me esse aliquem,* [τίνα μέγαν] *putavi, sed tanquam essem, abstinui causis agendis.*

Vers: 13. ἐξίςατο] Σημείωσαι. Ille qui paulò priùs ἐξίςα, id est, obstupefaciebat alios, jam ipse, conspectis, quæ Philippus edebat, signis, ἐξίςατο, id est, *obstupefiebat.* Tantùm interest inter magicas præstigias & ineffabilem potentiam Dei.

Vers: 17. ἐπετίθουν, καὶ ἐλάμβανον] vetus, *imponebant, & accipiebant*, sive, *recipiebant.* Rectè.

Vers: 28. Καὶ ἀνεγίνωσκε τὸν προφήτην Ἡσαΐαν] Vide totius hujus loci luculentam explicationem apud Chrysostomum homil: 35. in Genesin, & Savilianæ editionis tom: 1 pag. 280. & 281: vbi Eunuchi exemplo hortatur auditores suos divinus orator ad diligentem Scripturarum lectionem, πάντα εἰδῶσι τῶν ἐγκειμένων

πλὴν δύναμιν, χάριτι ἀγνοῶσι. id est, *sive percipiant quid in iis contineatur, sive non percipiant. Nam si ipsi, quam poterunt diligentiam adhibuerint, Deum illis auxilio suo non defuturum.* Hæc copiosè Chrysostomus, & suo more, hoc est, aureo quodam eloquentiæ flumine exundans.

Vers. 40. καὶ διερχόμενος εὐηγγελίζετο] id est, *& quâquâ ibat, Evangelizabat omnibus civitatibus* (vel, *urbibus*,) vers: paulò superiùs, vers: 4. hujus capitis: διῆλθον εὐαγγελιζόμενοι: *quacunque ibant Evangelizabant.* Simillimus locus, nisi quod verbum hîc sit quod ibi participium, & participium hîc quod ibi verbum. Videtur igitur 4. deleo distinctionem inter διῆλθον & εὐαγγελιζόμενοι. Nihil enim refert dicâsne διῆλθον εὐαγγελιζόμενοι, an διελθόντες εὐαγγελίζοντο.

Cap. IX.

Vers. 1. Ὁ δὲ Σαῦλος ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου εἰς τοὺς μαθητὰς τοῦ Κυρίου] *Saulus autem adhuc spirans minas ac cædem adversus discipulos Domini*: hoc est, adhuc ingenti flagrans desiderio terrendi ac trucidandi discipulos D. *adhuc ardens minis, & cæde*: adhuc minaces, ac cædis avidos spiritus gerens. Cic. de Senectute, *his studiis flagrantes.* Gaza: σπουδῶν πνέοντας τοιούτων.

Vers. 7. εἰστήκεισαν ἐνεοὶ] id est, *stabant attoniti*, vel, *muti*: Anglicè, *speechlesse.* Ἔννεος, ἄφωνος, ἔκπληκτος. Suidas. Ibid: ἀκούοντες μὲν τῆς φωνῆς] id est, *audientes quidem vocem.*

Sic

Sic rectè vetus. Beza addit, *ejus*: *audientes ejus vocem*. Cujus? Pauli, inquit. Imò potiùs ejus qui cum Paulo colloqueretur. Nam proximè sequitur: *neminem autem videntes*. sc. qui vocem illam ederet ac proferret. Igitur Erasmus in paraphrasi hujus loci apertè dicit: *audientes quidem vocem Paulo loquentis, cæterùm neminem videntes*. Et sic Piscator in scholiis: *vocem*] nempe illius qui loquebatur cum Saulo. Sed si ita sit, quomodo conciliabimus hunc locum cum verbis istis Pauli infrà cap: 22. vers. 9. τὴν δὲ φωνὴν οὐκ ἤκουσαν τοῦ λαλοῦντός μοι: *vocem autem ejus non audierunt, qui loquebatur mecum?* Nam quod affirmatur hîc, ibi planissimè negatur, nisi, mutato respectu, hoc relinquatur effugium, quod non sit utrobique de eâdem voce sermo. Fateor Græca Scholia hujus incommodi vitandi causâ, Paulo adjudicare vocem illam quam comites ejus audiverũt, diversámq; facere à cælitùs delapsâ voce, quam ipse audivit Paulus. Sic enim illa: τίνος δὲ, inquiunt, φωνῆς ἤκουσαν οἱ συνόντες Παύλῳ; αὐτοῦ τοῦ Παύλου ἀποκεινομένου· τῆς δὲ οὐρανίας μόνος αὐτὸς ἤκουσε. Est hæc prompta solutio, sed tamẽ nõ ita plena aut solida ut doctis viris usquequaq; satisfaciat. Quare respondetur à quibusdam, iisq; non minimi nominis, cælitùs delapsam vocem, à Pauli comitibus & auditam fuisse, & non auditam: auditam quatenus sonum quendam auribus suis utcunque perceperunt: non auditam, quatenus ignorarunt, & quis esset qui loqueretur, & quid esset quod diceret. Nam qui audit, nec intelligit, à non audiente perparùm differt. Hæc solutio eô

magis mihi probatur, quia non est verisimile, omissurum fuisse Lucam relativum ἀυτῷ, si de Pauli voce hæc voluisset intelligi. Prætereà vox hominis tanquam phrenetici & mente capti, aut delirio laborantis (nam talis fuisset Pauli comitibus vox Pauli, si colloquium cum altero fingere illum furentum in modum existimassent) quid habet, quod non anxios potiùs quàm attonitos reddat? Audio hominem verba proferentem quæ mentis hallucinantis sint indicia, audio aliena loquentem, miseret me ejus. Audio vocem ἀδιάπλον & sine auctore: Stupeo. vide Matth: 17. vers: 6. Breviter, qui hoc loco addunt, *ejus*, nimis mihi fuisse videntur cupidi: Scholia sua & interpretamenta in contextum ipsum inferendi: cum negari non possit boni & fidelis interpretis esse, aut nihil addere, aut sic addere, ut non habeant lectores cur de sensu Scripturæ coarctato conquerantur.

Vers: 9. Καὶ ἦν, &c.] id est, *Eratque tres dies*, &c.

Vers: 10. ἐν ὁράματι] vetus, *in visu*. Beza, *per visum*. Piscator, *per visionem*: & sic Beza, v: 12.

Vers: 15. σκεῦος ἐκλογῆς] *vas electionis*: id est, instrumentum electum.

Vers: 21. ὁ πορθήσας] id est, ὁ ἀπολέσας, *qui perdidit*, who destroyed.

Vers: 22. συνεβιβάζετο] id est, *confirmabatur, corroborabatur. Invalescere*, ni fallor, dicuntur, res potiùs quàm personæ, ut, consuetudo, morbus, & quæ ejus sunt generis, &c. Ibid. συνέχυνε τὴν Ἰουδαίους] *confundebat*: id est,

refutabat, ἀπεστόμιζε, ad incitas, & metam silentii redigebat. Ibid. συμβιβάζων] vetus, *affirmans*. At Beza, *collatis testimoniis demonstrans*: quæ interpretatio margine quàm contextu mihi semper dignior visa est. Est enim nimis operosa, & talis omninò quæ pueros docentem magistrum, quàm eruditum interpretem magis deceat. Præpositiones cum verbis compositæ nonnunquam negliguntur rectiùs ab interpretibus, quàm ad calculum revocantur, sicut supra observavi. Συμβιβάζω, apud 70. interpretes est διδάσκω, ut Exodi cap: 4. v: 12. ἐγὼ ἀνοίξω τὸ στόμα σου, καὶ συμβιβάσω σε ὃ μέλλεις λαλῆσαι. id est, *ego aperiam os tuum, & docebo te quid sis locuturus*. Sic Judicum cap: 13. v: 8. ἐλθέτω δὴ ἔτι πρὸς ἡμᾶς, καὶ συμβιβασάτω ἡμᾶς τί ποιήσωμεν τῷ παιδίῳ τῷ τικτομένῳ. id est, *veniat iterùm ad nos, & doceat nos quid facere debeamus puero qui nascetur*. & Psal. λα. v: 8. συνετιῶ σε, καὶ συμβιβῶ σε ἐν ὁδῷ ταύτῃ ᾗ πορεύσῃ. id est, *Erudiam te & docebo te in qua via ambules*. & Jesaiæ cap: 40. v: 13. τίς αὐτοῦ σύμβουλος ἐγένετο, ὃς συνβιβᾶ αὐτόν; ἢ πρὸς τίνα συνεβουλεύσατο, καὶ συνεβίβασεν αὐτόν; id est, *Quis ejus consiliarius fuit qui instrueret illum? aut quîcum communicavit consilium, & docuit illum?* Hinc apud Hesychium doctiss. Glossographum legimus. συμβιβαθέντες, διδαχθέντες: συμβίβασις, διδαχή: συμβιβάτω [f. συμβιβασάτω,] διδαξάτω: σωμβιβῶ σε, διδάσκω σε, [f. διδάξω σε. Septuaginta ergo interpretibus & doctissimo Hesychio præeuntibus non dubitarim hoc loco, pro, συμβιβάζων ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χρίστος, Latinè dicere: *docens hunc esse Christum*: aut

si ità mavis: *probans, demonstrans.* Sed rectiùs est, *docens*: igitur & Græca Scholia, pro, συμβιβάζων, διδάσκων habent, sed additâ modificatione hac: μετ' ἐπιτάσεως. Ego nihil addo, cùm sciam, Græco participio, Latinum *docens*, optimè hîc respondere.

Vers. 25. *Acceperunt igitur illum discipuli nocte, & demiserunt per murum funa submittentes in sporta*: vel, *submittentes in sporta.*

Vers. 28. *Ingrediebatur ergo & egrediebatur cum eis* * *in Jerusalem*: vel ad verbum, *Et erat cum eis ingrediens, & egrediens* * *in Jerusalem.* Pone in margine: id est, *versabatur cum eis*, Hebraismus.

* Hierosolymæ.

* Hierosolymæ.

Vers. 29. [Καὶ παρρησιαζόμενος ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ &c.] id est, *Et libere* (participium pro adverbio) *in nomine Domini Jesu loquebatur ac disputabat cum* * *Hellenistis*: Eraſmus, in Paraphrasi, *Judæis apud Græcos natis.* (vide cap. 6. v. 1.) *illi vero*, &c.

Vers. 40. *Petrus autem, cùm ejecisset omnes foras, positis genibus precatus est, & conversus ad corpus dixit, Tabitha, surge. Illa verò aperuit oculos suos, & viso Petro, levavit se ita ut sederet* Anglicè, She sate up. Optimè. ἀνακαθίζω, hîc est, *corpus meum prostratum, & humi aut in lecto jacens paulatim erigo, & in sedentis habitum compono*, ut solent ægroti, cùm affertur illis cibus in lecto cui affixi ad tempus sunt, manducandus, aut ut solent è somno profundiore repentè excitati.

Cap.

Cap. X.

Vers: 1. *Porrò vir quidam erat Cæsareæ*, &c.]

Vers: 3. εἰσελθόντα πρὸς ἀὐτὸν, καὶ εἰπόντα αὐτῷ &c.] vetus, *introeuntem ad se, & dicentem sibi.* Rectè.

Vers: 4. Ὁ δὲ ἀτενίσας αὐτῷ καὶ ἔμφοβος γενόμενος εἶπε] id est, *At ille intuens eum*, (vel, *contuens*, sive *contuitus eum*: vide suprà cap: 3. v: 4.) *& perterrefactus*, (*expavefactus*) dixit,

Vers: 6. παρὰ θάλασσαν] *ad mare*; vel, *juxta mare.*

Vers: 7. post φοβήσας, perspicuitatis causâ, addo, ὁ Κορνήλιος: *vocavit Cornelius duos ex famulis suis*, &c.

Vers: 9. ἐπὶ τὸ δῶμα] vetus, *in superiora*: Erasmus, *in superiora domus*: Beza, *supra domum*: *in tectum*: quod præ cæteris placet. Vide Matth 10. 27. & 24. 17.

Vers: 10. Ἐγένετο δὲ προσπεινος, καὶ ἤθελε γεύσασθαι] id est, *Valde autem esuriit, cupiitque gustare*, (sive, *cibum capere.*) Ibid. ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἔκστασις] *cecidit super eum exstasis*: id est, in ecstasin incidit. Nam propriè loquendo, non πάθος in nos, sed nos in πάθος incidimus. Porrò vocem *ecstasis*, ideo retineo, quia satis nota est ejus significatio, etiam plebeis hominibus, & nullam nisi vernaculam linguam callentibus. Non nego, ἔκστασιν, *mentis excessum* denotare: sed cùm satis

per

per ſe Græca vox clara ſit, nego opus eſſe ut aliunde illato lumine illuſtretur, ſaltem in contextu.

V: 11. *Tum conſpicit cœlum apertum, ac vas quoddam, veluti linteũ magnũ, quatuor initiis,* [i. e. *extremitatibus*] *devinctum, ſic deſcendens ad ſe ut in terram dimitteretur.* Al. *ac vas quoddam ut linteum magnum, quatuor initiis devinctum, deſcendens ad ſe, & pertingens ad terram.* Al. *ac vas quoddam, veluti linteum magnum quatuor initiis devinctum, deſcendere ad ſe, & demitti in terram.* Al. *ac deſcendens ad ſe vas quoddam, veluti linteum magnum, quod quatuor initiis devinctum demittebatur ad terram. Tum*, id eſt, intereà dum patitur ecſtaſin, *conſpicit*, non *conſpexit*. Poſteà muto nonnihil verborum ordinem, quô dilucidior ſit atque adeò expeditior Latina interpretatio.

Verſ: 15. σὺ μὴ κόινου] *tu ne communia facito*, [aut *dicito*.]

Verſ: 17. ἐπέσησαν ὅτι ἡ πυλῶνα] vetus, *adſtiterunt ad januam*. Non malè, niſi malis, *ſteterunt ad januam*, ut ſit ἐπέσησαν, pro ἔστησαν. Nam πυλὼν hîc non eſt *veſtibulum*, ſed *janua*, vel, *porta*, ut Apocal. cap. 21. verſ: 12 & alibi.

Verſ: 20. μηδὲν διακρινόμενον] vetus, *nihil dubitans*. Beza. *nihil ambigens*: Eraſmus & Piſcator, *nihil hæſitans*. Et ſic vetus infra Jacob. 1. v: 6. ubi Beza, *nihil diſceptans*.

Verſ: 25. Ὡς δὲ ἐγένετο εἰσελθεῖν ὁ Πέτρον] id eſt, *ut primum autem introiit Petrus*: Ad verbum: *ut autem factum eſt, introire Petrum*.

Ut

Ut primùm introiit, ſc. in portam, vel exteriorem partem domus. Nam de ingreſſu in interiora domus, ubi nimirum expectabant illum amici Cornelii paulò poſt loquitur, verſ. 27. his verbis: Καὶ συνομιλῶν αὐτῷ εἰσῆλθε, &c.

Verſ: 28. καὶ ἐμοὶ ὁ Θεὸς ἔδειξε μηδένα κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον λέγειν ἄνθρωπον] id eſt. *ſed me Deus docuit* [ad verbum: *mihi Deus oſtendit*] *neminem communem aut impurum dicere.* ἐμοὶ ἔδειξε, id eſt, ἐμὲ ἐδίδαξε.

Verſ: 30. ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ] vetus, *in veſte candida*: quam interpretationem defendit eruditiſſimus Caſaubonus ad Annales Baronii, pag. 603, 604. Eum vide. vide etiam ſuprà Luc: 23. v. 11.

Verſ: 32. παρὰ θάλασσαν] *ad*, vel *juxta mare*. Ibid. ὃς παραγενόμενος] id eſt, *qui, ſi adfuerit*, vel, *cùm adfuerit*.

Verſ: 33. Ἐξαυτῆς] id eſt, παραυτίκα, *confeſtim, extemplò, illicò*. Ibid. σὺ τε καλῶς ἐποίησας παραγενόμενος] *& tu bene feciſti, qui adveneris*, [vel, *quod adveneris.*] Philipp: 4. 14. πλὴν καλῶς ἐποιήσατε συγκοινωνήσαντές μου τῇ θλίψει. *Attamen rectè feciſtis, quòd communicaſtis afflictioni meæ.*

Verſ: 34. ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεός] id eſt, *quod non ſit perſonarum acceptor Deus*: Piſcator, *acceptor faciei*, ut Pſal. 82. v: 2. *uſque quo judicatis iniquitatem, & facies peccatorum ſumitis?* Parum refert utro modo loquaris, niſi quòd *perſonæ* nomen uſitatius eſſe arbitror, vulgoque notius.

Verſ: 35.

Vers: 35. ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει &c.] id est, *Sed in quavis gente acceptus ei sit, qui eum timeat, & operetur justitiam.*

Vers: 36. Τὸν λόγον ὃν, &c.] Est hic locus unus è difficilioribus. Igitur non est mirum, si aqua hîc, quod dici solet, hæserit interpretibus. Nullam interpretationem legi, quæ omni ex parte mihi satisfaciat. Multa adhibentur remedia, sed quæ conatum potiùs medendi ostendant, quàm rem ipsam præstent. Aliis in principio hujus versus est *enallage* casus, *accusativus* pro *nominativo*: aliis *ellipsis præpositionis* χάριν: sunt verò qui malint, τὸν λόγον cum verbo ὤιδατε proximi versus initio conjungi, ut ordo sit: τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ &c. ὑμεῖς ὤιδατε] i. e. *sermonem quem misit filiis Israël* &c. *vos nostis*. Rursus, Erasmus hîc à vetere interprete dissentit, Beza ab Erasmo, Piscator à Beza: sperabat enim semper qui succedebat, allaturum se aliquid quod priùs dicta superaret. Nonne & tu idem speras? inquit aliquis. *Timidi nunquam statuere trophæum*, &, ut ait ille, Θαρσαλέος ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων. Quare non verebor ego & meam conjecturam, (absurdam fortassè) in medium proferre. Minimè dubito quin subaudiendum hîc aliquid sit: quid autem illud sit, quod subaudiri debeat, nemo nos, ut arbitror, melius docuerit, quàm Cornelius ipse, cujus grâ hic à Petro sermo institutus est. Cornelius dixerat ad Petrum v. 33. *Nunc omnes nos in conspectu Dei adsumus, ut audiamus omnia quæ tibi præcepta sunt a Deo.* Nonne ergo series orationis postulat, veluti dictante Cornelio, ut ante τὸν λόγον ponatur:

ponatur: ἀκούσῃς ἔν, aut tale quid? Cornelius cum suis paratus erat ad audiendum, Accommodans igitur sese Petrus ad novos suos auditores ait, ἀκούσῃς ἔν τὸν λόγον &c. Sic idem Petrus priùs, v: nimirum 22. cap. secundi hujus libri, verba facturus de Christo, itidem atque hîc, ad auditores suos ait, ἀκούσῃς τὲς λόγες τέτες. At durum hoc esse dices hoc loco quandoquidem non exprimitur. Non diffiteor durum esse: sed hoc pacto futurum est, ut quod durissimum priùs fuit in Petri oratione aliquãtùm emolliatur. Ut hoc pateat percurramus totum locũ ab initio v: 36. ad finẽ v. 38. sic nimirùm ut initium v: 36. sit, ἀκούσῃς ἔν. Totum ergo locum sic reddo Latinè: (*Audite igitur*) *sermonem illum quem misit* (i. e. promulgavit) *filiis Israel, annũcians pacẽ per Jesum Christũ, hic est omniũ Dominus.* (vel, *qui est omnium Dominus.* Bezæ enim assentior, *demonstrativum* pronomen in *relativum* mutanti.) Huc usque fuit, veluti proœmium quoddam. Jam sequitur oratio sive concio ipsa, in qua optimo ordine progreditur Apostolus à notis ad ignota, à magis perspicuis ad minùs perspicua. Nam primum ea quæ vulgo nota erant proponit, & deinde auditores suos ad res abstrusiores, magisque reconditas, ac Evangelii proprias deducit. *Vos*, inquit, *nostis, me vel tacente, quæ fama passim divulgavit de Jesu Nazareno, qui in Judæa vixit, & post Johannis bãptismum, multorum similiter ore celebratum, miraculis & rerùm egregiè gestarum gloriâ claruit. Ac ne quis de veritate rumoris dubitet, nos quĩ rebus ipsis interfuimus, paratì sumus qui testimonio nostro illum confirmemus.*

Caterùm

Caterùm non ideò me misit Deus ad vos, ut nota inculcarem, sed ut ex iis quæ jam cognita habetis occasionem sumens, ad altiora vos subveherem. Parùm namque profuerit scire Jesum Nazarenum, virum fuisse celebris famæ, & in debellandis morbis ac dæmonibus insignem operam præstitisse, nisi porrò cognoscatis atque credatis eundem pro salute humani generis mortem crucis subijsse, & tertio post die divinâ virtute resuscitatum, de morte & inferno triumphasse. Jam quòd post vitam finitam in ligno crucis tertio die resurrexerit, tã certò novimus, quàm quæ maximè. Nam nos omnes quibus munus prædicandi Evangelii assignavit Deus, unà cum illo postquam resurrexit & comedimus & bibimus, nec hoc solùm, sed etiam mandatum divinitùs accepimus, ut præconio nostro palam faceremus omnibus hunc ipsum esse quem Deus tum vivorum tum mortuorum supremum judicem constituerit. Et quid mirum si hoc a nobis nunc prædicetur, cùm Prophetæ tam multis ab hinc seculis uno omnes ore testati fuerint, hunc esse fontem salutis, & ab hoc ad omnes, qui per veram fidem ipsi adhærent, summa quædam nec alibunde expectanda beneficia dimanare? Hunc enim unicum esse, per quem, si fide modò illum amplectimur, & remissionẽ peccatorũ, & vitam æternam, remissionis peccatorum individuam sociam, consequi liceat. His verbis paraphrastem, ut potui egi, mox interpretẽ pro meo modulo acturus. Sic ergo quæ reliqua sunt Latinè exprimere conor: *Vos nostis quid factum sit per totam Judæam, incipiendo a Galilæa, post baptismum quem prædicavit Johannes. Quo modo*

(*nimirùm*)

(nimirùm) Jesum Nazarenum unxerit Deus Spiritu S: & potentiâ, qui obambulavit (diversa loca peragravit) benefaciens, & sanans omnes qui opprimerentur a Diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Et nos sumus testes omnium quæ fecit & in regione Judæorum, & Hierosolymis: quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc Deus excitavit tertio die, fecitque ut conspicuus esset. Non toti populo sed testibus antea a Deo designatis; nobis (nimirùm) qui comedimus ac bibimus una cum illo, postquam resurrexit a mortuis. Porrò mandavit nobis ut prædicaremus populo, ac testificaremur eum esse qui constitutus sit a Deo judex vivorum ac mortuorum. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum per nomen ejus quemvis accepturum qui crediderit in eum. Qui volunt τὸν λόγον cum ὅιδατε proximo versu conjungi, solidè refutantur à Beza in annotationibus. Fruſtrà enim accersitus fuisset Petrus, si id jam antea cognovissent. Piscator *accusativos*, τὸν λόγον, vers: 36. & Ἰησοῦν vers: 38. accipit *absolutè*, & *vos nostis*, repetit post, *Jesum Nazarenum* vers: 38. Sed hæc interpretatio, si quid ego video, nihilò pauciora habet incommoda, quàm illa altera, quæ λόγον cum ὅιδατε connectit. Quibusdam placet, ut τὸν λόγον sit, pro ὁ λόγος, hoc sensu: *Hic sermo est quem misit Deus* &c. At si sic interpretamur, sequentia cum antecedentibus partim aptè cohærebunt. Restat *præpositio* κατὰ subaudita ante τὸν λόγον, quæ quid utilitatis hîc habeat breviter examinemus. Initium vers: 36. bifariam laborat, à syntaxi & à sensu. Sensus abruptus est,

syntaxis

ſyntaxis perplexa & obſcura. Poſteriori malo optimè medetur *præpoſitio κατ*, quod quivis facilè perſpiciat : at priori fortaſſe non item. Medetur fateor, primo aſpectu, ſed ſi accuratiùs inſpicias, videbis non rectè ſic connecti hunc verſum cum præcedente, aut certè non ita commodè. Quos enim alloquitur Petrus? aut quinam erant quibuſcum negotium jam haberet? nonne homines rudes prorſùs Evangelicæ Doctrinæ, & lactis, quemadmodum Scriptura loquitur, potiùs quàm ſolidi cibi indigentes? Quare meâ ſententiâ, non ſatis conſultè feciſſet Petrus, ſi monuiſſet Cornelium de eo ſermone, quem nondum didiciſſet. Potiùs hortari eum debebat, atque invitare, ad doctrinæ nondum auditæ, ſed auditu longè digniſſimæ elementa perdiſcenda: potiùs quàm gratum ſibi eſſet, quòd auditores tam dociles & benevolos haberet, debebat oſtendere. Hanc ob cauſam ſic accipio Petrum, ac ſi breviter in hunc modum locutus eſſet: "Vos, ut video, parati eſtis ad audiendum, & "ego nullâ religione prohibeor quo minus "vobis etiam qui Gentiles eſtis, fidei Chriſtianæ myſteria aperiam. Satis enim mihi jam "compertum eſt, partim à viſione quam vidi, "partim à Spiritu edocto, Deum non eſſe *προσωποληπτην*, ſed ubique & in quavis gente "acceptos ei eſſe, quicunque ſincero animo "ſervire ei ſtudeant. Quamobrem audite ſermonem quem cum filiis Iſrael primùm com"municavit Deus, annuncians pacem per Je"ſum Chriſtum &c. Eò magis mihi probatur hæc conjectura, quia in exemplaribus manu

manu exaratis hæ duæ dictiones, ἀκόσας ἦν, facilè perire potuerunt propter similitudinem quam habent, cum ἀυτῷ ὃς τὸν. Imperitus enim librarius suspicari potuisset, ἀκόσας ἦν, nihil aliud esse, quàm inutilem repetitionem præcedentium dictionum, à manu aberrante profectam, ac proinde omitti oportere. Si hæc minùs placent, sciat lector, me illi conjecturæ, quæ accusativum λόγον præpositioni χατ' subauditæ subjicit, palmam tribuere.

Vers: 37. τὸ γενόμενον ῥῆμα] id est, *quid factum sit*. vel, *quod factum est*: ut est apud veterem interpretem, vel, *quod gestum est*, ut Beza habet & Piscator. Ibid. ἀρξάμενον] id est, *incipiendo*. Luc. 24. v: 47. Καὶ κηρυχθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι ἀυτοῦ μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰς πάντα τὰ ἔθνη, ἀρξάμενον ἀπὸ Ἱερουσαλήμ. id est, *incipiendo ab Hierusalem*.

Vers 38. τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ Διαβόλου] id est, *qui opprimerentur à Diabolo*. [Καταδυναστεύειν τινα, *opprimere aliquem*: καταδυναστεύεσθαι ὑπό τινος, *opprimi ab aliquo*.] Καταδυναστεύω, *opprimo*, ut Ezech. 18. 12. de pii patris impio filio: πτωχὸν καὶ πένητα καταδυνάστευσε. Heb. עני ואביון הונה id est, *pauperem & mendicum oppressit*. Sic Sapientiæ cap: 2. v: 10. inquiunt prophani legis divinæ contemptores, καταδυναστεύσωμεν πένητα δίκαιον. id est, *opprimamus pauperem justum*.

Vers: 44. ὅτι πάντας τοὺς ἀκούοντας τὸν λόγον] id est, *in omnes qui audiebant sermonem illum*. Sermonem nimirum cujus mentio facta est suprà v: 36. At hoc nonnihil facit pro conjecturâ meâ de, ἀκόσας ἦν, ut & hæc verba sequentis

cap: initio, ὅτι καὶ τὰ ἔθνη ἐδέξαντο τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, vide cap: 11. v: 19.

Cap. XI.

VErs: 2. διεκρίνοντο πρὸς αὐτὸν] id est, *altercabantur cum eo.* vetus, *disceptabant adversus illum.*

Vers: 3. Λέγοντες, ὅτι πρὸς ἄνδρας &c.] *Dicentes, Ad viros præputium habentes introiisti.* Sic alii interpretes, Erasmus, Beza, Piscator: at vetus, *Quare introiisti* &c. ac si legisset, pro, ὅτι εἰσῆλθες &c. διά τί εἰσῆλθες, καὶ συνέφαγες αὐτοῖς; Atque sic certè scriptum invenio apud Chrysostomum in hunc locum, haud tamen in contextu ipso, sed in iis quæ explicationis vice contextui addidit, ubi hæc habet verba: καὶ θέα τί προβάλλονται. οὐ λέγουσι διὰ τί κατήγγειλας; ἀλλὰ διά τί συνέφαγες; id est, *& vide quid objiciant. Non dicunt, cur annunciasti? sed cur unà edisti?* Ex his Chrysostomi verbis probabiliter colligi potest fuisse olim libros, in quibus ἐρωτηματικῶς legeretur: Λέγοντες, Διὰ τὶ π. α. α. ε. εἰσῆλθες, καὶ συνέφαγες αὐτοῖς; id est, *Dicentes, Quare ad viros præputium habentes introiisti, & unà edisti cum eis?* Si libb: suffragarentur, nemo non videt hanc quæ per interrogationem effertur commodiorem esse lectionem.

Vers: 5. καὶ εἶδον ἐν ἐκστάσει ὅραμα] id est, *& vidi in ecstasi visionem.* vide suprà cap: præced. vers: 10.

Ibid.

Ibid. ὡς ὀθόνιον μεγάλον τέτρασιν ἀρχαῖς καθιέμενον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ] id est, *ut linteum magnum quod quatuor extremis demittebatur è cœlo.* Beza addit, *devinctum*, ex v: 11. prioris capitis: sed ut nihil addatur, verba per se satis perspicua sunt.

Vers: 6. Εἰς ὃ ἀτενίσας, κατενόουν, καὶ εἶδον] id est, *In quod quùm intuitus essem, consideravi & vidi.*

Vers: 7. *Audivi prætereà vocem dicentem mihi* &c.]

Vers: 8. *Tum ecce illicò tres viri deimproviso venerunt* [vel, *venerunt* sine *deimproviso.* vide supra cap: præced. vers: 17.] *ad ædes in quibus eram* &c.]

Vers: 17. Εἰ οὖν τὴν ἴσην δωρεὰν ἔδωκεν &c.] id est, ad verbum: *Si igitur par donum dedit eis Deus, ut & nobis, credentibus in Dominum Jesum Christum, ego quis eram potens, ut obsisterem Deo?* [vel, *ut prohiberem Deum?*] Al. *dedit eis Deus ut & nobis, qui credidimus in Dominum Jesum, ego, quibus eram viribus,* [vel, *cujus eram potentiæ,*] *ut prohiberem Deum?* Al. *dedit eis Deus, ut & nobis, postquam crediderunt in Dominum Jesum Christũ, ego,* &c. Ex his tribus interpretationibus prima æquè ambiguam habet orationem atque contextus Græcus: 2. refert participium πιστεύσασιν ad ἡμῖν quod propius est, id quod à Chrysostomo etiam fit, & ab interprete veteri: 3. idem participium refert ad ἀλλοῖς, quod remotius est. Atque hæc syntaxis Bezæ & quibusdam aliis inprimis probatur. Ego rem in medio relinquens liberam facio lectori potestatem eligendi

eam interpretationem, quàm maximè idoneam esse judicaverit. Cur, *si*, pro εἰ, quibusdam hoc loco parùm satisfaciat, causæ nihil video Idem enim valet, ac si dixisset, ἐπεὶ οὖν. *Si igitur* (quod negari certè non potest) *par donum dedit* &c. Quæ notis parentheticis inclusa vides, suâ sponte lectori veniunt in mentem, nec sine elegantia omittuntur. ἐγὼ τίς ἤμην δυνατός] id est, *Ego quis eram & quâ potentiâ præditus ut Deum prohiberem?* Sensum sic mihi videor rectè expressisse. Ait Beza, τὸ ἤμην penitùs esse poëticum: sed, pace tanti viri dixerim, non sic est poëticum, ut non sit ejus etiam dialecti quâ usi sunt Græci Bibliorum interpretes. Quoties enim apud illos occurrit, ἤμην, pro ἦν, id est, *eram?* veluti proverbiorum, 8. nimirum ter, ubi Sapientia de sese prædicat: ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν συμπαρήμην αὐτῷ, &, ἤμην παρ' αὐτῷ, &, ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρεν &c.

Vers: 18. ἡσύχασαν] *quieverunt*: id est, non ampliùs διεκρίνοντο, non ampliùs altercabantur. Vetus, *tacuerunt*: sed tacendi significatio hîc quidem, non ita benè quadrat, quia mox sequitur, ἐδόξαζον, λέγοντες, nisi per *tacuerunt*, intelligas, *altercari* & διακρίνεσθαι desierunt.

Vers: 19. τὸν λόγον] vide supra cap: 10. v. 36. & hujus cap: v: 1.

Vers. 20. ἐλάλουν πρὸς τοὺς Ἑλληνιστὰς] id est, *loquebantur ad Hellenistas*, vide suprà cap. 6. v: 1. Hellenistæ sunt, quasi dicas, Græcè loquentes Judæi, vel, Judæi Græcam linguam in cætibus suis Ecclesiasticis usurpantes. Beza Annotationibus suis in hunc locum negat Hellenistas

Helleniſtas iſtos Judæos fuiſſe. Druſius etiam in præteritis ita ſuper hæc verba ſcribit, ut appareat illum non ſatis certum fuiſſe utrum Judæos illos an Græcos diceret. Imò accedere videtur potius ad eos qui Judæos fuiſſe negant. Sic enim habet: *Fortè alio ſignificatu hic ſumitur* [*ſc. Helleniſtarum appellatio*] *quam ſupra* cap: 6. *Nam ut Judæi qui Græca lingua utebantur in Synagogis, Helleniſtæ dicebantur: ſic fortè gentes, quæ Chriſto nomen dederant.* Sed ubi alibi Gentes ad Chriſtum converſas Helleniſtas dictas reperies? Ego igitur Helleniſtarum nomen Judæis Græcè loquentibus, (& fortaſſe Hebraicè neſcientibus) ut priùs, ita hìc etiam tribui exiſtimo, nec perperàm mihi videntur ratiocinari, qui ex ſuperiore verſu cum hoc collato, talẽ ſyllogiſmum conficiunt: diſperſi fratres (ſicut ex ſuperiore verſu liquet) ad nullos loquebãtur niſi ad Judæos: at diſperſi fratres, hoc verſu teſte, loquebantur ad Helleniſtas: ergo Helleniſtæ iſti erant Judæi.

V: 22. Ἠκούσθη δὲ ὁ λόγος εἰς τὰ ὦτα τῆς ἐκκλησίας τῆς οὔσης ἐν Ἱεροσολύμοις περὶ αὐτῶν] id eſt, *Pervenit autem rumor de his ipſis rebus ad aures Eccleſiæ Hieroſolymitanæ.* Beza omittit περὶ αὐτῶν, & ni fallor, Piſcator etiam. Al. *Fando autem pervenit rumor de iis rebus ad aures Eccleſiæ Hier.*

Verſ: 25. καὶ εὑρὼν αὐτὸν ἤγαγεν εἰς Ἀντιόχειαν] id eſt, *& cùm invenisſet eum, duxit eum Antiochiam.*

V: 26. χρηματίσαι τε πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς Χριστιανούς] i. e. *& diſcipuli nominarentur,* [vel, *appellarẽtur*] *primũ Antiochiæ Chriſtiani.* χρηματίσαι, i. ὀνομασθῆναι, προσαγορευθῆναι, λεχθῆναι. Χρημα-

χρηματίζω, *nominor*, & apud Basilium homiliâ in Psalmum 7. *nomino*, ὀνομάζω. Verba Basilii sunt hæc; αὕτη δὲ συνήθεια τῆς γραφῆς καὶ τοὺς χείρονας, [sub: υἱοὺς] ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας χρηματίζειν μᾶλλον, ἢ ἀπὸ τῶν πατέρων, καὶ τοὺς κρείττονας υἱοὺς ὀνομάζειν ἐκ τῆς χαρακτηριζούσης αὐτοὺς ἀρετῆς. id est, *Hic autem mos est Scripturæ, & pejores filios a peccato potiùs appellare quam a patribus, & meliores a peculiari aliqua qua excellebant virtute nominare.* Apud eundem etiam eodem loco χρηματισμὸς est, *nomen*, ὄνομα, *appellatio* προσηγορία: ut & apud Laertium in Solone. Cæterùm activus usus verbi χρηματίζω in significatione *nominandi* rarior est, passivus frequentior, sicut norunt qui in Græcis scriptoribus non sunt perfunctoriè versati. Oecumenius in Epistolam Judæ: ἀστέρες δὲ πλανῆται χρηματίζουσι καὶ αὐτοὶ, id est, *Stellæ erraticæ dicuntur & ipsi*, sc. seductores. Est enim ubi χρηματίζω per verbum substantivum εἰμὶ, non malè exponatur.

Cap. XII.

VErs: 1. Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν, &c.] id est, *Cæterum per id temporis injecit Herodes rex manus ut infestaret quosdam eorum qui erant ex Ecclesiâ.*

Vers: 4. ὃν καὶ πίασας &c.] id est, *Quem etiam prehendens conjecit in carcerem, tradiditque quater quaternis militibus, ut eum servarent.*

Vers. 10.

Vers: 10. τὴν φέρουσαν εἰς τὴν πόλιν &c.] id est, *quæ ducebat in civitatem, quæ sponte suâ aperta est eis: tum egressi processerunt*, &c.

Vers: 11. *Nunc scio verè misisse Dominum angelum suum, & eripuisse (exemisse) me è manu* &c.

Vers: 13. προσῆλθε παιδίσκη ὑπακοῦσαι] id est, *processit*, (vel, *prodiit*,) *puella ad videndum*, sive, *cognoscendum, quis esset*. Sic Plato Phædone, ἐξελθὼν ὁ θυρωρὸς ὥσπερ εἰώθει ὑπακούειν, id est, Camerario interprete, *Egressus janitor, qui solebat videre quis adesset*. ὑπακούειν enim hîc, non est *subauscultare* ut eruditè annotavit Camerarius utriusque linguæ commentariis, sed *videre* sive *cognoscere quis adsit*, & intromitti velit, quærentibusque ab ostio seu januâ respondere. Non malè ergo Syrus interpres, τὸ ὑπακοῦσαι, hoc loco Actorum, sic expressit, ac si dicas Latinè, *ad respondendum*, vel, *ut responderet*. Eôdem enim res recidit, & certum est, si Eustathium audimus Odyss. δ. ὑπακοῦσαι idem esse, quod ἀποκριθῆναι. Quod si hæc ita sint (neque enim temerè in isto literarum genere Camerario fides est deroganda) justa certè causa non fuit cur à vetere hîc interprete discederetur. Quid enim vetus interpres? *processit puella ad videndum*: sc. quis ibi adesset, quis pulsaret fores. Optimè.

Vers: 14. οὐκ ἤνοιξε τὸν πυλῶνα] vetus, *non aperuit januam*: & sic priùs, τὴν θύραν τοῦ πυλῶνος: *ostium januæ*: & paulò post, πρὸ τοῦ πυλῶνος, *ante januam*. Nihil muto: πυλὼν enim pro *januâ*, sive *portâ*, sæpè accipitur, ut Apocal: cap: 21. vers: 13. & alibi. Glossarium

vetus, *Janua*, πυλὼς, & rursus, πυλὼν, *janua*.

Vers: 17. Κατασείσας ὁ ταῖς τῇ χειρὶ σιγᾶν] id est, *Tum nota manu jubens eos silere*, [vel, *annuens eis ut silerent.*] Est hîc, si veterem interpretem cum recentioribus conferas, aliqua varietas interpretationum: sed in sensu nihil est discriminis. infra cap: 21, v: 40. mentio fit τῷ κατασείειν τῇ χειρὶ, sine σιγᾶν, ubi tamen non alius est quàm hîc manûs agitationis finis. Quemadmodum enim Petrus hîc, ita Paulus ibi verba facturus ad populum, silentii impetrandi causâ, κατασείει τῇ χειρὶ τῷ λαῷ. Igitur proximè sequitur, πολλῆς δὲ σιγῆς γενομένης. Nec in hac historiâ solùm legimus, silentium postulantes ista usos esse gestu, sed alibi, & apud alios auctores, multis sanè in locis. Lucanus de Julio Cæsare: — *tumultum*

Composuit vultu, dextraque silentia jussit.

Notissima sunt verba Persii initio *Sat*: quartæ,

Fert animus calidæ fecisse silentia turbæ
Majestate manus: Ad quem locum vide longè eruditissimum Casauboni commentarium, ubertim, quæ ad hanc rem spectent, explicantem.

Vers: 19. ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι] vetus, *jussit eos duci*: Beza, *jussit eos ad supplicium rapi*: Piscator, *jussit eos ad supplicium abduci*. Inter has interpretationes quid intereſt? Nihil, nisi quòd prima sit optima, & ideò optima, quia elegantissima maximèque Latina.

Vers: 20. Ἦν δὲ ὁ Ἡρῴδης θυμομαχῶν Τυρίοις καὶ Σιδωνίοις] id est, *Erat autem Herodes valde infensus Tyriis & Sidoniis.* ἦν θυμομαχῶν, i.e. ἐθυμοῦτο, λίαν ἐθυμοῦτο, *valdè irascebatur*. Al. ἦν θυμομαχῶν

συμμαχῶν T. &c. i. e. *parabat bellum adversus Tyrios*, vel, *meditabatur bellum*. Pro hac interpretatione faciunt & posterior pars compositionis & quæ mox hoc eodem versu sequuntur : ἠτέοντο εἰρώνην. Polybius apud Suidam : οἱ δὲ τὰ μὲν ἀπαλγοῦντες ταῖς ἐλπίσι, τὰ δὲ συμμαχοῦντες, ὅπῃ τινα παράσασιν κατιώτησαν. Hæc verba non interpretor, quia cùm avulsa sint à reliquo corpore, quæ sit eorum mens & sententia benè non intelligo.

CAP. XIII.

VErs. 1. Ἡρώδε τε τετραάρχε σύντροφος] vetus, *Herodis tetrarchæ collactaneus*. Non improbo. Lexicon Græcol. vetus, Σύντροφος, *concibus, conlactaneus*. Similiter Glossarium, *Conlactaneus* σύντροφος, ὁμογάλακτος. Quis negabit ὁμογάλακτος, & *collactaneus* ejusdem esse significationis ?

Vers. 4. ἀπέπλευσαν, al: ἐπέπλευσαν] vetus, *navigaverunt* : possis etiam dicere, *adnavigaverunt*, si standum modò sit illorum judicio, qui pro ἀπάγειν & ἀπέχεσθαι, *adducere*, & *adire* Latinè esse dicendum contendunt.

Vers. 5. κατήγγελλον] id est, *annunciabant*. Vetus, *prædicabant*. Ibid. εἶχον δὲ καὶ Ἰωάννην ὑπηρέτην] vetus, *habebant autem & Johannem in ministerio*. Beza, *ipsis subservientem*. Erasmus & Piscator, *ministrum*. Rectè.

Vers. 7. ἐπεζήτησεν] id est, *desideravit*. Beza, & Piscator, *efflagitavit*.

Vers. 9.

Verſ: 9. καὶ ἀτενίσας εἰς αὐτὸν] id eſt, *& intuens in eum.* vide ſuprà cap. 3. v: 4.

Verſ: 11. ὅτι σὺ] vetus, & alii omnes quos viderim, præter Bezam & Piſcatorem, *ſuper te:* at hi duo, *adverſùm te*: nec malè, quia aliquanto magis perſpicuè. Vulgò enim manus Dei dicitur *ſuper* illum eſſe, quem protegit: at *in, contrà, adverſùs* illum, quem punit. Vide Pſal. 80. verſ. 17. & 1 Sam: 12. v: 15.

Verſ: 12. *Tunc Proprator quod factum fuerat conſpicatus, credidit, obſtupeſcens ad doctrinam Domini.*

Verſ: 16. κρατήσας τῇ χειρὶ] Vetus, *manu ſilentium indicens.* Eraſmus, *manu ſilentio indicto.* Theophylacti interpres, *cùm manu ſilentium indixiſſet?* Beza, *mânu ſilentio facto.* Piſcator, *manu ſilentio poſtulato.* Tres priores interpretationes idem dicunt, & duæ poſteriores non multùm variant à prioribus.

Verſ: 17. ὕψωσεν] vetus, *exaltavit.* Piſcator, *evexit.* Ibid. ἐν τῇ παροικίᾳ ἐν γῇ Αἰγύπτῳ] vetus, Eraſmus, & Piſcator, *cùm eſſent incolæ in terra Ægypti.* Theophylacti interpres: *cùm eſſent inquilini,* &c. Beza, *in commoratione.* Rurſùm, ἐν τῇ παροικίᾳ ἐν γῇ Αἰγύπτῳ. id eſt, ὅτι πάροικοι ἦσαν, πάροικον ὄντα ἐν γῇ Αἰγύπτῳ. Oratio Manaſſis tali titulo prænotatur: *Oratio Manaſſis regis Judæ cùm captus teneretur in Babylone.* id eſt Græcè, προσευχὴ Μανασσῆ βασιλέως τῆς Ἰούδα, ὅτε αἰχμάλωτος ἦν, vel. αἰχμαλώτου ὄντος, vel, ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ αὐτοῦ ἐν Βαβυλῶνι. In fine prologi Sirachidæ, οἱ ἐν τῇ παροικίᾳ ſunt *Judæi inquilinorum more in Ægypto degentes*, & Sirachidæ cap. 16. verſ: 9.

legimus

legimus Deum non pepercisse Sodomitis περὶ τῆς παροικίας Λώτ. id est, ὑπὲρ, vel, ἕνεκα: *Etiamsi Lot, vir justus, incolatum & domicilium ibi haberet.* Sic enim locum illum accipio, nec malè, ut opinor. Liber Sapientiæ cap: 19. v: 10. Ἐμέμνηντο γὰρ ἔτι τῶν ἐν τῇ παροικίᾳ αὐτῶν. id est, *Memores enim adhuc erant eorum, quæ accidissent, cùm essent inquilini.* For they were yet mindfull of such things as had happened, when they were sojourners, or, in the time of their sojourning.

Vers: 18. ἐτροποφόρησεν] vetus, *mores eorum sustinuit.* Beza & Piscator: *mores eorum pertulit.* Theophylacti interpres: *cibum præbens illis toleravit eos,* & in margine, *cibos & alimenta præbuit illis.* Ait enim in manuscripto exemplari vetusto quodam reperisse se, ἐτροφοφόρησεν, tanquàm à τροφὴ, *alimentum,* & πόρω, id est, πορίζω *præbeo.* Sed an hanc vocem admissuri sint Græcè eruditi, nescio, & ut sit proba vox, debebat cum 3. casu quàm cum 4. potiùs conjungi. Igitur puto non aliunde natam esse istam lectionem, quàm ex lapsu aberrantis manus. Nam & nobismetipsis sæpenumerò accidit ut inter scribendum literam pro litera incautiùs ponamus. Magis persuadent, qui geminatâ aspiratione, ἐτροφοφόρησε legendum hìc censent: ut prior pars compositionis sit τροφὴ,* non τρόπος. Macarius homiliâ 46. de infante, & infantis matre: αὐτὴ ἡ μήτηρ ἀπέρχεται πρὸς αὐτὸ ὑπὸ τῆς περὶ τὸ βρέφος ἀγάπης αἰχμαλωτιζομένη, καὶ ἀναλαμβάνει, καὶ περιθάλπει, καὶ τροφοφορεῖ ἐν πολλῇ στοργῇ. Sic enim ibi legitur, nō τροποφορεῖ, quod tamen malim, si meo arbitrio res permitteretur.

* vel, τροφὸς.

mitteretur. Apud Hesychium tamen est ἐξεφορήσην, ἔτρεψεν, ubi pro ἔτρεψεν nemo non videt ἔθρεψεν legendum esse. In Bibliis Græcis Romæ excusis τροφοφορέω ter minimùm legitur, Deuteronomii primo capite bis, & semel, 2. Maccab. 7. ubi, si aurium causâ, prior aspiratio in suam tenuem mutaretur, nihil esset, credo, incommodi: cùm sic etiam verbum compositum, servatâ analogiâ, non minus esse possit à τροφός, quàm à τρόπος. Deuteronomii primo, verbum τροποφορέω, vel, si ita mavis, τροφοφορέω, verbo Hebræo נשׂא, respondet, significanti, ἄρω, βαστάζω, porto. Nec multò aliter accipio in patheticâ illâ matris septem filiorum ad minimum natu filium oratione, 2. Maccab 7. ubi mater sic incipit: *Miserere mei, fili, quæ te utero novem menses gestavi, quæ annos tres lactavi te, quæ enutrivi, & ad hanc ætatem non sine maxima tolerantia perduxi.* Sic enim interpretor Græca hæc: καὶ ἀναγαγοῦσαν εἰς τὴν ἡλικίαν ταύτην, καὶ τροποφορήσασαν: cùm alioquin ad verbum sonent: *& perduxi ad ætatem hanc, & toleravi.* Quid alii sentiant nescio, mihi certè videtur hoc verbo, sive compositionis priorem partem vendicet sibi τρόπος, sive τροφὸς, (de eo enim non litigabo) declarari tolerantia quædam singularis & eximia, nec alibi reperienda, quàm aut in parentibus tenerrimo affectu præditis, aut in diligentissimis nutricibus, aut in illis denique qui parentibus & nutricibus quàm sunt simillimi. Dici enim non potest quot & quanta quámque constanter tolerent, parentes ὑπὲρ ἀτρεφῶν liberorum

rorum adhuc ope ipſorum indigentium causâ. Igitur Lucas Evangeliſta ſummo judicio, cùm ſignificare vellet Iſraëlitis in eremo errantibus nunquam defuiſſe pluſquàm paternam curam & tolerantiam Dei, hoc vocabulum, quod multorum in ſe vim complectitur, adhibuit. Porrò τεσποφορέω, multò magis mihi placet, quàm τεσοφορέω, non ſolùm euphoniæ gratiâ, ſed etiam quia libb: plerique omnes in eâ conſentiunt lectione, & quia ſic ſcriptum reperio, apud Ciceronem epiſtolâ 29. lib: 13. ad Atticum his verbis: *nihil eſt quod ego malim. In hoc τ τύφον μν, φὸς Θεῶν, τεσποφόρησον.* id eſt, *inſolentiam*, ſive *faſtum meum*, *proſummo amore quo me complecteris*, *perfer*, *tolera*, *ſuſtine*. Amor enim multa patitur & boni conſulit, quæ aliôquin intoleranda planè videantur. ἐτεσποφόρησεν ἀυτὲς ὲν τῇ ἐρήμῳ. id eſt, ἦρε καὶ ἐβάσασεν ἀυτὲς ὥσει τεσφὸς τ ὑὸν laxiore interpretatione: *non deſiit eos in eremo tametſi contumaces eſſent & rebelles*, *fovere & defendere*, *& perpetua ſua cura proſequi*: uno verbo: *pertulit*: *ſuſtinuit*: *toleravit*. De vi hujus vocis quædam habentur apud Lutherum in Pſalmos graduum [fol: 506. a.] non indigna lectu, veluti hæc: ἐτεσποφόρησεν ἀυτὲς, *ſicut bonus maritus fert mores uxoris*, *præceptor diſcipulorum*, *princeps ſuorum aulicorum*, &c.

Verſ: 26. καὶ ὸι ὲν ὑμῖν φοβέμενοι τ Θεὸν] id eſt, *& qui inter vos timetis Deum*. Sed, *qui*, hîc, eſt tertiæ *perſonæ*, non ſecundæ. Vide ſuprà, cap. 4. verſ. 24.

Verſ. 27.

Vers. 27. Οἱ γὰρ κατοικοῦντες ἐν Ἱερουσαλὴμ, &c.] id est, *Qui enim habitabant Hierosolymis, & principes* [primotes] *eorum, quum hunc ignorarent, tum voces prophetarum quæ per omne Sabbathum leguntur, condemnato eo, impleverunt. Tum nulla causa mortis inventa, petierunt a Pilato ut necaretur.* Aliter, *Qui enim habitabant Hierosolymis, primoresque eorum, quùm hunc ignorarent, & voces prophetarum*, &c. *Et nulla causa inventa* &c. Anglicè. (Nam parùm mihi hîc probatur novissima versio,) For they that dwelt at Jerusalem, and their rulers, not knowing who hee was, did both fulfill the sayings of the Prophets, which are read every Sabbath, in that they condemned him. And also having found in him no cause of death, did desire Pilate that he might be slain. Or, And also though they found in him no cause of death, did yet desire Pilate, &c. Hunc locum, quia est ubi lector hæsitet, breviter percurro, & explico: τοῦτον, id est, σωτῆρα Ἰησοῦν, qui venit post Johannem, & cujus pedum calceamenta non est dignus Johannes qui solvat. καὶ τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν] Conjunctio καὶ connectenda est cum καὶ initio versus sequentis, ut cùm Latinè geminamus, *tum*; aut particulam *tum*, cum particula *cùm*, præcedente coniungimus. Igitur Theophylacti interpres non dubitavit perspicuitatis causâ *cùm & tùm* hîc adhibere, ne repetitio conjunctionis, &, cuiquam esset fraudi. Eandem ob causam & ego, priore versione, pro καὶ & καὶ, *tum* geminatum posui: posterior verò versio, τὸ, &, retinet, quis,

quia, καὶ, ante οἱ ἄρχοντες, per *que*, non per &, exprimitur. *Accusativus* φωνὰς, à verbo ἐπήσωσαν, pendet, non autem à participio αἰτησάμενος, & nisi hoc studiosè observetur, pereat necesse est vera hujus loci sententia. κρίναντες, id est, καθελόντες, sub: αὐτὸν, id est Ἰησοῦν. Sic vers: 29 καθελόντες, sub: αὐτὸν, id est, *detraxerunt eum quidam de ligno, & posuerunt in monumento:* vel, *detractum de ligno posuerunt quidam in monumento.* Ita interpretor, ac si legeretur, καθελόντες τινες αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ξύλου. Nam cùm certum sit ab aliis occisum, ab aliis detractum de ligno, & in monumento positum fuisse Jesum, non est cur quisquam tali additione offendatur, præsertim cùm non rarò occurrant ἐλλείψεων multò duriorum exempla. Beza aliquantò aliter medetur, sed non ita leniter & molliter, si quid ego judico.

Vers: 34. εἰς διαφθοράν] vetus & Erasmus, *in corruptionem.* Beza & Piscator, *in sepulchrum*: Eruditè enim conferunt τὸν διαφθορὰν, cum Hebræorum vocabulo שחת non solum *corruptionem*, sed etiam *foveam*, & *sepulchrum* significante. Sed, cùm ἡ διαφθορὰ, ipsis fatentibus, tribus proximè sequentibus versibus necessariò pro *corruptione* accipi debeat: æquissimum arbitror, ut hîc etiam eandem significationem habeat. Negat Beza annotationibus suis in Act. 2. v: 27. dici posse de Domino Jesu, verè & propriè, quod viderit שחת. *Dici potest Dominus*, inquit, *vidisse* שאול *aut* בור *aut* קבר, non autem שחת nisi ἀνύσεως accipias. Benè est: Sit ita. Ne-

Neque enim vel leviter repugno. Hoc tamen quæro, sitne necesse, ut cum שחת, διαφθορὰν etiam à Christo removeamus. Si Suidæ credimus, διαφθορὰ est θάνατος & διάλυσις τοῦ συνθέτου σώματος, id est, *mors, sive interitus & corporis compositi dissolutio.* Quare si nulla religione prohibemur, quò minùs θάνατον Christo tribuamus, quid impedit quò minùs eidem tribuamus etiam διαφθορὰν, proprie nimirùm & verè? Scio posteà apertissimè dici ex Psalmo, *Christum non vidisse* διαφθορὰν: Scio etiam Suidam illo ipso in loco ubi priùs ex eo citata verba habentur, inter φθορὰν & διαφθορὰν sic distinguere, ut Christum φθορὰν subiisse affirmet, διαφθορὰν verò subiisse neget. Sed quare hoc facit? Quia τῷ διαφθορὰν *bifariam* accipit: *primùm* pro morte, sive interitu; & deinde pro illâ putredine, [Augustinus epistolâ 49. col. 193. *Christi corpus non dissolutum tabe atque putredine, 3. die resurrexit.*] & carie sive consumptione quæ mortem consequitur, & quam ipse παντελῆ ἀφανισμὸν vocat. Ab hac διαφθορᾷ liber fuit Christus, at non item a priore nisi resuscitatus. Jam quod attinet ad locum psalmi, ejus duplex afferri potest expositio: *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem*: id est, non permittes illum carie consumi, & ad pulverem redigi: vel, sanctum tuum postquàm resuscitatus fuerit, non permittes iterùm mori. *Christus* enim *excitatus à mortuis non amplius moritur*, ut loquitur Apostolus Paulus, *nec mors ei amplius dominatur.* Si non mors, multo minùs שחת, id est, *caries*, & *corruptio putridinis.*

Nam

Nam *duplex* est corruptio, *dissolutionis*, [vide Augustini epistolam 146. col: 679.] quæ est מות, id est, *mors*; & *putredinis*, quæ est שחת, id est, *destructio* & *abolitio* mortui. Si ergo referantur verba Psalmi, (quemadmodum commodissimè possunt) ad Christum jam resuscitatum, nihil prorsus habebit totus iste locus difficultatis. οὐ δώσεις τὸν ὅσιόν σου, [sc. ἐγερθέντα. Nam quòd resuscitandus esset, vitæque reddendus, quæ proximè præcedunt, docent.] ἰδεῖν διαφθορὰν. Δαβὶδ μὲν γὰρ &c. εἶδε διαφθορὰν [id est, οὐκ ἀνέστη.] Ὃν δὲ ὁ Θεὸς ἤγειρεν, οὐκ εἶδε διαφθορὰν. [id est, ἀνέστη καὶ οὐκέτι ἀποθνήσκει, *resurrexit nunquam moriturus*.] Oro te lector, quisquis es, ne temerè hæc tanquam audaciùs scripta damnes, antequam omnia diligenter legeris, & accuratè tecum expenderis. Imprimis verò, oro, te ut hæc verba diligenter consideres: μηκέτι μέλλοντα ὑποστρέφειν εἰς διαφθορὰν. Nonne enim perspicuum est, & luce penè ipsâ clarius, eô hæc verba spectare, ut quàm fuerit Christi post resurrectionem vita ab omni corruptione, atque adeò corruptionis periculo immunis ostendatur? Etenim si Christus, quemadmodum de Lazaro accepimùs, resurrexisset moriturus, nec in incolumitate sua usq; perstitisset, quid inde quæso boni, quid solatii ad nos pervenisset? Ergo necesse omninò fuit, ut non solùm de resurrectione Christi fides nobis fieret, sed etiam de vitæ illius, quam per resurrectionem consecutus est, firmitate, stabilitate, perennititate. De hac re eô prolixiùs disserui, quia nequaquam putavi officii mei esse post-

quàm suscepi semel in me defensionem ceteris interpretis, ut aut illi, aut iis qui illum secuti sunt, (quo in numero Anglici etiam interpretes ponendi sunt) pro virili meâ deessem. Vel igitur retineo *corruptionis* vocabulum in hoc versu, vel pro eo *interitum* substituo, hoc modo: *Quòd autem excitaverit eum à mortuis, haud amplius reversurum ad interitum, ita dixit*, &c.

Vers. 36. Δαβὶδ μὲν γὰρ ἰδίᾳ γενεᾷ ὑπηρετήσας τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ, ἐκοιμήθη &c.] id est, *David enim cùm ætate sua inservivisset voluntati Dei*, [consilio Dei,] *obdormivit*. Sic fermè vetus & Beza: nec dubito quin bona sit interpretatio. Erasmus conjungit γενεᾷ cum ὑπηρετήσας, & posità distinctione post ὑπηρετήσας, τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ copulat cum ἐκοιμήθη, hoc modo: *David quùm suæ ætati inservivisset, consilio Dei dormivit*. Hanc distinctionem atque interpretationem secuti sunt Anglici nostri interpretes, etiam οἱ νεώτεροι, rejectâ alterâ in marginem, quæ tamen contextu ipso mihi semper dignior visa est. ὑπηρετήσας τῇ τοῦ Θεοῦ βουλῇ, sic hoc loco dicitur, ut Sapientiæ cap. 19. vers. 6. ὑπηρετοῦσα ταῖς σαῖς ἐπιστολαῖς. Actio enim verbi ὑπηρετεῖν melius fertur in *dativum* ἐπιστολῇ, aut βουλῇ, quàm in γενεᾷ, aut talem aliquem.

Vers. 42. Ἐξιόντων δὲ ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων &c.] id est, *exeuntibus autem è synagoga Judæis, rogabant Gentes ut sequente Sabbatho exponerentur sibi verba hæc*. Aliter: *Exeuntibus autem illis è synagoga Judæorum rogabant Gentes*, &c. Non uno modo mole-

stiam exhibet interpretibus versus iste. Nam *primùm* variè legitur, cùm alii codd. Ἐξιόντων δὲ αὐτῶν habeant; alii verò, Ἐξιόντων δέ, sine αὐτῶν. *Deinde*, si *relativum* αὐτῶν expungatur, ambiguum est, sitne *Genitivus* Ἰουδαίων, ratione syntaxeως, ad *participium* Ἐξιόντων referendus, an ad *substantivum* συναγωγῆς. *Postremò*, de interpretatione horum verborum; εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον; non est eadem omnium sententia. Ego semper quoad, salvâ veritate, possum, veteri interpreti adhæreo. Quare ego cum illo, Ἐξιόντων δὲ αὐτῶν, *Exeuntibus autem illis*, sc. Apostolis Paulo & Barnabâ. Tum necesse omnino est, (sc. addito *relativo*, αὐτῶν) ut Genitivus Ἰουδαίων ratione *syntaxeως* ad *substantivum* συναγωγῆς pertineat. Nam, quod contrà affertur: superfluam esse additionem hujus *Genitivi*, quum sine ea, quorum fuerit synagoga, satis intelligi possit; planè infirmum est, quando proximi capitis initio exemplum additionis ejus tam manifestum habemus, ut res extrà controversiam omnem poni debeat. Verba, εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον, accipio pro, εἰς τὸ ἑπόμενον, vel, ἑπόμενον, sive, ἐχόμενον σάββατον. Quare enim non sic accipiam, cùm τὸ μεταξὺ non modò veteri interpreti, sed Erasmo etiam, Bezæ, Piscatori, & aliis, idem significet quod *sequens*, *proxima sequens*, *proximum*? Pro εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον, vetus habet, *sequente Sabbatho*, & sic etiam Erasmus; Beza, *in proximè sequenti Sabbatho*; Piscator, *intra proxima sequens Sabbathum*, in *præpositione* εἰς discedens ab aliis, non autem in dictionibus quibus reliquis.

Theophylacti interpres, in contextu, *insequenti Sabbatho*, & in margine, *proximo Sabbatho*. Anglici noſtri interpretes, The next Sabbath: vel, The Sabbath following. His addo Heſychium doctiſſimum gloſſographum, qui ſic ſcribit: Μεταξὺ, ἐξῆς, [Sic enim legendum arbitror, pro ἐξάιφνης,] μετ' ὀλίγον, ἀναμίσον. Beza in annotationibus, utcunque in contextu cum vetere interprete conſentire videatur, τὸ μεταξὺ σάββατον, de interjecto inter Sabbathum & Sabbathum ſpatio intelligit: at ego potiùs de Sabbatho inter Sabbathum & Sabbathum interjecto intelligendum id puto, ut ſic inter interpoſitum Sabbathum & proximum ſive ſequens Sabbathum nihil interſit. Secundum enim reſpectu primi eſt proximè ſequens, reſpectu primi & tertii, intermedium. Sunt qui Apoſtolos ante proximum Sabbathũ Gentibus verba illa quæ audire deſiderârant propoſuiſſe ideò exiſtimant, quia ſequens verſus ait, à ſoluto conventu Judæos & Proſelytos complures ad Apoſtolos acceſſiſſe, & Apoſtolos protinus compellaſſe eos, auctoréſq; illis fuiſſe, ut in gratia Dei permanerent. Cæterùm valdè probabile eſt, Apoſtolorum ſermonem illum non fuiſſe talem, qualis pro concione & in publicis cætibus haberi ſolet, ſed familiari & privato qui interrogandi & reſpondendi vices habet propiorem. Præterea an illi ipſi, qui hoc petiêrant ab Apoſtolis ut verba illa denuò proponerentur, tunc adfuerint, incertum eſt. Quocirca operam illam Gentibus præſtandam, ad proximum Sabbathum reſervatam fuiſſe crediderim. Et obſerva ſis hunc ordinem:

ordinem: *Primùm* egrediuntur è Synagogâ Judæorum Apostoli: *Tum* rogant eos Gentes, ut audita iterùm audiant: *Posteà* solito conventu multi ex Judæis & Proselytis honoris causâ, (sic enim interpretor,) Paulum & Barnabam sequuntur. *Quartò* Paulus, & Barnabas homines, quos videbant tam prompto esse ergà veritatem studio, benignè alloquuntur, & monent, ut in gratia Dei constanter permaneant. *Quinto*, proximo Sabbatho, maximus fit omnium ordinum (& in his Gentium) concursus ad audiendum verbum Dei. *Sexto* & *Postremò* malevoli Judæi videntes tam confertam turbam, tantùm non invidiâ disrumpuntur. Injuriam hîc facerem studioso lectori, si non apponerem Theophylacti verba luculentissima, quibus τὸ μεταξὺ σάββατον exponit. Μεταξὺ σάββατον inquit Theophylactus, ἀντὶ τοῦ, τὸ ἐσόμενον, [id est, ἐσόμενον, ἐρχόμενον] ὡς συμβαίνει κάτω, hoc est, Μεταξὺ Σάββατον, *ponitur pro futuro Sabbatho, ut posteà perspicuè docet Lucas.* Ubi posteà? Versu 44. Ergo, τῷ ἐρχομένῳ Σαββάτῳ, & ὡς τὸ μεταξὺ Σάββατον, idem sunt. Ex his credo planum fieri, versum 42. Latinè sic reddendum esse: *Exeuntibus autem illis è Synagoga Judæorum, rogabant Gentes ut sequente Sabbatho prædicarentur,* [exponerentur, dicerentur] *sibi verba hæc.*

Vers. 43. σεβομένων προσηλύτων] Piscatori vox προσηλύτων ejusmodi est, ut eradendam illam putet. Nam, ut ait, ubique in hoc libro σεβόμενοι non sunt Proselyti, sed Ethnici; & deinde hoc genus loquendi innuit,

quosdam fuisse proselytos qui non colerent verum Deum: quod falsum est. Hæc ille probabiliter: sed libb. tamen consentiunt. At Chrysostomus in Act. 17. vers: 17. σεβομένους δὲ, ait, τοὺς προσηλύτους λέγει.

Vers: 45. ἀντιλέγοντες καὶ βλασφημοῦντες] id est, *nec solum contradicebant, sed etiam blasphemabant*. Sic enim illa quæ videtur esse περιπτολογία, tollitur.

Vers: 46. Παῤῥησιασάμενοι δὲ ὁ Παῦλος καὶ ὁ Βαρνάβας,] vetus, *Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt*. id est, liberè, intrepidè. Est enim ubi *participia* per *adverbia* satis commodè exponantur. Sic supra cap: 7. v: 45. participium διαδεξάμενοι non malè exprimatur per *postea*, aut *deinceps*, sicut Notæ meæ ad ad illum locum ostendunt.

Vers: 48. ἔχαιρον] id est, *gaudebant*. Ibid. καὶ ἐδόξαζον τὸν λόγον τοῦ κυρίου] *& glorificabant sermonem Domini*. id est, gloriosè ac magnificè de sermone sive verbo Dei loquebantur, vel, *credebant verbo Domini*. Vide 2. Thess: cap: 3. v: 1.

Cap. XIV.

Vers. κατὰ τὸ αὐτὸ] id est, *similiter*, *eodem modo*: Camerarius. At Hesychius: κατὰ τὸ αὐτὸ, ὁμοῦ: nisi pro ὁμοῦ, legendum ibi sit ὁμῶς, aut ὁμοίως. Sed ὁμοῦ, non displicet, & sic

sic cum veteri & Erasmo, nostri etiam interpretes.

Vers. 3. παῤῥησιαζόμενοι ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, &c.] id est, *libere loquentes in Domino, qui testimonium perhibebat verbo gratiæ suæ, dabatque ut &c. in Domino*, id est, in nomine Domini, vel propter Dominum. Et mox, *testimonium perhibebat* potiùs, quàm *testimonium dabat*, quia dabat proximè sequitur. Vide infrà cap. 15. vers. 8.

Vers. 4. Ἐσχίσθη δὲ τὸ πλῆθος] vetus & Beza, *Divisa est*: Piscator, *Scissa est*.

Vers. 7. Κἀκεῖ ἦσαν εὐαγγελιζόμενοι] id est, κἀκεῖ εὐηγγελίζοντο: *Et illic evangelizabant*. At Theophylacti interpres: *Et illic morabantur Evangelium prædicantes*: τὸ ἦσαν & τὸ εὐαγγελιζόμενοι, seorsim sumens.

Vers. 10. Καὶ ἥλατο καὶ περιεπάτει] id est, *Tum exiliebat* [ille] *& ambulabat*.

Vers. 13. ὁ δὲ ἱερεὺς τοῦ Διὸς τοῦ ὄντος πρὸ τῆς πόλεως αὐτῶν] id est, *Sacerdos autem Jovis stantis*, id est, cujus simulachrum stabat ante urbem, [aut, *sedem habentis*,] *ante illorum urbem*. Theophylacti interpres, *cujus ante urbē illorum erat delubrum*. Sunt qui πρὸ τῆς πόλεως sic accipiant, ac si scripsisset Lucas: τοῦ ὄντος πολίτου, vel, τοῦ προεστῶτος τῆς πόλεως: quibus nondum, tametsi magnæ autoritatis viris, assentiri audeo. Prior interpretatio simplicissima est, nec facilè reperias qui aliter interpretentur. Ibid. ὀπὶ τῶν πυλῶνας] vetus, *ante januas*, & fortasse rectè, si, *ante*, in πρό, mutaveris. Vide suprà cap. 12. vers. 14.

Vers: 14. διαῤῥήξαντες τὰ ἱμάτια αὐτῶν] vetus, *conscissis tunicis suis*: Erasmus, *conscissis vestibus suis*: Theophylacti interpres, *sciss vestimentis suis*: Beza, & Piscator, *diruptis palliis suis.*

Vers: 15. καὶ ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ἐσμεν &c.] Beza, *nos quoque sumus homines iisdem quibus vos, affectionibus obnoxii.* Sic etiam propemodum Theophylacti interpres. Vetus, *& nos mortales sumus, similes vobis homines.* In compositis dictionibus Latinè reddendis vel negligenda est altera pars compositionis, (quod fieri interdum potest salvo sensu,) vel uni dictioni Græcæ exprimendæ, coacervandæ complures Latinæ. Raro enim ad Græcorum in hac re fælicitatem lingua Latina aspirat. Henricus Stephanus, vir, ut nemo nescit, Græcè doctissimus, in Sophoclem annotavit καινοπαθῆ, non aliud esse quàm καινά. Ergo si καινοπαθῆ ponatur pro καινὰ apud Sophoclem, quid ni ὁμοιοπαθεῖς sic accipiatur hoc loco ac si legeretur apud Lucam, ὅμοιοι? Sed qui in compositis examinandis dictionibus plurimùm operæ libenter ponunt, iis nullo modo placebit ista nimiam licentiam olens annotatiuncula. Revoco igitur me ad pensum, & progedior, sed sic ut lectorem priùs admonitum velim de duobus locis, ubi hæc eadem dictio reperitur. Prior est Sap: cap: 7. vers: 3. & posterior Jacob: 5. vers: 17. Posterior satis notus est: prior autem sic se habet: ὅτι κἀγὼ ὁμοιοπαθὴς κατέμοιγε. Proferuntur hæc verba tanquam à Rege Salomone (Sic enim titulus libri

libri vult,) cogente se in ordinem, nec dissimulante communem reges habere & introitum in hanc vitam & exitum, cum reliquis omnibus hominibus. Ait ergo se recens natum in cognatam ejusdemque cum hominibus naturæ terram cecidisse. Audiant hanc regis sapientissimi vocem, trossulli juvenes nostri in nobilitate generis fiduciam habentes, qui tanquam nihil habeant cum luto cognationis & commercii, ita elatis cervicibus, ansatis brachiis, supercilio minaci incedunt: qui nihil in ore habent nisi avos & atavos, quos pudet plebeium hominem vel rectis oculis intueri. Audiant hæc, inquam, & pro certo intelligant tempus olim, imò brevi fortasse futurum, quando terra illos frigida frigidos, fragilis fragiles, cognata cognatos in gremium suum recipiet, omnique honore spoliabit. Ibid. εὐαγγελιζόμενοι ὑμᾶς &c.] id est, *annunciantes vobis* &c. τὸ ὑμᾶς enim regitur ab εὐαγγελιζόμενοι, ut paulò post idem participium cum accusativo πόλιν conjungitur. Et sic ubique in novo Testamento.

Vers. 17. ἀγαθοποιῶν, &c.] id est, *eò quod benefaceret, cælitùs nobis pluvias daret & tempora fructifera, impleret cibo & lætitia corda nostra.* Ad verbum: *benefaciens, dans, implens.*

Vers. 21. καὶ μαθητεύσαντες ἱκανούς] vetus, *& docuissent multos*: nec aliter Erasmus. Theophylacti interpres: *ac satis multas turbas doctrinæ suæ participes fecissent*: Beza, *& discipulos multos adjunxissent*: Piscator, *& discipulos multos fecissent.*

Prima

Prima interpretatio mihi satisfacit (est enim tum aptissima, tum brevissima) nec causam video, cur aliter verbum μαθητεύω hic exponi debeat, quàm suprà Matth: 28. vers. 19 ubi tamen tam Beza quàm Piscator *docendi* ei significationem apertissimè tribuunt. Beza præterea ibidem notat eos, ut subtilitatem quandam sectantes, qui τὸ μαθητεύειν, in conjugatione Hiphil accipiunt, hoc est, ita acsi, *discipulare*, aut, *discipulos facere*, significaret. Quare ego veterem interpretem sequor. Sic nostri: and had taught many.

Vers: 23. Χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς πρεσβυτέρους κατ' ἐκκλησίαν] Vetus, *Et cùm constituissent illis*, &c. Erasmus: *Et cùm suffragiis creassent illis*, &c. Theophylacti interpres: *Et cùm ordinassent atque constituissent illis*, &c. duo ejusdem significationis verba simul conjungens, id quod sæpiusculè facit. Beza & Piscator: *Cumque ipsis per suffragia creassent* &c. Non faveo Romanæ Hierarchiæ, certè non faveo; & tamen existimo, ante exortam de disciplina Ecclesiastica controversiam neminem fuisse, pauló æquiorem, cui versio vulgata, si minùs præferenda aliis, at saltem admodùm tolerabilis hoc loco non videretur. Nostri interpretes palmam illi tribuunt, sic enim habent: And when they had ordained them Elders in every Church. Τὸ χειροτονεῖν, si usum loquendi potiùs, quàm syllabas ipsas, (quibus inhærere sæpè parùm est tutum,) respicias, nihil aliud declarat, quam *constituere, creare, ordinare, designare*, sive id fiat per suffragium unum, sive per plura, sive absque suffragiis omninò. Ex-

empla passim occurrunt. Chrysostomus Homil: 32. in Matthæum pag: Savilianæ editionis 218. hæc habet verba: λανθανόντως ἑαυτὸν ἐμφάνει τὸ τὸ κῦρος ἔχοντα. εἰπὼν γὰρ, δεήθητε τοῦ κυρίου θερισμοῦ, οὐδὲν δεηθέντων αὐτῶν, οὐδὲ εὐξαμένων, αὐτὸς αὐτοὺς εὐθέως χειροτονεῖ. id est, *Tecte indicat seipsum esse qui auctoritatem habeat. Nam cùm dixisset*. Rogate dominum messis: *& illi nec rogarent, nec precarentur, ipse eos statim designat*. Insigne est illud Maximi Tyrii de Darii equo herũ suum hinnitu solo regem Persarum creante: Δαρεῖον οὐ πρότερον προσεκύνησαν Πέρσαι, πρὶν αὐτὸν ἐχειροτόνησεν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ὑβριστὴς ἵππος, id est, *Darium non priùs adorarunt Persæ, quàm equus lasciviens regem illum creasset*. Plura exempla non adjicio: nam hæc duo satis docent parùm solidè ratiocinari eos, qui ex vi vocis hujus argumentantur, Paulum & Barnabam in hoc negotio constituendi presbyteros, nihil per se egisse, sed expectasse suffragia & consensum aliorum. Non nego eos, assumpsisse sibi alios: sed id ex vi vocis hujus satis solidè concludi posse, id verò nego. Hesychius: χειροτονεῖν, καθιστᾶν, ψηφίζειν. id est, *constituere, decernere*, addo etiam *eligere*. Nam mox sequitur: χειροτονία, ἐκλογή. Socrates Ecclesiasticæ Historiæ lib: 1. cap: 38. fol: 190. b, de Constantino Magno loquens filios suos in imperii consortium assumente, sic ait: τὸν τῷ πάππῳ ἐπώνυμον Κωνστάντιον ἐν τῇ εἰκοσαετηρίδι κατέστησε καίσαρα· τὸν δὲ νεώτερον Κώνσταντα ἐν τῇ τριακονταετηρίδι τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας ἐχειροτόνησεν. Hîc κατέστησεν & ἐχειροτόνησεν idem prorsus valent. Theodoretus περὶ

προνοίας

προνοίας lib: 8. pag: 175. ἁπάντων μὲ τῶν κτῶν τὴν οἰκίαν κηδεμόνα κεχειροτονήκεν ὁ δεσπότης, inquit Josephus ad heram suam, cùm illa ad peccatum cum illa committendum, eum hortaretur.

Cap. XV.

* Vide infra hujus cap. v. 7.

Vers: 2. *Γενομένης οὖν στάσεως καὶ συζητήσεως οὐκ ὀλίγης, &c.] id est, *Cùm igitur pugna, & disceptatio haud exigua Paulo ac Barnabæ cum illis fuisset, constituerunt* [*fratres*] *ut ascenderent Paulus & Barnabas* &c. στάσεως, id est, διαστάσεως, μάχης. ἔταξαν, sc. οἱ ἀδελφοὶ οἱ ἐν τῇ Αντιοχείᾳ, v: 1.

Vers: 3. οἱ μὲν οὖν προπεμφθέντες ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας] id est, *Illi ergo missi ab Ecclesia.* προπεμφθέντες, pro, πεμφθέντες, id est, ἀποσταλέντες, ut Sapientiæ 19. v:2. προπέμψαντες, pro, πέμψαντες: καὶ μετὰ σπουδῆς προπέμψαντες αὐτοὺς, id Anglicè: And having sent them hastily away. *Deducendi* enim significatio illi loco parùm convenit. Quare & hîc, quantum mihi videtur, compositum pro simplici accipi potest. Sed & hîc & alibi doctorum priorumque judicio lubentissime me subjicio. Ibid. καὶ ἐποίουν χαρὰν μεγάλην] Piscator: *& afferebant gaudium magnum* &c. Optimè: Alii, *& afficiebant gaudio magno omnes fratres.*

*Dele, aiebant: *nec enim rectè hic ponitur ut docet doctissimus* Heinsius.

Vers: 5. Ἐξανέστησαν δέ τινες, &c.] id est, *Cæterùm (*aiebant,) quidam qui crediderunt è secta Pharisæorum, surrexerunt, dicentes, quòd oporteat circuncidere eos*, [sc. qui è Gentilissimo conversi fuissent ad Christum] *& præcipere*

precipere ut observent Legem Mosis. Hic Bezam & Piscatorem ferè sequor, nisi quòd perspicuitatis causâ in verborum ordine non nihil muto.

Vers: 7. ὑμεῖς ἐπίστασθε ὅτι ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν ἐξελέξατο διὰ τοῦ στόματός μου ἀκοῦσαι τὰ ἔθνη &c.] id est, *Vos scitis jampridem* [Heb: ab antiquis diebus.] *Deo nostro placuisse, ut per os meum audirent Gentes*, &c. ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν. i.e. ὁ ἐν ἡμῖν Θεὸς, vel, ὁ Θεὸς ὁ ἐν ἡμῖν, per ellipsin articuli: cujus ellipseos exemplar opinor, non desunt. Porrò, ὁ Θεὸς ὁ ἐν ἡμῖν, id est, ὁ Θεὸς ἡμῶν: Quomodo enim commodiùs explicem, non reperio. ἐξελέξατο, id est, ἐξέλεσε. ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐξελέξατο. id est, τῷ Θεῷ ἡμῶν ἤρεσε, & sic ego sum interpretatus.

Vers 8. ἐμαρτύρησεν αὐτοῖς,] id est, *testimonium eis perhibuit. Perhibuit* enim malo, quàm, *dedit*, quia sic est apud veterem interpretem, & quia participium, *dato*, proximè sequitur. Vide suprà cap. 14. vers: 3.

Vers: 9. Καὶ οὐδὲν διέκρινε] *Nihilque discrevit*, id est, nullum discrimen fecit, posuit. τῇ πίστει καθαρίσας τὰς καρδίας αὐτῶν] id est, *quia fide purgavit corda eorum*: vel, *quandoquidem fide purgavit corda eorum.* Sic Syrus interpres planissimè: *quia purgavit fide corda eorum.* Nec in aliam sententiam Piscator: *ut qui fide purgavit corda eorum. Participia* nonnunquam *causaliter* poni, sive, ita poni, ut per conjunctionem causalem, haud ineptè exponi possint, satis notum est.

Vers. 10:

Vers: 10. ὀπθεῖναι] id est, καὶ ὀπτίθετε, vel, ὀπτιθέντες αὐτοῖς: & imponitis, vel, imponentes illis. Vide quæ annotavi ad Luc: cap: 1. vers: 54. ubi discas τὸ μνηθῶναι commodissimè capi posse, vel pro, καὶ ἐμνήθη, vel pro, μνηθείς. Vide hujus cap v. 14.

Vers: 12. ὅσα,] vetus, *quanta*: & sic etiam Dominus Beza. Piscator: *quacunque*. Erasmus, & Theophylacti interpres; *qua*: Non malè, ut mihi videtur.

Vers: 14. ἐπισκέψασθαι λαβεῖν, &c.] id est, καὶ ἔλαβε. id est, *respexerit Gentes, & sumpserit ex illis.*

Vers: 19. & 20. Διὸ ἐγὼ κρίνω μὴ παρενοχλεῖν, &c.] id est, *Quare nolo ego ut obturbetis*, &c: *Sed scribatis ad eos, ut* &c. Al. *Quare, me auctore, non obturbabitis*, &c. *Sed scribetis*, &c.

Vers: 23. γράψαντες διὰ χειρὸς αὐτῶν τάδε] id est, *Scripserunt verò per manus eorum hæc.* Græcè oratio est ἀνακόλουθος, nec quod ad justæ syntaxeos leges attinet, satis aptè cum iis quæ proximè præcedunt, cohæret. Quare ego sic accipio, ac si scriptum esset: Ἔγραψαν δὲ διὰ χειρὸς αὐτῶν τάδε. Sic Anglici interpretes: And they wrote (or, they wrote Letters) by them after this manner. Porrò huic locutioni cum idiomate nostro pulchrè convenit: vulgò enim dicimus: I wrote, or, I will write by such a man: volentes dicere: I sent, or will send Letters by such a man: misi, aut mittam literas, per manus hujus aut illius.

Vers. 24. Ἐπειδὴ ἠκούσαμεν ὅτι, &c.] id est, ad verbum: *Quoniam audivimus, quod quidam*

dum è nobis egressi turbaverunt vos verbis, labefactantes animas vestras, dicendo oportere vos circumcidi, & servare Legem, quibus nihil tale mandaveramus.

Vers. 31. ἐπὶ τῇ παρακλήσει,] vetus, *super consolatione.* Sic etiam Erasmus. Theophylacti interpres *propter consolationem, & exhortationem.* Beza, & Piscator: *super exhortatione.* Nostri interpretes, for the consolation: & in margine, exhortation. Noluerunt enim contextum onerare duobus vocabulis unius significationis, neque rursùs alterutrum penitùs excludere, quò lectori, utrum mallet, libera eligendi potestas fieret.

Vers. 32. παρεκάλεσαν] vetus, *consolati sunt:* Theophylacti interpres: *consolati & adhortati sunt.* Utra ex istis duabus interpretationibus præferenda hoc loco sit, penes lectorem judicium esto.

Cap. XVI.

Vers. 2. Ὃς ἐμαρτυρεῖτο, &c.] id est, ad verbum: *Qui testimonium habebat à fratribus qui Lystris erant, & Iconii.* Al. *Quem fratres qui erant Lystris & Iconii suo testimonio commendabant.*

Vers. 3. τοῦτον ἠθέλησεν &c.] id est, *Hunc voluit Paulus secum proficisci: quare cepit eum & circumcidit &c.* καὶ hîc ἰσοδυναμεῖ τῷ διό, ut sæpè aliàs.

Vers. 10. συμβιβάζοντες] vetus, *certi facti:* nec aliter Erasmus. Beza & Piscator, *collatis argumentis*

argumentis colligentis. Theophylacti interpres, *conjicientes*: quam interpretationem confirmant hæc verba Chrysostomi: τί γὰρ συμβιβάζοντες; σχαζόμενοι φησι. vetus interpres legisse videtur, συμβιβαδίντες: & nisi libri repugnarent, omnino non dubitarem illi lectioni palmam tribuere. Est enim συμβιβαδίντες, ut superiùs [ad vers: 22. cap. 9.] ex Hesychio annotavi, διδαχθέντες, id est, *edocti, certi facti,* πληροφορηθέντες. Sed, cùm συμβιβάζοντες, constans sit librorum omnium, quod sciam, sine ulla diversitate lectio, nec reperiatur aliquid apud Græcos interpretes, quod pro, συμβιβαδίντες faciat, absit, ut de alia introducenda lectione vel semel cogitem. Quid ergo est, συμβιβάζοντες? Vel σχαζόμενοι, ut Chrysostomum auctorem sequamur, vel, quod idem penè est, συμβάλλοντες, hoc est, *conjicientes.* Sic enim interpretatur Budæus, & Budæum secutus interpres Theophylacti: vel, *colligentes, pro certo habentes, certo statuentes, nihil ambigentes,* &c. Anglicè, assuring our selves, or, assuredly gathering. τὸ συμβιβάζω, enim si Hesychio & Suidæ credimus, est, *doceo,* quod ita demum intelligendum est, si detur alius aliquis qui discat. At ubi qui docet & discit idem est, ibi valet, *certò colligo, pro certo habeo,* πληροφοῦμαι. Atque hoc procul-dubio vidit, doctissimus ille vir quisquis fuit, qui nunc nobis non alio quàm veteris aut vulgati interpretis nomine notus est. Quare nunc retracto priorem sententiam de passiva lectione, συμβιβαδίντες. τὸ συμβιβάζοντες enim est πληροφορῶμαι, quoties qui discit à docente

non

non est alius, hoc est, ubi actio τῦ συμβιβάζοντος à seipso ad alium non transit. Συμβιβάζω cum respectu ad alium, id est, *doceo*: συμβιβάζω, sine respectu ad alium, id est, πληροφορῦμαι, *pro certo habeo*. Si cui hæc λεπτομερέστερον τῦ δέοντος dicta videntur, ab eo hoc unum peto, ut clausis oculis hunc locum præ ereat, & ad ea quæ sequuntur transeat, si forte ibi, quod minùs offendat, inveniat. Aliter, συμβιβάζοντες: *affirmantes vocasse nos Dominum* &c. Sic enim suprà vetus interpres, nimirùm hujus libri cap: 9. vers: 22. pro συμβιβάζων, habet, *affirmans*.

Vers: 11. εὐθυδρομήσαμεν εἰς Σαμοθράκην] id est, εὐθυδρομήσαντες ἤλθομεν. [vide infra cap: 21. vers: 1.] id est, *recto cursu Samothracem pervenimus*: Beza, *rectum cursum tenuimus Samothracem*. Mihi prius magis placet, quia arbitror tria hîc doceri: pervenisse Paulum, & qui cum eo erant Samothracem, nec solum pervenisse, sed rectâ, & celeriter. Rectum cursum tenere quis potest, ut tamen eô quô tendit haud perveniat, morte nimirùm interceptus, aut alio aliquo impeditus casu.

Vers: 16. πνεῦμα Πύθωνος] id est, Syr: רוח ידקצמא, *Spiritum divinationis, seu Pythonis* 1. Sam: 28. 7. *Quærite mihi mulierem* בעלת־אוב, *dominam Pythonis*, id est, Pythonissam.

Vers: 18. παραγγέλλω σοι] id est, *edico, denuntio tibi*. *Præcipio* enim dilutioris videtur esse significationis, nec vim hujus in Christi nomine propositi mandati satis exprimere. Judicent alii.

Verſ: 20. Καὶ προσαγόντες αὐτοὺς τοῖς στρατηγοῖς] vetus, & Eraſmus, *offerentes eos Magiſtratibus*. Beza: *offerentes eos Prætoribus*. Ego malim cum Piſcatore & Theophylacti interprete: *Et cùm adduxiſſent eos ad Prætores*. Vocem etiam *Magiſtratus*, non rejicio propter hæc verba Caſauboni in Athenæum, lib: 5. cap: 14. p. 234. *Seculo Athenæi*, στρατηγοὶ *in municipiis dicebantur, etiam civiles & urbani Magiſtratus, ut in Actis ſanctorum Apoſtolorum* cap: 16. Sed, ſi libebit, in fine præcedentis verſus. pro, ἄρχοντες dicere, *Magiſtratus*; hîc reſtrictioris ſignificationis vocabulum non malè adhibebitur, nimirùm *Prætores*, aut tale aliquod.

Verſ: 21. οὐδὲ ποιεῖν] Theophylacti interpres, *neque ſervare*: Rectè. Beza, *neque uſurpare*. Anglici interpretes: neither to obſerve.

Verſ. 22. καὶ οἱ στρατηγοὶ περιῤῥήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια ἐκέλευον ῥαβδίζειν] id eſt, *quare Prætores jubebant virgis eos cædi diruptis eorum veſtibus*. Hîc collocatio verborum excludit omnem ambiguitatem, ne quis fortè dubitet, ſuáſne Prætores veſtes, an Apoſtolorum diruperint. Certè ſuas non diruperunt: nam quæ cauſa fuit cur ſic facerent?

V: 29. εἰσεπήδησε] id eſt, *intrò proſiliit*, vel, *introrupit*, vel, verbo conficto: *introſiliit*.

Cap. XVII.

VErſ: 3: Διανοίγων καὶ παρατιθέμενος] id eſt, *Oſtendens & demonſtrans*: vel, *Patefaciens & probans*. Verſ: 4.

Vers: 4. Καὶ τινες &c.] id est, *nonnulli igitur, ex eis crediderunt adjunctique sunt Paulo & Silæ, & ex religiosis Græcis multitudo magna, & ex mulieribus primariis non pauca.*

Vers: 5. Ζηλώσαντες δὲ &c.] id est, *Invidiâ vero commoti, qui increduli erant Judæi, cùm assumpsissent è circumforaneis quosdam, viros sceleratos, & motum fecissent, turbabant civitatem, adortique domum Jasonis studebant eos adducere ad populum.*

Vers: 6. Μὴ ἑυρόντες δὲ αὐτοὺς &c.] id est, *Quos cum non invenissent*: vel, *Non inventis autem illis* &c. βοῶντες] id est, *clamantes.* Nihil enim hîc opus est cur in *gerundi* vocem in *do* (quod tamen aliâs, nec perperàm, fit) *participium* mutetur. Ibid. ὅτι οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατώσαντες, ἔνθε καὶ ἐνθάδε πάρεισιν] id est, *quia qui orbem terrarum inquietarunt, etiam hîc adsunt.* τὸ, ἔνθε, παρέλκει, ac eapropter, sine sensus detrimento omitti potest, aut si non παρέλκει, conjungendum certè est cum καὶ ἐνθάδε, *hi etiam hîc adsunt. Participium* ἀναστατώσαντες, sic expono hoc loco, quemadmodum à Domino Bezâ exponitur posteà, nimirùm Galat: 5. v: 12. Aliter, *Qui orbem terrarum subuerterunt* [*errare fecerunt*] *etiam hîc adsunt.* Sunt qui putant, ἀναστατώσαντες, idem hîc esse, quod, ἄνω κάτω ποιήσαντες: id est, *cœlum terræ miscuerunt*, & novis inauditisque dogmatis omnia repleverunt. Hunc sensum, (qui à prioribus interpretationibus non multùm differt) sic eleganter expressêrunt vernaculi nostri interpretes They, [al. These] sed malò, ut modo dixi, they, quia de absentibus

*Vide infra cap. 21 vers. 38.

non rectè dicitur, these.] that have turned the world upside downe are come hither also. *etiam hic adsunt.* id est, Thessalonicæ: nam coram non adfuisse illos res ipsa loquitur.

Vers: 7. ὓς ὑποδέδεκται, &c.] id est, *Quos excepit Jason: & hi omnes* &c.

Vers: 8 & 9. Ἐτάραξαν δὲ &c.] Perspicuitatis causâ multo formam orationis in hunc modum: *Turba autem & civitatis magistratus hæc audientes commoti sunt. Caterùm, quum satis accepissent,* &c.

Vers: 11. Οὗτοι δὲ ἦσαν εὐγενέστεροι &c.] id est, *Hi autem erant generosiores* &c. εὐγενέστεροι, id est, ἐπιεικέστεροι, inquit Chrysostomus, & è Chrysostomo Theophylactus. Non enim generis nobilitatem, sed mansuetudinem animi, & mores à fastu alienos, designat hoc loco τὸ εὐγενές. Ibid. οἵτινες] *ut qui* &c. vide Rom. 1. v. 25. & 2. v: 15.

Vers: 12. καὶ οὐκ ὀλίγαι Ἑλληνίδων γυναικῶν εὐσχημόνων &c.] id est, *& à Græcis mulieribus honestis, & viris non pauci.*

Vers: 15. Οἱ δὲ καθιστῶντες τὸν Παῦλον &c.] id est. *Qui verò deducebant Paulum, duxerunt eum Athenas usque.* vide Budæi comment: pag: 413. *Qui deducebant*, id est, qui illi pro satellitibus & stipatoribus erant in periculoso itinere. Pulchre explicantur hæc à Domino Beza, sed tamen in interpretatione participii, non audeo à vetere interprete discedere. Non video enim quî brevius & aptius expresserit.

Vers. 16. παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ] vetus, *incitabatur.* Erasmus, *incandescebat.* Theophylactus

phylacti interpres, *concitabatur* : Beza, *irritabatur*. Piſcator, *exacerbabatur*. Has omnes in medium protuli interpretationes, ut ſumat ex his ὁ χρίνειν δίος τε ὢν quam maluerit. Theophylactus : τί ἔν ὅτι, παροξύνεσθε; οὐκ ἔφερεν, ἀλλ' ἐπήκετο. Ibid. κατείδωλον ὄσαν τὴν πόλιν] id eſt, εἰδώλων πλαπλέων, *idolis refertam*, ſicut multis adhinc annis annotavit in hunc locum ſeculi ſui decus Caſaubonus, quem vide. Non neſcio tamen à Theophylacto [in Acta pag. 163.] Epheſios καθειδώλους & γόητας dici, id eſt, *idolis deditos & præſtigiatores*.

Verſ. 18. συνέβαλλον αὐτῷ] vetus, *diſſerebant cum eo*. Eraſmus & Beza, *conflictabantur cum eo*. Theophylacti interpres, *congrediebantur cum illo*. Noſtri : encountred him. Piſcator, *conferebant cum eo* : quod verbum aliquanto mihi mitius videtur quàm ut iis, qui poſteà tantopere tum dictis tum factis in Apoſtolum ſæviebant, conveniat. Ibid. τί ἄν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος λέγειν;] vetus : *Quid vult ſemini-verbius hic dicere?* & rurſus, *Quid vult ſeminator verborum hic dicere?* Nam variant editiones, aliis hoc, alii illud exhibentibus. Eraſmus non reperiens opinor, vocem Latinam, quæ Græcæ uſquequâque reſpondeat, Græcam ipſam retinet, ſic enim habet : *Quid vult ſpermologus hic dicere?* At hoc non eſt interpetari, ſed interpretandi laborem defugere. Beza : *Quid vult garrulus iſte dicere?* & in notis : *blaterator*, quam interpretationem tanquam potiorem, in contextum ſuum Piſcator poſtea tranſtulit. Theophylacti interpres : *Quid vult ſpermologus*,

id est, *nugator & blatero iste dicere?* Hactenùs solùm ab Erasmo discrepans, quòd Græcæ voci, etiam in contextu ipso, duplicem Latinam interpretationem adjicere non sit gravatus. Σπερμολόγος, ut ex Athenæo & Græcis in hunc locum Scholiis intelligi potest, propriè locum habet in iis avibus, quæ frugivoræ sunt, & semina legendo, id est, colligendo victum sibi quærunt. Est etiam ubi de certa quadam avicularũ specie hoc nomen peculiariter enuncietur, veluti apud Aristotelem Historiarum lib 8. cap. 3. & apud Athenæum lib: 9. pag: 398. Porrò, Græci in hunc locum scriptores sic de σπερμολόγῳ loquuntur, tanquam de avicula distincti ab aliis generis. Theophyl: Σπερμολόγον πτηνὸν εἶναι φασὶν ἐντελέστατον τὰ ἐν ταῖς τριόδοις κατεσκεδασμένα τῶν σπερμάτων εἰωθὸς συλλέγειν. i. e. *Spermologum, volucrem esse aiunt vilissimam, semina quæ in triviis dispersa jacent solitam colligere.* Nec multò aliter Oecumenius, si modò Oecumenii sunt, quæ nomen ejus præferunt. ἐπειδὴ, inquit, ὀρνεόν ἐστιν ὁ σπερμολόγος, βραχὺ καὶ ἐντελὲς, οὔτε πρὸς βρῶσιν, οὔτε πρὸς τέρψιν ἐπιτήδειον, τὰ ἐν ταῖς τριόδοις ἐῤῥιμμένα τῶν σπερμάτων εἰωθὸς συλλέγειν, τοὺς ἐντελεῖς καὶ οὐκ ἀξίους λόγου σπερμολόγους ἐκάλουν. i. *Cùm spermologus, parva sit vilisque avicula, nec cibi nec delectationis causâ expetenda, semina in triviis projecta colligere solita, viles & in nullo habendos numero homunciones, spermologos appellitabant.* Ex his Oecumenii verbis tria discimus: 1. dictionem σπερμολόγος, non a λέγω *dico*, aut à λόγος, *sermo*, sed à λέγω, id est, *colligo*, fieri: 2. σπερμολόγος, ἰδιάτατα sic dicta, qualis fuerit avis;

3. Cur

3. Cur homines spermologi dicti sint; & quales sint illi quibus hoc nomen verè aptéque conveniat. Athenæus lib: 8. cap: 7. pag. 344. σκωπτόμενος [ὁ Ἄλεξις] ὑπὸ τινῶν σπερμολόγων εἰς ὀψοφαγίαν, ἐρομένων τε ἐκείνων τὶ ἂν ἥδιστα φάγοι, ὁ Ἄλεξις σπερμολόγους ἔφη πεφρυγμένους. Eruditiss: Casaubonus ad Theophrasti characteres, cap. περὶ ἀπονοίας, affert quædam ex Eustathio, quæ omitti hîc non debent, cùm vocabuli istius apud Athenienses in vulgato eorum sermone quis fuerit usus, tam perspicuè doceant. Sic ergo Casaubonus: σπερμολόγους *vocabant Athenienses, abjectissimos quosdam homines, imò hominum mendicabula, qui forum & Digmæ oberrantes, si quid e mercium oneribus, ut fit, excideret, id legebant, & vitam hoc quæstu sustentabant. Ergo Atheniensibus primò* σπερμολόγοι *fuerunt, qui avium* σπερμολόγων *ritu, res fortuitò in foro sparsas colligerent. Nam ut aves victus causa semina, sic illi quæ è plaustris aut bajulorum oneribus in terram forte deciderant, studiose colligebant. Deinde ab his ad alios quoscunque vilissimæ notæ homines translata appellatio est.* Quare, si hæc quæ scripsi quicquam valent, pro his Græcis: τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος τοῦτο λέγειν; Latinè dicamus licet: *Quid vult vilissimus iste homuncio dicere?* Anglicè verò: what will this varlet [or, this vile fellow, this *base fellow] say: Addo nonnulla è Suida, magis tamen Suidæ emendandi causâ, quàm quòd illis mihi in tam clara luce sit opus. Quid igitur Suidas? Σπερμολόγος, inquit, λέγεται μικρὸν ὀρνιθάριον κολοιῶδες, σπερμολόγος ὠνομασμένον. ἔοικε δὲ ἀπὸ

*beggarly

τοῦ τὰ σπέρματα ἀναλέγειν. Λέγεται οὖν ἀπὸ τούτου ὁ εὐτελὴς καὶ εὐκαταφρόνητος ἄνθρωπος, καὶ ἴσως ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων διαζῶν, σπερμολόγος. Sic codd. nostri. At tu lege: Σπερμολόγος λέγεται μικρὸν ὀρνιθάριον κολοιῶδες. ἔοικε δὲ ἀπὸ τοῦ τὰ σπέρματα ἀναλέγειν, σπερμολόγος ὠνομασμένον. Λέγεται οὖν &c. In libb. manifesta est transpositio verborũ, sic utique, uti dixi, corrigenda. Adhæc observes velim hæc verba: καὶ ἴσως ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων διαζῶν. Nam & accipiunt lucem ab iis quæ ex Eustathio profert Casaubonus, & lucem illis vicissim nonnullam reddunt.. Hinc enim apparet σπερμολόγους istos reverâ fuisse hominum mendicabula, id est, ut Anglicè loqui solemus: beggarly knaves. Paulus σπερμολόγος audit à Philosophis Atheniensibus, non ut locutuleius, aut blaterator aliquis, sed ut homo tenuissimæ fortunæ parúmque splendidè vestitus. Est enim convitium in viles potiùs quàm verbosos.

Vers: 21. ἀθηναῖοι δὲ πάντες &c.] Illustrando huic loco libet mutuari quædam à duobus doctissimis viris, & patriæ suæ, dum vivebant, magnis ornamentis, socero, & genero, hoc est, Henrico Stephano, & Isaaco Casaubono. Henricus Stephanus epistolâ nuncupatoriâ commentariis suis de Atticæ dialecti idiomatis præfixa, sic scribit: *Jam & quod apud Lucam in Apostolorum Actis legimus de Atheniensibus dicendi aut audiendi semper aliquid novi cupidis, de ipso quoque vulgo intelligi debere existimo: eodemque modo aliquot Demosthenis locos, qui cum illo Lucæ conveniunt*, [sub. intelligi debere existimo.] *ubi conqueritur de iis qui subinde ad forum ventitantes interrogabant ecquid novi*

novi audiretur. Is: Casaubonus ad Theophrasti characteres cap: περὶ λογοποιίας, super hæc verba, μὴ λέγεταί τι καινότερον; *Divus Lucas*, inquit, *Actorum capite* 17. *hæc habet verba*: ἀθηναῖοι δὲ πάντες, &c. Tum addit: *Hanc levitatem suis civibus sæpè exprobrat Demosthenes, ut in oratione illa qua respondet epistolæ Philippi, ubi ait.* Ἡμεῖς δὲ (εἰρήσεται γὰρ τ' ἀληθὲς) οὐδὲν ποιοῦντες ἐνθάδε καθήμεθα, μέλλοντες ἀεὶ καὶ ψηφιζόμενοι, καὶ πυνθανόμενοι κατὰ τὴν ἀγορὰν, εἴ τι λέγεται νεώτερον. Hæc & alia Casaub: quem vide.

Vers: 22. Σταθεὶς δὲ ὁ Παῦλος] vetus, Erasmus &c. *Stans autem Paulus.* Solus Piscator, *Quùm autem constitisset Paulus.* Ib κατὰ πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ] vetus, *per omnia quasi superstitiosiores vos video.* Erasmus, *per omnia fere*, &c. Theophylacti interpres, *in omnibus vos fere video religiosiores esse.* Beza & Piscator, *omninò conspicio vos quasi religiosiores.* Nostri, I perceive that in all things ye are too superstitious. δεισιδαιμονεστέρους, id est, εὐλαβεστέρους, inquit Chrysostomus. Et ait hæc dici à Paulo veluti laudante Athenienses. Himerius declamatione contrà Epicurum, de εὐσεβείᾳ Atheniensium: Ἐπίκουρος δὲ Ἀθήνησι ταῦτα φιλοσοφεῖ· Ἀθήνησι δὲ ὅταν εἴπω τὸ μέγιστον εἶπον τῆς εὐσεβείας κεφάλαιον. Quare non discedo hîc à Domino Beza, nisi quòd pro, *omninò*, malim, *in omnibus*, vel potiùs, *ubique*, *in omni loco*, κατὰ πάντα τόπον. *Quâcunque eo*, inquit Paulus, *conspicio quædam quæ quàm sitis vos, ô Athenienses, cultui divino dediti, clarum & testatum faciant. Nam pertransiens*, &c.

Vers: 23.

Vers. 23. τὰ σεβάσματα ὑμῶν] vetus, *simulachra vestra*: Erasmus, *culturas vestras*: quod non probo. Beza & Piscator: *sacra vestra*. Theophylacti interpres: *numina quæ colitis*: quod sanè non displicet. Nam σέβασμα, 2. Thess. 2. vers. 4. est *numen*, etiam ex Bezæ & Piscatoris interpretatione. Possis etiam dicere, *Deos vestros*, aut *simulachra vestra*, cum vetere interprete. Eôdem enim hæc omnia recidunt. Jam σεβάσμιος haud aliter sunt *Dii* aut *numina*, aut *simulachra*, quàm παιδεύματα, *literarum studiosi*, aut στρατεύματα, *milites*, aut ἀκροάματα, *histriones, cytharædi, tibicines*. Sic modo loquendi non dissimili, habes apud Latinos, *consilia* pro *consiliariis*, & *matrimonia* pro *uxoribus*. Ibid. ἀγνώστῳ Θεῷ] Hesychius, Θεοὶ ξενικοὶ παρ' ἀλλοδαποις τιμῶνται, ὃς καταλέγει ἀπολλοφάνης ἐν Κρήσιν. *Inde* (inquit Casaub: in Athenæum) *illa ara* Θεῷ ἀγνώστῳ *in Actis*. At fortasse non inde. Nam, Θεοὶ ξενικοὶ, quorum meminit Hesychius, non fuerunt penitus ἄγνωστοι, cùm ipso Hesychio teste, nomina eorum descripta fuerint, & in Catalogum relata à poëta comico Apollophane. Quare de nomine saltem noti fuerunt, id quod de hoc Deo, in cujus aram incidit Apostolus, dici non potest. Imò colligi potest ex aræ istius integrâ inscriptione, quæ habetur apud Theophylactum in commentariis, ὁ ἄγνωστον Θεὸν separatum fuisse, nec in eundem censum venisse cum reliquis Diis. Sic enim Theophylactus: ἦν δὲ ἡ πᾶσι τῷ βωμῷ ἐπιγεγραμμένη. Θεοῖς Ασίας, καὶ Εὐρώπης, καὶ Λιβύης· Θεῷ ἀγνώστῳ καὶ ξένῳ. Ergo reliqui Dii, ξένοι sive ξενικοὶ fuerunt, sed non penitùs ἄγνωστοι: iste

iſte verò & ξένῳ & ἄγνωστε. Atque hinc clariſſimè liquet, quantus fuerit apud Athenienſes divini numinis, ubicunque tandem culti, metus, ſed qui tamen cum ſumma cæcitate, & incredibili inſcitia conjunctus eſſet. Huic ergo cæcitati, huic inſcitiæ mederi conatur Apoſtolus.

Verſ: 24. ὁ θεὸς ὁ ποιήσας &c.] Beza & Piſcator in ſuis verſionibus omittunt *pronomen* ὁ θεὸς, quod tamen mihi omittendum non videtur. Habet enim ſuam quandam emphaſin. Igitur ego totum verſum cum vetere interprete ſic reddo: *Deus qui fecit mundũ, & omnia quæ in eo ſunt, hic quum cœli & terræ Dominus ſit, non* &c.

Verſ: 27. εἰ ἄραγε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν] id eſt, εἰ ἄραγε ψηλαφῶντες αὐτὸν εὕροιεν: *ſi forte palpando eum invenirent*: quemadmodum optimè Dominus Beza, ut mihi quidem videtur. Ibid. καίτοιγε ὐ μακρὰν, &c.] Seneca Epiſtolâ 71. *Quibuſdam autem evenit ut quædam ſcire ſe neſciant. Quemadmodum quærimus ſæpè eos cum quibus ſtamus, ita plerumque finem ſummi boni ignoramus appoſitum.*

Verſ: 28. Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, &c.] Latet hîc, ſi Melanchthonem audimus, teſtimonium de Trinitate. Sic enim ille: *In hoc dicto*, inquit, *eſt pulchrum teſtimonium de Trinitate*: Sumus *refertur ad Patrem*: vivimus *ad Filium*: movemur *ad Spiritum ſanctum.*

Verſ: 29. χαράγματι τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου] id eſt, τέχνῃ καὶ ἐνθυμήσει ἀνθρώπου χαραγμένοις: *arte & ingenio hominis ſculptis.* Ad verbum *ſculpturæ artis & cogitationis hominum*: ut eſt apud veterem interpretem.

Verſ: 30.

Vers: 30. τὸς μὲν οὖν χρόνους &c.] id est, *Et tempora quidem hujus ignorantiæ cùm dissimulasset* [vel, *dissimulaverit*] *Deus, nunc denunciat* &c. *Dissimulasset*, id est, veluti connivendo præteriisset.

Vers: 31. ὃν ὥρισε, πίστιν παρέχων πᾶσιν &c.] id est, *per virum quem constituit*, [*definiit,*] *prout fidem fecit omnibus suscitando eum à mortuis.*

Vers. 32. ἐχλεύαζον] vetus, *irridebant.* Beza, *cavillabantur*, id est, ἐκωπίων, quod non differt à priore. Vide suprà cap. 2. v: 13.

Cap. XVIII.

Vers: 5. συνείχετο τῷ πνεύματι ὁ Παῦλος, &c.] συνείχετο τῷ πνεύματι, id est, ἐλυπεῖτο, διεπονεῖτο. id est, *coarctabatur spiritu Paulus, dum testificabatur Judæis Christum esse Jesum.* Narrat his verbis Lucas, quàm malo successu Christum Judæis prædicasset Paulus. Cupiebat illis quam maximè prodesse, sed illi recalcitrabant, atque eam ob causam etiam inter prædicandum συνείχετο τῷ πνεύματι, hoc est, in dolore erat summo, & intimis angebatur sensibus, quòd gemmas suas ab impuris hominibus proculcari videret. Sic ego hunc locum intelligo. Aliquantò aliter Beza, & ideò participium, διαμαχιζόμενος, alio addito participio, (quod tamen alibi non fit, veluti Act. 20. v: 21. & 28. v: 23.) interpretari cogitur: vide sis annotationes ejus. Mihi verò, ut dixi, sic sonant hæc verba: *Testificabatur Paulus Judæis, Christum*

ſtum eſſe Jeſum, vel, quod idem eſt, *Jeſum eſſe Chriſtum*. ſed prorſus abſque ſucceſſu. Atque ideò συνέχετο τῷ πνεύματι, ægerrimè nimirùm ferens, quòd opera ſua nuſquam inutiliùs póneretur, quàm apud fratres ſuos & cognatos ſecundum carnem, quos tamen tam charos habebat, ut, ſi fieri poſſet, paratus eſſet, qui vel proprio interitu, imò damnatione, ſalutem eorum redimeret. Confer hunc locum cum initio capitis epiſtolæ ad Romanos.

Verſ: 10. καὶ τίς ἐπιθήσεταί σοι τοῦ κακῶσαί σε] id eſt, *& nemo imminebit tibi, ut lædat te.* vel, *& nemo aggredietur* [*adorietur*] *te, nec nocebit tibi.* τοῦ κακῶσαί σε, id eſt, ὥστε κακῶσαί σε, ex formula loquendi ſuprà mihi obſervata in Luc: cap: 1. verſ: 54. διότι λαὸς ἔστί μοι πολὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ] *quoniam* &c. Hîc prius διότι, referendum eſt ad, μὴ φοβοῦ, in ſuperiore verſu, & poſterius ad ἀλλὰ λάλει, καὶ μὴ σιωπήσῃς, verſu eodem; ut ordo ſit: Μὴ φοβοῦ διότι ἐγώ εἰμι μεθ' σοῦ, &c. ἀλλὰ λάλει καὶ μὴ σιωπήσῃς, διότι λαὸς ἔστί μοι πολὺς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. Sic apud Suetonium multis in locis obſcurior erit oratio, niſi probè intelligas quo ordine membra ejus inter ſe connectenda ſint. Exempli cauſâ proponantur hæc verba in Suetonii Auguſto cap: 32. *Ne quod autem maleficium negotiúmve impunitate, vel morâ elaberetur,* 30. *amplius diei, qui honorariis ludis occupabantur, actui rerum accommodavit.* Hoc eſt, ne quod maleficium impunitate, vel negotium morâ elaberetur, &c. Sic enim membra ordinanda & diſtinguenda ſunt. Rurſus ejuſdem libri cap: 40. aliud eſt ejuſdem generis

generis exemplum, perquàm insigne, quod in hunc modum se habet: *Magni prætereà existimans sincerum, atque ab omni colluvione peregrini ac servilis sanguinis incorruptum servare populum: & civitatem Romanam parcissime dedit, & manumittendi modum terminavit.* Ait hîc Suetonius Augustum existimasse rem esse suâ curâ dignissimam, ut populus Romanus, ab omni admistione peregrini ac servilis sanguinis purus servaretur. Quare ne peregrinus sanguis admisceretur, civitatem Romanam parcissimè dedit; ne servilis, manumittendi modum terminavit. Hîc qui novit posteriora cum prioribus aptè connectere, nihil omninò hæsitat, miserè aliôquin hæsitaturus.

Vers: 18. τοῖς ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος] id est, *fratribusque valedixisset.* Ibid. κειράμενος] id est, *postquâm totondisset.* Aliter de toto versu: *Paulus verò quùm adhuc permansisset dies multos, fratribus valedicens enavigavit in Syriam una cum Priscillâ & Aquilâ* [al. verò, *& cum eo P. & A.*] *totonditque caput Cenchreis* &c.

Vers, 24. δύνατος ὢν ἐν ταῖς γραφαῖς] id est, (locum dando his verbis ante verbum κατήντησεν, unde per trajectionem excidisse videntur:) *Vir eloquens & potens in Scripturis, pervenit Ephesum:* vel, *vir eloquens, qui potens erat in scripturis pervenit Ephesum.* Sic nostri interpretes, quos consule.

Vers: 27. προτρεψάμενοι οἱ ἀδελφοὶ ἔγραψαν τοῖς μαθηταῖς &c.] ἔγραψαν προτρεψάμενοι, id est, διὰ γραμμάτων, προὐτρέψαντο. Videtur hîc etiam quædam

quædam esse trajectio, ut legitimus ordo sit: οἱ ἀδελφοὶ ἔγραψαν τοῖς μαθηταῖς προτρεψάμενοι [sub. αὐτὸς] ἀποδέξασθαι αὐτὸν, id est, *fratres scripserunt discipulis, hortantes ut exciperent eum.* Qui sic hunc locum reddunt, ac si fratres hortati essent Apollo, mihi certè parùm satisfaciunt. Nam quid opus erat ut currentem, quod dicitur, incitarent? Magis mihi placet Syrus interpres, τὸ προτρεψάμενοι, pro, προφθάσαντες, accipiens. Sed cùm omnia probè expensa fuerint, credo candidum nec obesæ naris lectorem, in eandem mecum iturum sententiam, præsertim cum trajectio sit & mollis, & penè, ne dicam, prorsus necessaria. Similis trajectionis exemplum est paulò post, id est, sequentis cap: v: 4. εἰς τὴν ἐρχ. μετ' αὐτὸν ἵνα πις. pro ἵνα πις. εἰς τὴν ἐρχ. μετ' αὐτὸν. Vide nostros interpretes.

Vers. 28. διακατηλέγχετο δημοσίᾳ] id est, *revincebat*, [*refutabat, redarguebat*] *publicè.* Qui addunt *magis ac magis*, nimiùm sunt, ut mihi videtur, diligentes: quos tamen propterea non odi, sed veneror potiùs ac diligo. Nam si quid peccant, in optimam certè partem peccant, sedulò caventes necubi dictionum compositarum vis non satis aptè & plenè exprimatur. Sed cum præpositiones in compositione non rarò ad speciem & pompam magis faciant, quàm ad significationis usum: arbitror nullum admitti piaculum, si aliquoties negligantur: veluti hoc loco, si Theophylactum præeuntem sequimur, parùm aut nihil interfuerit, utrum φυνθέτως, διακατηλέγχετο, an ἁπλῶς, ἤλεγχε, dixerimus. Prætereâ cum τὸ

εὐτόνως,

ἐνίσχυε, adverbium minimè dilutæ significationis verbi sequentis actum satis intendat, quid opus est ut alia adverbia augendæ ejus significationi conquirantur?

Cap. XIX.

Vers: 1. τὰ ἀνωτερικὰ μέρη] Pro, ἀνωτερικὰ μέρη, apud Theophylactum est, ἀνατολικὰ μέρη, id est, *Orientales partes*, depravatâ, ut videtur lectione: nam libb: credo, omnes in recepta lectione consentiunt.

Vers: 5. ἀκούσαντες δὲ &c] vetus, *His auditis*: & sic etiam Erasmus. Theophylacti interpres similiter: *Quibus auditis*. Bezæ, *Qui verò illud audierunt*: & in alia editione, *illum*. Piscator, *Quùm autem hæc audivissent*: reipsâ cum vetere interprete consentiens. id est, id quod optimum & verissimum est amplectens. Domino Bezæ nullo modo accedere possum in loci istius interpretatione. Vult enim ut tam quæ vers: 5. leguntur, quàm quæ 4. Paulo tribuantur. Id verò ferendum non est, sicut orationis contextus ipse declarat. Nam non est ullus silex durior, quàm hæc oratio, si tota sit Pauli, nec ita inter Paulum & Lucam dividatur, ut Pauli sint quæ præcedunt versu 4. Lucæ vero quæ versu 5. subsequuntur. Beza utrumque versum ideò tribuit Paulo, quia non putat fas, ut particulæ μὲν & δὲ, tàm propè junctæ, ad diversas clausulas referantur. Sed hæc ratio quàm infirma sit, agnoscunt viri docti, etiam qui Bezæ amicissimi sunt.

Quod

Quòd si aliâs infirma sit, multò magis in hoc libro, ubi tam multa loca sunt, quæ supplementa desiderent. Est in versu 4. imperfectus quidam syllogismus, sic in perfectam formam redigendus: Qui in Johannis baptisma rectè & verè baptizati sunt, Christum cognoscunt, & in Christum credunt: quod sine Spiritu sancto fieri non potest: At vos, cùm sitis sine Spiritu sancto, Christum etiam nescitis, neque in Christum creditis. Ergo utcunque secùs vobis videatur, tamen reverâ Baptismatis Johannis non estis participes. Dixerant discipuli vers: 3. se baptizatos fuisse in baptisma Johannis. Negat hoc Paulus v. 4 nec solùm negat, sed etiam argumento satis valido refellit. Tum vers: 5. narrat Lucas quemadmodum, quum hæc audivissent discipuli, baptizati fuerint in nomen Domini Jesu, videlicet post receptam de Christo, & Spiritu sancto, & totius Trinitatis mysterio pleniorem doctrinam. Hanc sententiam, quam veram & genuinam esse existimo, doctè & copiosè ex antiquis Patribus explicat, vir & Theologus eximius D. Hieronymus Zanchius observationibus in confessionem suam de Baptismo, Aphorismo 6. pag: 30. 31. 32. 33. &c. Si cui igitur parùm hæc quæ scripsi satisfaciunt, eô illum remitto, ut inde petat, quod magis ei satisfaciat. Joh: Drusius Quæstionum Ebraicarum lib. 1. quæstione ultimâ, vehementer negat, verba quæ vers: 5. continentur esse Lucæ. Cujus igitur? Pauli. Hoc ait: sed magis persuadent, qui contrariam sententiam tuentur. Finis versus 4. talem requirit

additionem: ὑμεῖς δὲ ἐκ εἰδότες τὸ πνεῦμα, ὐδὲ εἰς τὸν Χριστὸν πιστεύετε. Dico talem requiri additionem, non tamen in libris, ne quis me perperàm accipiat, sed in mente & cogitatione legentis. Nam Paulus prudens hæc aut similia hisce prætermisisse videtur, ne teneros & infirmos discipulorum animos asperiore oratione offenderet. Tum deinde sequitur: ἀκούσαντες δὲ] id est, *Quùm autem audivissent.* Qui? Duodecim discipuli illi quorum mentio fit v: 7. & quibuscum tum Paulo negotium fuit. Quid? Doctrinam totam de Trinitate, Baptismo adultorum necessariò præmittendam. Hac auditâ, aut his doctrinæ capitibus auditis, & fide receptis, baptizati sunt in nomen Domini Jesu.

Vers: 8. καὶ πείθων] id est, *& suadens*, vel, *docens*: τὸ πείθων enim hîc accipi potest ἀντὶ τοῦ διδάσκων. Vide infra cap: 28: v. 23. & 31.

Vers: 12. σουδάρια ἢ σιμικίνθια] vetus, *sudaria, vel semicinctia*: Erasmus, *sudaria & semicinctia.* Theophylacti interpres, *sudaria aut semicinctia.* Beza & Piscator, *sudaria seu semicinctia.* Erasmus legisse videtur, καὶ σιμικίνθια, quam lectionem in uno se codice invenisse testatur Beza. Sed unius duntaxat libri est illa lectio, ut non sit unus contrà tam multos testes audiendus. Si σιμικίνθια ἐξηγητικῶς additur præcedenti voci, non displicet, *seu*, sed si σουδάριον & σιμικίνθιον, diversæ sunt significationis, (ut certè sunt si Theophylacto & Oecumenio credimus) malim *vel*, quàm *seu*, [vide infrà cap: 23 v: 9.] quia, *vel*, rebus diversis disjungendis melius inservit. Porrò

Theo-

Theophylactus & Oecumenius inter hæc duo sic distinguunt, ut σουδάριον sit lineum quiddam, sive quiddam è lino capiti applicari solitum: σιμικίνθιον verò quiddam item è lino, sed quod manibus potiùs teneri consuëverit. Si ergo Græci rectè hæc distinguunt, τὸ σουδάριον respondet capitis gestamini illi, quod vernaculo sermone, kercheife appellatur, σιμικίνθιον verò, muccinio, sive Strophiolo, hoc est Anglicè, to an handkercheife. Sed vulgò per σουδάριον, *muccinium* intelligitur, & per σιμικίνθιον, id, quod per *semicinctium* Latinè declaratur, hoc est Anglicè, an apron. Transiturum me jam ad alia, detinent paulisper Theophylactus & Oecumenius, apud quos habentur quædam in hunc locum, quæ viri sine controversia doctissimi, sed haud minoris modestiæ quàm doctrinæ, fatentur se non intelligere. Sic itaque Oecumenius: (à quo, unâ aut alterâ voculâ exceptis non differt Theophylactus) τὰ δὲ σιμικίνθια, inquit, ἐν ταῖς χερσὶ κατέχουσιν οἱ μὴ δυνάμενοι ὠράρια [Sic enim scribendum cum leni spiritu, non cum aspero] φορέσαι, (οἷοι εἰσὶν οἱ φοροῦντες ὑπατικὰς στολὰς, ἢ γούβια,) πρὸς τὸ ἀπομάττεσθαι τὰς ὑγρότητας τοῦ προσώπου, οἷον ἱδρῶτας, πτύελον, δάκρυον, καὶ τὰ ὅμοια. id est, *semicinctia verò qui oraria non permittuntur ferre, (quales sunt qui consularibus stolis, aut gubiis,* [est γυβίον genus vestis laicæ] *amiciuntur) manibus suis tenent, ut abstergant liquores faciei adhærentes, veluti sudorem, sputum, lachrymas, & quæ sunt id genus.* Viri docti, de quibus dixi, nesciebant quid esset ὠράριον, atque eam ob causam, an sanus esset locus iste & à mendo

purus dubitabant. Mihi vero constat sine mendo illum esse, ut qui didicerim à Chrysostomo, Hesychio, & aliis ὠράριον, fuisse mantilis & χειρομάκτρου genus quoddam, cujus usus non fuerit nisi Diaconis & Sacerdotibus permissus. Atque hinc perspicere licet, cur stolas consulares aut gubia gestantibus adimat Oecumenius τὰ ὠράρια. Erant enim ὠράρια, ut jam dictum est, gestamina sacerdotalia, aliis præterquàm diaconis & ἱερεῦσιν, id est, *sacerdotibus*, haud concessa. Prætereà in sinistro humero gestabantur, ut apud nos novi sponsi die nuptiarum, ministrante mensæ cum candido mantili è sinistro humero pendente. Etiam hæc gestamina, ut mantilia, abstergendæ faciei serviebant. Quare cùm *orariorum* usu interdicerentur, sicut Oecumenius innuere videtur, laici: eorum loco semicinctiis utebantur, quæ propterea, ut mea est sententia, cum χειρομάκτροις nostris & mantilibus [id est, table-napkins & towels,] haud ineptè comparentur. Huc usque Oecumenii, & cum Oecumenio Theophylacti illustrandi causâ sum aliquantulùm digressus. Jam redeo in viam.

Vers. 14 Ἦσαν δέ τινες υἱοὶ Σκευᾶ &c.] id est, *Erant autem Sceuæ Judæi, primarii Sacerdotis filii quidam septem, qui hoc faciebant.* Hîc conjungo ἐπὶ cum τινες υἱοὶ, ut ordo verborum magis sit dilucidus, non culpans tamen eos, qui Græcorum librorum ordinem sequuntur.

Vers. 11. Καὶ ἐφαλλόμενος &c.] id est, *Tunc insiliens in eos homo ille, in quo erat spiritus*

ſpiritus malus, ſuperiórque illis factus, male multavit eos [ad verbum *valuit contra illos,*] *ita ut,* &c. ἰσχύσεν κατ' αὐτῶν, hîc non eſt *ſuperare,* aut *prævalere* : nam id τὸ κατακυριεύσεν priùs ſignificavit : ſed viribus & victoriâ contrà aliquem, & ad perniciem ipſius uti, cædendo, nimirùm illum pulſando, &, ut Latini loqui ſolent, malè multando. Obſerva ergo tria hæc : primùm inſiliit in eos : tum domat & vincit : & poſtremò pugnis cædit, pænaſque de illis pro arbitrio ſuo ſumit.

Verſ. 17. τοῦτο δὲ ἐγένετο γνωστὸν] id eſt, *Hoc autem notum factum eſt.* Sic rectè vetus interpres, nec eſt cur ab eo diſcedatur.

Verſ. 18. ἀναγγέλλοντες] id eſt, μηνύοντες, καταμηνύοντες, κηρύττοντες, λέγοντες.

Verſ. 19. Ἱκανοὶ δὲ τῶν τὰ περίεργα πραξάντων, &c.] id eſt, *Multi vero ex iis qui curioſa exercuerant.* περίεργα, *curioſa,* id eſt, magica. Ariſtænetus epiſtolâ 18. lib. 2. de lenone quodam magum ſe eſſe ſimulante, quo facilius juvenem amore ebrium in naſſam ſuam pertraheret : ὁ γὰρ ἄνθρωπος, inquit, οὐχ ὡς προσαγωγὸς τῷ παθόντι προσῆλθεν, ἀλλά τις εἰ μὴ περίεργον ἐδόκει &c. id eſt, *Non enim ut leno venit homo ille ad prurientem libidine juvenem : ſed ita ſe gerebat ac ſi unus eſſet è curioſis ſive magis.* Sic enim accipiendam eſſe ibi vocem, περίεργον, clariſſimè docent quæ ſequuntur. Rurſùs eâdem epiſtolâ de eodem : ὁ δὲ καθάπερ ἐπὶ σκηνῆς ὑποκρινάμενος μὴ περίεργον τὸ πρᾶγμα. i.e. *ille verò cùm veluti in ſcena curioſorum ſive*

magnorum partes egisset. [*personam repræsentasset.*] Sic apud Augustinum Confessionum lib. 10. cap: 42. *curiosæ visiones*, pro magicis visionibus poni videntur.

Vers: 20. καὶ ἴσχυεν] vetus, *& confortabatur.* Erasmus, *& confirmabatur.* Beza & Piscator, *& invalescebat.* Mihi non placet, *invalescebat*: quia, ni malè observavi, verbum hoc præcipuè locum habet in iis quæ quô magis crescunt, eô magis nocent, ut prava consuetudo, morbus, tyrannis, & si qua sunt id genus alia. Quare pro, *invalescebat*, malim, *corroborabatur: vires acquirebat: prævalebat.*

Vers: 21. Ὡς δὲ ἐπληρώθη ταῦτα· ἔθετο ὁ Παῦλος ἐν τῷ πνεύματι] id est, *ut verò expleta sunt hæc, proposuit Paulus in Spiritu, peragrata Macedonia & Achaia, proficisci Hierosolymam, dicens,* &c. Hebraismum, qui est in his verbis: ἔθετο ἐν τῷ πνεύματι: dissimulandum non puto, eóque minùs, quòd non desint, qui nomen *Spiritus*, ad *Spiritum sanctum* referri hîc oportere, haud sine ratione, contendant. Igitur reor commodissimum esse, ut nec plùs nec minùs dicatur Latinè quàm in ipso contextu sit; hoc est, ut verba ipsa non ad pondus sed ad numerum reddantur.

Vers: 23. περὶ τῆς ὁδοῦ] id est, *de via illa*, vel, *de secta illa*, ut suprà cap: 9. v: 2. Al: *ob viam illam*: vel, *sectam illam.*

Vers: 24. ἀργυροκόπος] vetus, *argentarius.* Erasmus & Theophylacti interpres: *faber argentarius.* Beza & Piscator, *signator argenti.* Nostri, a Silver Smith: cum Erasmo consentientes: nec malè. Nam etiam Lexicon

Græco-

Græco-Latinum vetus ἀργυροκόπος sic interpretatur: ἀργυροκόπος, *argentarius, faber argentarius.* Ergo, nec vulgata interpretatio prorsùs est rejicienda. Ibid. ναὺς ἀργυροῦς] Reperio quædam apud Casaubonum in Athenæum [lib. 11. cap: 6 pag: 500.] quæ huic loco lucis fortasse nonnihil afferant. Sic igitur Casaubonus de his verbis Athenæi disserens: ἀγγεῖον δ' ἐστὶν [sc. καδίσκος,] ἐν ᾧ τοὺς κτησίους Δίας ἐγκαθιδρύουσιν: *Antiqui,* inquit, *præter publicas religiones, & ea numina quæ in Templis colebant, privatos habebant multiplices Deos. Alium enim pro foribus statuebant, alium in vestibulo aut atrio, alium in cubiculo, alium ad focum, alium in domo intima &c.* Tum post correcta nonnulla apud Athenæum, quæ priùs scatebant mendis, addit hæc: *Signa quæ domi colebant, collocabant in larariis, & erant simulachra hæc armariis inclusa, quæ ad sacellorum modum confiebant. Græci vocant vulgò,* ναΐδια. Hæc bonâ fide è Casaubono descripsi, nec dubito quin ναοὶ ἀργυροῖ, à Luca commemorati, iidem aut propè iidem fuerint cum armariis illis, sive ναϊδίοις, quorum vir ille omni laude dignissimus, meminit. Atque in eadem credo fuisse & Chrysostomum sententiâ, quando hæc scribebat: καὶ πῶς ἔνι ναοὺς ἀργυροῦς γενέσθαι; ἴσως ὡς κιβώρια μικρὰ. id est, *& qui fieri potuit ut Templa argentea, sive ædes argenteæ fierent? Fortasse erant tanquam ciboria parva:* hoc est, scriniola parva, vel arculæ parvæ, id est, κιβώτια μικρὰ, quemadmodum legunt nonnulli. Nec multùm refert, quod ad rem ipsam attinet, legásne κιβώρια, an

νεώματα. Nam hæc duo non solùm sono, sed significatione plerúmque conveniunt. Cæterùm libb: tum Chrysostomi, tum Theophylacti, constanter præferunt νεώκεια. Quare lectionem illam mutandam non censeo. Beza vult templa ista Demetrii, numos fuisse argenteos imagine Templi Dianæ signatos, & talis numi in annotationibus typum sive exemplum lectori spectandum exhibet. Sed cum conjectura ista, (Nam non est nisi conjectura,) levi fundamento nitatur, argumento nimirum ducto à notatione nominis ἀργυροκόπος: (quo genere argumentorum nihil interdum est invalidius,) rem in medio pono, neque asserens ita esse, neque certè negans. Intereà verò, dum certiùs aliquid prodierit, nescio cui potiùs adhæream, quàm Chrysostomo, & post Chrysostomum Erasmo: quorum ille, templorum nomen (ne quis de substructionum & ingentium ædificiorum hîc mole cogitet,) ciboriis parvis; id est, parvis scrinio'is donat. Hìc ædiculis sive thecis, Temp'um figurâ referentibus, in quibus reponerentur statuæ. Suspicor Erasmum Chrysostomi interpretem egisse, ut inter hujus *ciboria*, & illius *thecas* discriminis nihil ponendum sit. Sed quid? Recténe reprehenditur Erasmus à Beza quod pro, ἀργυροκόπος, *argentarius faber* dixerit? Arbitror non rectè. Imò Beza potiùs ipse reprehendendus, quòd generali significationi (cùm incertum sit an ναοὶ hîc sint numi: imò non esse valde sit verisimile) angustiorem prætulerit. ἀργυροκόπον esse fabrum argentarium docui suprà ex Lexico Græco-

Græco-latino veteri, cujus non eſt negligenda auctoritas. Quòd ſi ἀργυροκόπος faber ſit argentarius in genere, tum optimè ſequitur ναούς, de ſcriniolis potiùs quàm de numis exponendos. Audi ergo Anglicos interpretes: A certaine man named Demetrius, a Silver-Smith, who made ſilver ſhrines for Diana. Rectiſſimè, ut puto.

V. 25. οὓς συναθροίσας, &c.] id eſt, *Quos cùm ille congregaſſet, eóſque qui rerum iſtiuſmodi erant opifices, dixit*, &c.

V. 26. Καὶ θεωρεῖτε &c.] id eſt, *Prætereâ ſpectatis & auditis, quòd non ſolùm Epheſi,* [i.e. ἐν Ἐφέσῳ,] *ſed propè per totam Aſiam* [i.e: ὁλῃ πάσῃ τῇ Ασίᾳ,] *Paulus iſte perſuadendo avertit magnam turbam, dicens Deos illos non eſſe* &c.

Verſ: 27. ἀ μόνον δὲ &c.] id eſt, *Non ſolùm autem periculum eſt ne hæc nobis pars labefactetur* [*corruat*: al. verò *in redargutionem veniat,*] *ſed etiam ne magna Dea Diana templum pro nihilo ducatur: quin etiam futurum eſt* [Sequor lectionem, μέλλει δὲ,] *ut deſtruatur majeſtas ejus, quam tota Aſia & orbis colit.*

Verſ: 28. ἀκούσαντες δὲ &c.] id eſt, *Hæc cùm audiiſſent, & repleti eſſent irâ, clamabant*, &c.

Aliter de verſu 27. ἀ μόνον δὲ &c.] i.e. *Non ſolùm autem periculum eſt, ne pars hæc* [*quæſtus noſtri*] *diſcedat nobis, ſed etiam* &c. τοῦτο τὸ μέρος, id eſt, τοῦτο τὸ μέρος τῆς ἐργασίας ἡμῶν: vel, αὕτη ἡ ἐργασία, εἰς ἀπολεσμὸν ἐλθεῖν ἡμῖν. id eſt, ὀιχεσθαι ἡμῖν: *diſcedat nobis*: vel plenius, *in fugam verſa diſcedat nobis.* Εἰς ἀπολεσμὸν ἐλθεῖν, hîc nihil aliud eſt, quàm εἰς φυγὴν ἐλθεῖν, aut

aut ἡττᾶσθαι, hoc est, vinci, succumbere, in fugam verti: sic fugere & discedere, ut victi & convicti solent. Nam ut Latinè dicimus: in odium & contemptum venire: pro, haberi odio, & contemni. sic Lucas hîc, λαμβάνειν τὴν φυγήν, venire in fugam, posuit, pro fugari, hoc est, fugere, & discedere. Jam, ne quis suprâ modum me audacem existimet, quòd τὸ ἐλέγχεσθαι, aliter interpreter, quàm in Lexicis vulgatis exponi soleat: age, quoniam ita necesse est, paucis me, sed haud contemnendis, tuebor exemplis. Primùm igitur producatur in medium locus insignis ex initio libri Sapientiæ, ubi in hunc modum legimus: ἄγιον γὰρ πνεῦμα παιδείας φεύξεται δόλον, καὶ ἀπαναστήσεται ἀπὸ λογισμῶν ἀσυνέτων, καὶ ἐλεγχθήσεται ἐπελθούσης ἀδικίας. id est, *Sanctus enim Spiritus disciplinæ, fugiet dolum, & demigrabit à cogitationibus insipientibus, & discedet superveniente iniquitate.* Hîc ἐλεγχθήσεται, planissimè est, ἀπελθήσεται, id est, *discedet, abibit*: nam & sententia loci hanc interpretationem exigit, & verba etiam quibuscum in eâdem clausulâ veluti ἐν παρηλλήλοις conjungitur, ita accipiendum esse evincunt. Sic Chrysostomus multis in locis, & nominatim homiliâ 58. in Matthæum, τὸ ἐλέγχεσθαι, ἀντὶ τοῦ ὀχεῖσθαι, ἢ φθείρεσθαί τινος, usurpasse videtur. Verba ejus hæc sunt: καὶ γὰρ κἂν πόλεμος κλαλάξῃ, κἂν λιμὸς, κἂν ἕτερόν τι τοιοῦτον, πάντα ἐλέγχεται ταῦτα τὰ τῆς εὐγενείας φυσήματα, id est, *Etenim sive bellum advenerit, sive fames, sive aliud quodcunque, totus iste nobilitatis tumor evanescit: in fugam vertitur*, &c. Addam & aliud exemplum ex homilia

milia ejusdem 50. in Matthæum: τοῦτον γὰρ ὁ ἀνθρωπίνη φύσις· πολλάκις τὰ μεγάλα κατορθοῦσα, ἐν τοῖς ἐλαττοσιν ἐλάττεται. id est, Aniano interprete: *Sic enim est humanum ingenium: sæpenumerò difficilioribus superatis, succumbit in minoribus.* Consule vulgata lexica, & dices errasse Anianum: consule sententiam loci & Chrysostomi morem, & dices fecisse illum officium boni ac eruditi interpretis. Est enim ἐλάττομαι non solùm, *arguor, redarguor, convincor*: sed etiam, *vincor, succumbo, victus discedo, discedo, fugio*, οἴχομαι, &c. Aliter: *Non solum autem periculum est, ne hæc pars* [*quæstus nostri*] *inutilis nobis reddatur*, &c. Hîc Chrysostomum sequor, qui hunc ipsum locum enarans, sic scribit: Εἶτα καὶ τὸ κίνδυνον ἤυξησεν, ἐπαισθὼν ὅτι κινδυνεύει ἡμῖν τοῦτο τὸ μέρος εἰς ἀπιλεσμὸν ἐλθεῖν· τοῦτο γὰρ σφόδρα διὰ τούτου δηλοῖ, ὅτι ἀπὸ τῆς τέχνης ταύτης κινδυνεύομεν εἰς λιμὸν ἐμπεσεῖν. id est, *Deinde etiam periculum auxit, subjungendo hæc:* κινδυνεύει ἡμῖν &c. *Hoc enim ferme additione ista significari, periculum esse, ne cessante hac arte in famem incidamus*, hoc est, ne ars nostra, si sperni cæperit, alendis nobis impar evadat.

Vers. 38. ἄσοφεῖοι ἄγονται] Is. Casaubonus in Theophrasti characteres ad caput περὶ κακονοίας hæc habet verba: *Recte notat Suidas ἀγόραιον dici diem quo lites disceptantur. Ita omninò scribendum in Actis*: ἀγόραιοι ἄγονται, *non* ἀσοφεῖοι: *& subaudiendum* ἡμέραι. Hæc ἀπαραλλάκτως, & sine literulæ unius immutatione, ex eruditissimis illis viri longè maximi ad Theophrastum notis. Et ut ego hæc ἀπαραλλάκτως protuli

protuli, ſic lector ἀδικάστως judicet. Strabo lib: 13. pag: 432. τὰς διοικήσεις ἐν αἷς τὰς ἀσφάλειας ποιῦνται, καὶ τὰς δικαιοδοσίας. id eſt, *diœceſes ſeu præfecturas, in quibus conventus agunt,* [*forum agunt.*] *& jus dicunt.* [*jura reddunt.*] Pro ἀσφάλειαι ἄσυλαι, non malè hoc loco, ſi quid ego judico, vetus interpres: *conventus forenſes aguntur*: niſi malis, *conventus*, ſine *forenſes*. Beza in annotationibus: *faſti* [*dies*] *aguntur*. Quæ annotavit ſuper hæc verbi Theophylactus, vix digna puto quæ legantur: currunt enim extrà viam.

Cap. XX.

Verſ: 1. Μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τὸν θόρυβον, &c.] id eſt, *Poſtquam autem ceſſavit tumultus, advocavit Paulus diſcipulos, quos cùm complexus eſſet, abiit ut iret in Macedoniam.*

Verſ: 3. Ποιήσας τε μῆνας τρεῖς, &c.] id eſt, *Ubi cùm egiſſet menſes tres, factis illi inſidiis à Judæis navigaturo in Syriam, ſtatuit* [*decrevit*] *reverti per Macedoniam.* Sic Heinſius exercitat. ſacrarum pag: 317. *Ubi cùm menſes tres egiſſet, atque in Syriam profecturus eſſet, ſtructæ illi à Judæis ſunt inſidiæ.* ποιήσας, id eſt, διαχειμάσας. Vide ſupra cap: 15. verſ: 33. μέλλοντι ἀνάσσεσθαι, id eſt, μέλλοντι ἀναπλεῖν, vel, μέλλοντι πλεῖν, ἀποπλεῖν, *navigaturo*: neque enim poteſt commodiùs hoc loco explicari.

Verſ. 5.

Vers. 5. ἔμενον] id est, *præstolabantur.*

Vers. 7. τοῦ κλάσαι ἄρτον] id est, *ad frangendum panem* : vel, *ut frangerent panem.* Ibid. διελέγετο αὐτοῖς] id est, *verba apud illos faciebat* : *verba faciebat illis* : Piscator, *sermones habebat ad eos* : quod non displicet.

Vers. 9. Καθήμενος δέ τις νεανίας, &c.] id est, *Adolescens autem quidam, nomine Eutychus, sedens in fenestrâ demergebatur somno profundo, verba Paulo diutius faciente, qui somno degravatus cecidit ex tertia contignatione deorsum* : *& sublatus est mortuus.* Aliter : *Sedens autem quidam adolescens nomine Eutychus in fenestra, cum premeretur* [*mergeretur*] *somno profundo, verba Paulo diutius faciente, præ somno deturbatus cecidit ex tertia,* &c. Neutra ex meis interpretationibus pro, καταφερόμενος, habet *demersus*, quia parùm convenire arbitror, ut Græcum præsentis temporis participium, Latinè per participium passivum præteriti perfecti temporis exprimatur. Igitur quoad possum, lubenter facio, ut præsenti Græco exprimendo præsens Latinum, aut saltem præteritum imperfectum adhibeatur.

V. 10. Καταβὰς ὁ Παῦλος &c.] *Tum descendit Paulus, & cecidit super eum, complexúsque dixit,* &c.

Vers. 11. ἐφ' ἱκανόν τε ὁμιλήσας ἄχρις αὐγῆς] id est, *diuque collocutus esset usque ad lucem,* [aut, *diluculum.*] Hîc participium ὁμιλήσας, non aliter mihi exprimendum videbatur, quàm reliqua quæ proximè præcedunt.

Vers. 13.

Vers: 13. ἀνήχθημεν ὡς τὴν Ἄσσον] id est, *provecti sumus Asson*: vel, *navigavimus Asson*. vide suprà vers: 3. hujus cap:

Vers: 18. ἐφ' πάντα χρόνον] id est, *toto illo tempore*: *per totum illud tempus*.

Vers: 20. Ὡς οὐδὲν ὑπεστειλάμην &c.] id est, [*Scitis* inquam,] *ut nihil eorum quæ vestrâ scire interesset, refugerim annunciare vobis, & docere vos publice & domatim*. Aliter, [*Scitis* inquam,] *ut nullo metu impeditus fuerim, quò minùs publicè & domatim, annunciarem vobis, & docerem vos quacunque conducerent*. Al: [*Scitis* inquam] *ut non subterfugerim, quò minùs quacunq; conducerent annunciarem vobis, & docerem vos publice & domatim*. De significatione verbi ὑποστέλλεσθαι convenit mihi satis cum aliis interpretibus: in hoc uno dissentimus, quòd aliquantò aliter quàm illi verba hîc disponenda censeam. Illi enim ferè *accusativum* οὐδὲν subjiciunt verbo, ὑπεστειλάμην: at ego subjicio illum verbo *infinito*, ἀναγγεῖλαι, ut rectus & Grammaticus ordo sit: Ὡς οὐχ ὑπεστειλάμην τὸ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν, καὶ διδάξαι ὑμᾶς δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκους πάντα τὰ συμφέροντα. Cum hac interpretatione, confer interpretationem Erasmi, si placet, vel etiam Domini Bezæ, & facilè perspicies ordinem, quem ego secutus sum, haud paulò meliorem esse. Bezæ enim ordo imponit illi necessitatem addendi de suo relativum, *ea*: quod hîc non fit, quia actio verbi ἀναγγεῖλαι rectâ, sine ullis supplementis transit in accusativum οὐδὲν. Præterea versus 27. confirmat id quod dixi. Nam ut ibi verbum ὑπεστειλάμην, ἀμέσως conjungitur, cum dictio-

dictionibus τὸ μὴ ἀναγγεῖλαι: ita hîc etiam absq; omni dubio fieri debet: id quod magis liquebit, si aut hunc versum ad similitudinem versus 27. mutaveris, aut vers: 27. ad similitudinem hujus. Quod dico hoc est: lege primùm vers: 20. sicut paulò priùs: Ὡς οὐχ ὑπεστειλάμην τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν, καὶ διδάξαι ὑμᾶς δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκους πάντα τὰ συμφέροντα. Deinde lege vers: 27. sic: οὐδὲν γὰρ ὑπεστειλάμην τῆς βουλῆς τοῦ Θεοῦ τοῦ μὴ ἀναγγεῖλαι ὑμῖν. Hîc mutatus ordo utriusque versus planissimum facit *accusativum* οὐδὲν, non pendere à *verbo* ὑπεστειλάμην, sed à *verbo* ἀναγγεῖλαι. ὁ νοῦς? Scitis me liberè ac intrepidè tùm publicè tum privatim, quæcunque ad salutem pertinerent, per prædicationem Evangelii vobiscum communicasse: scitis me nullo metu, nullis periculis cohiberi potuisse, quò minùs totam salutis doctrinam vobis traderem. ὑποστολὴ est *metus*, & ὑποστέλλεσθαι, est *metuere*, vel *pra metu fugere & declinare*.

Vers: 21. τὴν εἰς τὸν Θεὸν μετάνοιαν] id est, *pœnitentiam erga Deum*. Beza & Piscator, *conversionem ad Deum*: id est, ἐπιστροφὴν πρὸς τὸν Θεὸν, vel, πίστιν πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιστροφήν. Melior est expositio, quàm interpretatio, ac ea propter, locus ei rectiùs assignetur in orâ libri, aut in annotationibus, quàm in contextu ipso.

Vers: 22. τὰ ἐν αὐτῇ συναντήσοντά μοι μὴ εἰδώς] id est, *qua in ea eventura sint mihi*, [*occursura sint mihi*] *ignorans*. Sic penè vetus.

Vers: 24. ἀλλ' οὐδενὸς λόγου ποιοῦμαι] id est, *sed nihil id apud me valet*. vel, *Non est id mihi*

mihi curæ. Nam τὸ, ὐδενός, ad id quod proximè præcedit, restringendum est. Ibid. ὡς τελειῶσαι] id est, *ut peragam*: vel, *dummodo peragam.* Nihil moror vincula & afflictiones, inquit Apostolus, imò ne vitam quidem meam pretiosam habeo, dummodò perficiam cursum meum, &c.

Vers: 27. ὐ γὰρ ὑπεστειλάμην, &c.] Maximus est interpretum in hoc versu consensus. Quare præteriissem illum tacitus, nisi quod Budæi me moveret auctoritas, ut ejus etiam interpretationem, ab aliorum interpretationibus, verbis saltem discrepantem, apponerem. Sic itaque Budæus in Commentariis: ὐ γὰρ ὑπεστειλάμην, &c. id est, *Neque enim prævaricatus sum in renunciando vobis consilio divino.* Liberior est hæc interpretatio, sed erudita: significat enim Paulum nequaquam perfidè aut dolosè Christi negotium egisse, sed bonâ fide maximéque seriò, ita ut nihil illi prius fuerit, quàm ut Apostoli officio, in regno Christi promovendo sincerè fungeretur. Non sic egit in prædicando Evangelio, ut prævaricatores solent in causis agendis, hoc est, callidè, remissè, perfunctoriè: sed totas vires suas adhibuit, omnes nervos suos contendit, nihil eorum quæ dicenda erant abscondens aut dissimulans.

Vers: 28. διὰ τοῦ ἰδίου ἄιματος] id est, Bezâ interprete: *proprio illo sanguine.* Deleo, *illo.* Quid enim *illo* opus est? satis est, *proprio sanguine*, sine, *illo.*

Vers: 29. μετὰ τὴν ἄφιξίν μου] id est, ἀπόλυσιν. Locus notandus propter usum hujus dictionis

dictionis communi usui repugnantem. Vulgo enim ἔφοδος est *adventus*: at hîc est *abitus*, præpositione ἀπὸ eandem hîc vim obtinente, quam in aliis compluribus dictionibus compositis obtinere solet. Nam ut alibi in compositione respondet præpositioni Latinæ, *ab*, non *ad*, sic etiam hîc. vide quæ suprà scripsi, ad vers: 4. cap: 13. de ἐπιέχεσθαι. pro, *adire*, &c. In vulgari usu dictionis, ἔφοδος, ἀπὸ est *ad*, non *ab*: quod etiam observandum puto.

Vers: 30. διεστραμμένα] id est, *distorta & implicata*. In hac significatione, verbum διαστρέφομαι, respondet Hebræo verbo הפך.

Vers. 32. τῷ δυναμένῳ &c.] Ad vitandam amphiboliam, repeto, τῷ Θεῷ· [*Deo inquam*,] *qui potest*. Piscator nihil repetit. Beza repetit nomen *Dei*, sed ita, ut postponat relativo, quod mihi non adeò placet.

Vers: 33. Malim, *Nullius argentum aut aurum*, &c. Consulat enim quisque aures suas, & dicat annon syncategorema, *nullius*, rectiùs multò sonet à fronte quàm a tergo rerum possessarum. Non ita hoc fieri potuit commodè Græcè, at Latinè, quàm commodissimè. Leve est hoc fateor: sed in negotio hujus generis ne levia quidem prætereunda sunt.

Vers. 35. ὅτι αὐτὸς εἶπε] id est, *quandoquidem ipse dixit*: vel, *quoniam ipse dixit*; quemadmodum est apud veterem interpretem.

Vers: 38. Ὀδυνώμενοι μάλιστα] vetus, *Dolentes maximè*: quod mutandum non censeo. Beza, *Cruciati maximè*: sed ut suprà aliquoties monui, danda est opera, quoad ejus fieri

 potest,

poteſt, ut, quod præſentis eſt temporis Græcè, Latinè etiam ejuſdem temporis ſit. Hanc ob cauſam in fine quoque verſus iſtius pro, προσήγομεν, libentius audio, *deducebant*, quàm, *deduxerunt*.

Cap. XXI.

Verſ: 1. Ὡς δὲ ἐγένετο &c.] id eſt, *ut autem ſejuncti ab illis provecti ſumus, recto curſu*, &c. τὸ ἀποσπασθῆναι nihil aliud hîc eſt, quàm ἀποχωρισθῆναι, id eſt, *ſeparatos*. Vide Luc: 22. v: 41. & 2. Maccab. cap: 12. v: 10.

Verſ: 2. Καὶ ἐπιβάντες &c.] id eſt, *Et nacti navigium quod trajiceret in Phœnicen, conſcendimus illud, & provecti ſumus*. Al: *Et inventâ navi, quæ trajiceret in Phœnicem, conſcendimus eam, provectique ſumus*.

Verſ: 3. Ἀναφάναντες δὲ τὴν Κύπρον &c.] Initium hujus verſus trifariam legitur, ſicut teſtantur Beza & Theophylacti interpres Laurentius Sifanus 1. lectio eſt: ἀναφανέντες δὲ τὴν Κύπρον: 2. ἀναφάναντες δὲ τὴν Κύπρον: 3. ἀναφανέντες δ' τῆς Κύπρου. Ex his 1. eſt receptiſſima: 2. minùs recepta: 3. omnium deterrima. Nam ἀναφανέντες τῆς Κύπρου, prorſus dicitur incongruè & vitioſè. Eſt & 4. lectio, ἀναφήναντες. ſed ea locum non habet, quod ſciam, niſi in oris librorum, aut ſcholiis contextui appoſitis, ut veriſimile ſit, non a libris eam eſſe, ſed ab ingenio. Probabile porrò eſt veterem interpretem legiſſe, ἀναφανέντες δὲ τῇ Κύπρῳ, eâ formâ orationis quæ hypallage dicitur: ſed cùm id incertum ſit, non habeo ubi acquieſcam

quiescam potiùs, quam in prima, & maximè vulgata lectione: id est, ἀναφανέντες ἢ τὴν Κύπρον. Sed quid hoc est? Num ita dicitur, ut ἀπολιμπάνειν τινὰ τινὶ? Fortassè ita. Nam ut ἀπολιμπάνω τινὰ τινὶ, idem est ac si dicas, ἀπολιμπάνω μοι ἢ τινὶ, sic ἀνοράω τινὰ Κύπρον & ἀποκρύβω τινὰ Κύπρον, pro ἀνοράω μοι ἢ Κύπρῳ, & ἀποκρύβω μοι ἢ Κύπρῳ poni posse videntur. Ut ut verò sit, placet Erasmi hujus loci interpretatio: *Quum autem cœpisset nobis apparere Cyprus*: quam, & Beza & Piscator, tanquam optimam, & sententiæ hujus loci congruentissimam secuti sunt. Cum Erasmo consentit Budæus Commentariorum pag: 280. quem adeas, velim. Non malè etiam dixeris: *Quum autem Cyprum detexissemus*, [id est, aperuissemus,] *& ad sinistram reliquissemus eam, navigavimus*, &c. *Detegere* enim dicuntur nautæ loca illa, quæ navigationis cursus paulatim aperit, & in conspectu eorum, quum priùs abscondita essent, ponit. Sic nostri interpretes: Now when we had discovered Cyprus: genere locutionis planè nautico. Ibid. ἀνῆκε γὰρ τὸ &c.] id est, *illic enim navis exponebat onus suum*: vel, per enallagen temporis: *erat expositura*.

Vers: 4. Καὶ ἀνευρόντες τοὺς μαθητὰς &c.] id est, *Inventisque discipulis, permansimus ibidem*, &c. Aliter, *Et cùm invenissemus discipulos, permansimus ibi dies septem: dicebant verò discipuli*, [al: verò, *qui dicebant*,] *Paulo per Spiritum, ne ascenderet Hierosolymam*. Al: *monebant verò discipuli Paulum ne*, &c. Hîc perspicuitatis causâ, repeto dictionem μαθητὰς,

& pro, *dicebant*, pono, *monebant*: Similis est repetitio, ad v: 32. cap superioris.

Vers: 5. ὅτε δὲ ἐγένετο ἡμᾶς ἐξαρτίσαι τὰς ἡμέρας, &c.] id est, *Cùm verò è diebus illis nihil nobis restaret, egressi proficiscebamur*, &c. [al: verò: *cùm verò factum esset, ut nos expleremus dies illos.*] Ibid. ἕως ἔξω τῆς πόλεως] id est, *usque ad loca extra urbem*: vel, cum Piscatore, *extra urbem usque.*

Vers: 12. καὶ οἱ ἐντόπιοι] vetus, *& qui loci illius erant*, Erasmus, *& caeteri qui loci illius erant*. Beza, *& qui in eo loco erant*. Theophylacti interpres, & Piscator, *& incolae loci illius*, vel, *ejus loci incolae.*

Vers: 13. συνθρύπτοντες] id est, συνθραύοντες, συντρίβοντες, *confringentes, conterentes.*

Vers: 15. ἀποσκευασάμενοι] Apud Chrysostomum primaria lectio est, ὑποσκευασάμενοι, marginalis verò ἀποσκευασάμενοι, & tum deinde περισκευασάμενοι. Idem ὑποσκευασάμενοι interpretatur τὰ πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν λαβόντες, id est, *cùm res ad iter necessarias accepissemus*: quod loco huic apprimè convenit. Nec aliter quàm Chrysostomus legunt aut interpretantur Theophylactus & Oecumenius, quos, si placet, consule.

Vers: 20. πάντες ζηλωταὶ τοῦ νόμου ὑπάρχουσι] vetus, *omnes amulatores sunt legis*. Erasmus, *omnes studiosi sectatores sunt Legis*. Theophylacti interpres, *omnes vehementi studio legem amplectuntur*. Beza & Piscator, *sunt omnes accensi zelo legis*. Exhibeo tibi lector, varias hasce interpretationes, non quod aliqua illarum mihi displicet, sed ut sub uno conspectu posita,

positæ, excitent judicium tuum, cùm de illis ut sparsæ sunt in libris, non sit ita promptum judicare. Ego, ut nullam rejicio, ita illam præ cæteris amplector quæ zeli nomen retinet. Habet enim suam quandam vim, quam alio vocabulo fruſtrà coneris exprimere.

Vers. 21. Κατηχήθησαν δὲ περὶ σοῦ] vetus, *Audierunt autem de te*: & sic etiam Erasmus. Theophylacti interpres, *Sed de te crebris auditionibus acceperunt*. Beza & Piscator, *Audierunt autem de te ex aliorum sermone*. Chrysostomus, Κατηχήθησαν, inquit, τυπὸς, ἐδιδάχθησαν, ἢ ἔπεισθησαν: *admoniti*, vel *edocti sunt, & crediderunt*. Posterius istud addidit Chrysostomus ex benignitate suâ, & veluti ἐξ ὑπερβάτου, cùm aliôqui satis fuisset dixisse, τυπὸς, ἐδιδάχθησαν, i.e. *didicerunt, admoniti sunt*. Nam paulò post, pro κατηχῆσθαι nihil aliud explicationis vice ponitur nisi ἐδιδάχθησαν. Bella est hæc interpretatio, & præferendam puto multis aliis. Plus est, κατηχήθησαν quàm ἤκουσαν. Nam non solùm audierunt, sed etiam sic audierunt, ut simul admonerentur de periculo quodam, & juberêtur cavere sibi ne deciperentur. Hæc & similia complecti in se videtur verbum κατηχήθησαν. *Admoniti sunt autem de te, quòd defectionem doceas à Mose* &c. Κατηχῶ, est διδάσκω, νουθετῶ, id est, *doceo, moneo, admoneo*. Totius versus interpretatio sic concipi potest: *Admoniti sunt autem de te, quod omnes apud Gentes Judæos defectionem doceas*, [vel, *deficere doceas*] *à Mose, vetans* [Græcè, *dicens non*] *eos circuncidere filios, & secundum ritus ambulare.*

Vers: 23. εὐχὴν ἔχοντες ἐφ' ἑαυτῶν] vetus, ἐστὶ πόδα: *votum habentes super se.* Beza, *voto obnoxii.* Quæris quid mihi de duabus hisce interpretationibus videatur? Priorem in contextu pono, posteriorem in margine.

Vers: 24. καὶ δαπάνησον ἐπ' αὐτοῖς] id est, *& sumptus facito propter illos*: Anglicè, and bear part of their charges. Ibid. καὶ γνῶσι πάντες, ὅτι ὧν κατήχηνται περί σου &c] id est, *& intelligant omnes quòd nihil sit eorum quæ acceperunt de te*: vel, *quæ ab aliis de te acceperunt, sed incedas & ipse Legem observans.* Al: *& intelligant omnes nihil esse eorum, quæ monentibus quibusdam de te acceperunt, sed te quoque incedere ad præscriptum Legis.*

Vers: 27. Ὡς δὲ ἔμελλον, &c.] vel, ut Beza, vel sic: *Quùm autem futurum jam esset, ut septem illi* (vel, *septem illi,*) *dies explerentur.* Vide infra hujus cap: v: 37. Ibid συνέχεον πάντα τὸν ὄχλον] id est, *commoverunt*, (*concitarunt*) *totam turbam.* Sic enim malo hoc loco, quàm *conturbarunt totam turbam*: quia, *conturbarunt turbam*, non ita benè sonat.

Vers: 28. καὶ κεκοίνωκε] vetus, *& violavit.* Erasmus, *& prophanavit.* Beza, *& polluit.*

Vers: 38. οὐκ ἄρα σὺ εἶ ὁ αἰγύπτιος ὁ πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀναστατώσας, &c.] id est, *Nonne tu es Ægyptius ille, qui ante dies hosce seditiose concitavit, & eduxit in desertum, quatuor millia sicariorum?* Beza & vetus, necnon Erasmus, *concitasti, & eduxisti*: sed rectiùs mihi videtur, ut nomini, ὁ Αἰγύπτιος, quod 3. esse personæ nemo negabit, verba itidem 3. personæ succedant. Quare non sum veritus, Piscatorem

rem hîc sequi, qui optimo videtur jure, 2. personam in tertiam convertisse. Sic enim ille: *qui ad seditionem concitavit, & eduxit in desertum.* Talem locum habemus suprà cap. nimirum Actorum 4. vers. 24. ubi similiter quæri potest, recténe an secus pro σὺ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας, dicatur ab interpretibus, etiam à Piscatore ipso, *tu es Deus ille qui fecisti.* Nam quæ ratio hîc tertiam poscit personam, eadem & illîc. Ego tertiam personam præfero, haud tamen secundam rejiciens, sicut Notæ meæ in locum illum clarè docent. Sequentis cap: v: 3. & 4. Ἐγὼ εἰμὶ ἀνὴρ Ἰουδαῖος ὃς ἐδίωξα. id est, mutatâ formâ orationis: ὁ διώξας. Si ergo prima persona succedit tertiæ, cur non & secunda? Hæc pro Bezâ contrâ meipsum. Semper enim pro veritate pugnandum est. Participium ἀναστατώσας sic interpretor, ut actio ejus eôdem referatur quô actio participii ἐξαγαγὼν nimirum ad τοὺς τετρακισχιλίους ἄνδρας. Significationem habet, quæ ad seditionem & tumultuum auctores aptissimè accommodetur, quemadmodum, ex hoc loco liquet, & prætereà ex vers: 6. cap: 17. Actorum, & vers: 12. cap: 5. epistolæ ad Galatas.

Vers. 39. Ἐγὼ ἄνθρωπος μέν εἰμι Ἰουδαῖος, &c.] id est, *Ego quidem homo sum Judæus Tarsensis, Ciliciæ haud obscuræ urbis civis.* Perinde valent hæc verba, ac si scriptum esset: Ἐγὼ ἄνθρωπος μέν εἰμι Ἰουδαῖος Ταρσοῦ, τῆς Κιλικίας οὐκ ἀσήμου πόλεως, πολίτης. id est, *Ego quidem homo sum Judæus Tarsi, Ciliciæ haud obscuræ urbis, civis.* Nam Genitivus Ταρσοῦ, in patrio nomine, Ταρσεὺς latet. Ταρσεὺς est

Ταρσῦ πολίτης: Ταρσὸς verò est τῆς Κιλικίας ἐπιφανὴς πόλις. i. e. *nobilissima urbs Cilicia*, per μείωσιν notam figuram, & apud optimos scriptores satis usitatam.

Vers: 40. κατέσεισε τῇ χειρὶ τῷ λαῷ] vide supra, cap: 12. v: 17. Ibid. προσεφώνησε, τῇ Ἑβραΐδι διαλέκτῳ] id est, *allocutus est* (eos,) *lingua Hebraea*. προσεφώνησε, sc. αὐτοῖς, ut mox sequitur initio proximi huic capitis.

Cap. XXII.

Vers: 3. Ἐγὼ μέν εἰμι ἀνὴρ Ἰουδαῖος] id est, Ἐγὼ μέν εἰμι ἄνθρωπος Ἰουδαῖος: *homo Judæus*: ut paulò superiùs, vers. penultimo præced. capitis. Ibid. ζηλωτὴς ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ.] id est, *zelator Dei*. Tremellius. Vetus, *æmulator legis*: acsi legisset, τοῦ νόμου: quod ante me notavit D. Beza. Vide supra cap: 21. vers: 20.

Vers: 4. Ὃς τάυτην τὴν ὁδὸν ἐδίωξα ἄχρι θανάτου] vetus, *Qui hanc viam persecutus sum usque ad mortem*: Et sic etiam Erasmus, & Piscator. Beza, *Qui hoc vitæ genus*: & in ultima, ni fallor, editione', *Qui hanc sectam persecutus sum usque ad mortem*. Theophylacti interpres: *Qui hanc doctrinam capitaliter insectatus sum*. Si minùs placet verbum verbo reddere, cum vetere interprete, talis certè adhibenda videtur interpretatio, quæ omnem ambignitatem, omnem obscuritatem excludat,

Sectam

Sectam persequi, & vitæ genus persequi, Latinè satis dicitur, sed, si rectè modò intelligo, non de iis qui hostiliter, sive hostili animo persequuntur: sed de iis potiùs qui persequuntur amicè ac studiosè. Interroga aures tuas, consule Latinè loquentium consuetudinem, & cedò annon ita sit. Sic in sacris literis εἰρήνην διώκει, & ἀγάπην διώκει, id est, *pacem & charitatem persequitur,* non hostis pacis & charitatis, sed amicus ac studiosus. Quare, si detur venia Scholiasten agendi in contextu, ut omnis tum ambiguitas tum obscuritas tollatur, Græca non dubitaverim, Latinè sic exprimere: *Qui hanc viam sectantes usque ad mortem persecutus sum.* ἐδίωξα ἄχρι θανάτου, hoc est, *funditus deletum & extinctum ivi.* Ὁδὸς Metonymicè ponitur, pro hominibus ejus viæ, sive sectæ. Hanc metonymiam explicandam putavi, quia τὸ *persequor*, cùm in deteriorem partem, pro actu hostili accipitur, personæ magis accusativo, quàm rei gaudet.

Vers: 5. παρ' ὧν καὶ ἐπιστολὰς δεξάμενος πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς] id est, *à quibus etiam cùm epistolas accipissem ad fratres.*

Vers: 10. περὶ πάντων ὧν τέτακταί σοι ποιῆσαι] id est, *de omnibus quæ constitui tibi ut facias:* vel, *quæ facienda tibi constitui.* τέτακταί σοι sc ὑπ' ἐμοῦ. id est, ἔταξά σοι. Rectè enim & sine ullo sensus detrimento mutatur hîc forma orationis, passiva nimirùm in activam. Sic versu proximè sequente, nihil faciet indignum officio boni interpretis qui pro, χειραγωγούμενος ὑπὸ τῶν συνόντων μοι, Latinè dixerit: *qui mecum erant, manu me ducentibus.*

Hoc

Hoc modo tempus tempori respondet, præsens præsenti, cùm aliôqui vix fieri possit, ut idem tempus retineatur. Nam ubi pro χειραγωγούμενος, Latinè dicitur, *manu deductus*, præsens mutari in præteritum nemo non videt. Leve hoc est fateor, imò levissimum: sed levissimarum nonnunquam rerum contemptus in causa est, cur haud leviter delinquatur. Porrò totum versum sic lege Latinè: *Quùm vero non viderem præ gloria lucis illius, manu me ducentibus qui mecum erant, veni Damascum.*

Vers: 14. προεχειρίσατό σε γνῶναι, &c.] id est, *delegit te ad id ut cognosceres.* Sequente verbo infiniti modi, προχειρίζομαι, valet, *deligo*: at sequente accusativo, *designo*, ut Act: 26. 16. προχειρίσασθαί σε ὑπηρέτην: *ut designarem te ministrum.* γνῶναι, *ad id ut cognoscres.* Tot enim verbis opus est, ut ad quod munus delectus fuerit Paulus, perspicuè demonstretur.

Vers: 16. ἀναστὰς βάπτισαι, καὶ ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου.] id est, *surge, & baptismo ablue peccata tua.* Ad verbum: *surge, & baptizare, & ablue peccata tua.* Dico autem: *baptismo ablue*: quia hoc genus locutiones quàm proximè accedunt ad figuram illam quæ appellatur ἀπὸ κοινοῦ. Vide suprà annotationes meas ad Luc: 6. vers: 48.

Vers: 17. Ἐγένετό μοι &c.] id est, *Evenit autem mihi reverso Hierosolymam, & precanti in Templo, ut in ecstasin inciderem* [vel, *ut essem in ecstasi.*] Verba, καὶ προσευχομένου μου, sic interpretor ac si legeretur: καὶ προσευχομένῳ

μοι

εὐχομένῳ μοι, vel, προσευχομένῳ sine μοι. Neque enim aliter accipienda sunt. Sic paulò suprà, versu nimirùm hujus cap. 6. legimus: Ἐγένετο δέ μοι πορευομένῳ καὶ ἐγγίζοντι τῇ Δαμασκῷ. Mutetur versu isto, ἐγγίζοντι, in ἐγγίζοντός μου, & idem prorsus, tametsi alio modo, verbisque aliis dicetur. Similiter vers: hoc 17. mutetur, προσευχομένου μου in προσευχομένῳ, & quid intererit? planè nihil. De voce *ecstasi*, vide suprà cap: 10. vers. 10.

Vers. 20. καὶ συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ] id est, *assentiebar neci ejus*. Beza, *cædi illius*. Piscator, *interfectioni ejus*. At suprà cap: 8. v: 1. ubi eadem verba habentur, neutri eorum, *necis* vox displicuit. Ibid. τὰ ἱμάτια] vide suprà cap: 7. v: 58. & Luc: 6. v: 29.

Vers: 24 εἰπὼν μάστιξιν ἀνετάζεσθαι αὐτόν] id est, *& flagris cædi*: vel, *flagris adhibitis torqueri*: Sed ubi est, εἰπὼν, inquies? Nihil aliud quàm copulat hoc loco, τὸ εἰπὼν. Igitur mutavi in conjunctionem copulativam. Pronomen αὐτὸν, post ἀνετάζεσθαι, redundat, omisi igitur. Porrò τὸ, μάστιξιν ἀνετάζεσθαι, quid est, nisi simpliciter, μαστίζεσθαι, aut μαστιγοῦσθαι; Quare proximo versu, Paulus, ubi de injuria sibi homini Romano factâ queritur, verbo simplici, μαστίζειν, contentus est. Vetus interpres participium εἰπὼν, pro copulativâ particula accepit, sicut res ipsa docet. Est etiam credibile legisse eum, μαστίζεσθαι, καὶ ἀνετάζεσθαι αὐτόν. Nam non solet ille περιπολογεῖν, aut unum Græcum verbum duobus Latinis exprimere. Ἐτάζω, ut & ἀνετάζω, est βασανίζω, *torqueo*, &, ἀνετάζεσθαι, est, ἐτάζεσθαι, βασανίζεσθαι,

ζεσθαι, *torqueri*. Non fuit causa igitur cur aut hîc, aut posteà versu 29. vetus interpres à recentioribus desereretur. Adeo enim non emendant, ut ipsi potiùs ad illũ emendãdi sint. Hoc non inficiabitur quicunque hæc loca expenderit, partim ex libro Sapientiæ partim aliunde desumpta. Sap: cap: 2. v: 19. impii, & profani homines mutuis hortatibus adversus justum sese exacuentes, sic loquuntur: ὕβρει καὶ βασάνῳ ἐτάσωμεν αὐτὸν, ἵνα γνῶμεν τὴν ἐπιείκειαν αὐτοῦ, &c. i.e. *contumeliis & cruciatibus torqueamus illum, ut quam sit animo leni ac moderato cognoscamus.* Proculdubio, ἐλάζειν hîc est, *torquere, vexare*, & qui aliter interpretantur, sensum non ita genuinè exprimunt. Ejusdem libri cap: 6. v: 6. dicat mihi aliquis, quomodo exponenda sint hæc verba: Δυνάσται δὲ δυνάσως ἐτασθήσονται. Nonne clarissimè in hunc modum sonant: *Potentes verò potenter torquebuntur, punientur*: vel, ut vetus interpres habet, *tormenta patientur*? Chrys: st: hom. 26. in Mat. pag: Savil: editionis 186. ita citat hunc locum, ut simul etiam explicet: οὐχ ὁμοίως, inquit, πάντα ἐπὶ πάντων κρίνεται. Δυνατοὶ γὰρ, φησι, δυνατῶς ἐτασθήσονται, καὶ ὁ εἰδὼς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου αὐτοῦ, καὶ μὴ ποιῶν, δαρήσεται πολλὰς· ὅτι ἡ πλείων γνῶσις πλείονος κολάσεως ἐστὶν ὑπόθεσις. id est, *Non eodem omnia modo in omnibus judicantur. Potentes enim, ut alicubi dicitur, potenter torquebuntur, & qui novit voluntatem Domini sui, nec facit tamen, vapulabit multis*: (vel, *cædetur plagis multis,*) *Quare major cognitio majoris supplicii est causa.* Quid ergo est δυνατῶς ἐτασθήσονται, secundum Chrysostomum? Nonne *Vapulabunt multis: cædentur*

cadentur plagis multis: gravi ſupplicio afficiuntur? Reſtat unus adhuc locus, qui per ſe ſatis eſſe poſſit huic rei confirmandæ, ut nihil præterea afferatur. Is habetur Gen. 12. v. 17. ubi ſic legimus: καὶ ἔπληξεν ὁ Θεὸς τὸν Φαραὼ πληγαῖς μεγάλοις καὶ πονηραῖς. *& percuſſit, (flagellavit, cruciavit,* Heb. נגע) *Deus Pharaonem plagis magnis & malis.* Hæc quùm ita ſint, quis mihi jure ſuccenſeat vet. hîc interp. recentioribus illis omnibus qui ab eo diſſentiunt, præferenti? Jam tot. verſ. 24. vet. interp. majori ex parte ſecutus, ſic Latinum facio: *juſſit Tribunus duci eum in caſtra, & flagris cædi, (percuti torqueri,) ut reſciret, quam ob cauſam ſic adverſus eum vociferarentur.*

V. 25. Ὡς δὲ προέτειναν αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν &c.] vet. *Et quùm aſtrinxiſſent eum loris.* Eraſmus, *Et quùm aſtrinxiſſet eum loris,* non *aſtrinxiſſent.* Beza, *Quùm autem aſtrinxiſſent eum loris.* Piſcator, *Quùm autem diſtendiſſent eum loris cædendum.* Arbitror verbis hiſce ſubeſſe hypallagen, ut ſit, προέτειναν (vel, προέτειναν: quemadmodum vet. interp. legiſſe videtur,) αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσι, pro, προέτειναν αὐτῷ τοὺς ἱμάντας, id eſt, *Quùm verò loris jam caſturi illum eſſent.* Ad verbum: *Quum verò exporrecta illi lora oſtenderent*: vel, *extenſa illi lora oſtenderent.* Veluti depingunt hæc verba nobis lorarium aliquem, aut ſervum Brutianum ſcuticam manu tenentem, & jam imminentem ei, quem flagris ſive loris caſtigari oportet. Solent enim id genus carnifices, primùm expedire lora, & deinde extendere atque explicare quò certiùs & potentiùs feriant. Et hoc fit coram iis qui ſunt caſtigandi, ut eò magis terreantur.

Omnia

Omnia hæc intueri mihi videor, in his verbis, Ὡς δὲ προέτεινε, sc. ὁ δήμιος, vel, Ὡς δὲ προέτειναν, sc. οἱ δήμιοι &c. per hypallagen explicatis. Lora hîc sunt cædendi, non ligandi aut vinciendi instrumenta. Quare non rectè dicitur: *Quùm astrinxissent eum loris.* Meliùs Piscator: *Quùm distendissent eum loris cædendum.* Sed neque hoc placet, quia *distendo* respondet potiùs Græcorum verbo κατατείνω, ut alia nonnulla taceam. Fuit certè tempus, cùm existimarem τὸ προτείνειν hîc accipi posse, ἀντὶ τοῦ κατατείνειν, in significatione *torquendi* & *cruciandi*, ut sensus esset: *Quùm torsissent illum loris.* Sed mox cogitavi, Paulum non fuisse usurum defensione illâ quæ continuò subjicitur, post acceptas plagas, sed antè potiùs. Nam seræ medicinæ nihilque profuturæ, quis fructus, quæ utilitas? Igitur opinioni illi non diu apud me locus fuit. Jos: Scaliger, vir admirabilis, aliquanto aliter hæc verba accipit: nimirùm ita ut describant nobis Paulum funibus utrinque levatum, ut sic pendens & sublimis plecteretur. Verba ejus hæc sunt, epistolâ 146 pag: 362. *Qui flagris cædebantur, utrinque a terra levati ita suspendebantur, ut cervices à terra longius, quàm pedes extarent. Legimus in Comœdia.* Ego plectar pendens. Pendentes *autem, hoc est,* μετέωροι *flagellabantur. Illud* pendere *est* ἱμάσι προτείνεσθαι, *funibus utrinque a terra levari, non autem stantem funibus ad columnam destinari* [i.e. *alligari,*] *ut pictorum natio, somniat,* Hæc Scaliger acutè quidē sed non ita ut propterea in ejus sententiam necessariò eundū sit.

Versus

Versus 26. & 27. Latinos sic facio: *Quùm verò loris jam cæsuri illum essent,* [vel, *Quùm verò loris jam cæsurus illum esset,* sc. ὁ δήμιος] *dixit astanti Centurioni Paulus, Num hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare? Quod cùm audiisset Centurio, adiit Tribunum, & annunciavit ei, dicens, vide quid facturus sis* &c.

Vers: 28. Ἐγὼ πολλῷ κεφαλαίῳ τὴν πολιτείαν ταύτην ἐκτησάμην.] id est, *Ego grandi pecuniæ summâ,* [vel, *magnâ summâ*] *civitatem istam* [vel, *jus istud civitatis,*] *emi.* ἐκτησάμην, est, ἐκτησαμην, ut suprà cap: 1. v. 18. & Genes. 39. v: 1. Vide etiam Genes, cap: 47. v: 20. & 22. & cap: 49. vers: 30. & cap: 50 vers: 13: Genes. 25. v: 10. ὃν ἐκτήσατο Ἀβραὰμ παρὰ τῶν υἱῶν Χέτ. ἐκτήσατο, Heb: קנה, id est, *emit.* Ibid. Ἐγὼ δὲ καὶ γεγέννημαι] sub: ἄνθρωπος Ρωμαῖος, vel, πολίτης.

Vers: 29. οἱ μέλλοντες αὐτὸν ἀνετάζειν] id est, *qui eum torturi erant:* ut longè optimè vetus interpres, qui ut aliàs sæpè, ita hic etiam rem acu tetigit. Quare ne pudeat nos hîc illum sequi. Ibid. καὶ ὁ χιλίαρχος δὲ ἐφοβήθη, ἐπιγνοὺς ὅτι &c.] id est, *sed & tribunus timuit, postquàm cognovit, Romanum eum esse, eò quòd illum vinxerat.*

Vers: 30. τῇ δὲ ἐπαύριον, &c.] id est, *Postridie verò, volens certò scire* [τὸ ἀσφαλὲς, id est, ἀσφαλῶς,] *cujus rei accusaretur a Judæis, solvit eum è vinculis, & jussit primarios sacerdotes venire, totumque ipsorum consessum: tum deduxit Paulum, & statuit eum coram eis.* [vel, *tum deductum Paulum statuit coram eis.*]

Cap.

Cap. XXIII.

VErſ: 1. ἀτενίσας ὁ Παῦλος &c.] id eſt, *Intuens autem in conſeſsum Paulus, ait,* &c. ἀτενίσας, id eſt, ἐμβλέψας. Vide ſuprà cap. 3: v: 4. Ibid. πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ] vetus, *converſatus ſum ante Deum.* Theophylacti interpres, *verſatus ſum coram Deo.* Beza & Piſcator, *ſervivi Deo.* Quid ſi etiam ſic? *vitam meam Deo probare ſtudui*: ut πολιτεύεσθαι τῷ Θεῷ dicantur qui ſyncerè agunt & ſimpliciter, Deo magis quàm hominibus placere cupientes: πολιτεύεσθαι verò τοῖς ἀνθρώποις, qui ex adverſo, hominibus magis placere Student quàm Deo. Non rejicio, *ſervivi Deo,* pro, πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ: ſed tamen, ni fallor, πεπολίτευμαι plus eſt quàm ἐλάτρευσα id eſt, *ſervivi.* Quare ſic accipio, ac ſi Paulus dixiſſet: ἔζησα, aut βεβίωκα τῷ Θεῷ, id eſt, *vixi Deo.* Nam vivere Deo dicuntur, qui toti ab arbitrio ejus pendent, nec vitæ actionumque ſuarum alium ſcopum habent, quàm vt quæ accepta ſint ei faciant. Sic apud Demoſthenem, ζῶ τῷ Φιλίππῳ dicuntur, qui non ſolum ſerviunt illi, ſed etiam toti ab illo pendent, tanquam devoti & ſacramento obligati milites. Paulus etiam Epiſtolæ ad Romanos cap: 14: vult nos τῷ κυρίῳ ζῆν, *Domino vivere,* id eſt, non ſolum, hoc aut illud faciendo ſervire ei, ſed etiam totam vitam ad nutum ejus & arbitrium componere. πολιτεύεσθαι eſt *vivere,* ut Philipp. 1. verſ. 27. πολιτεύεσθαι ἀξίως τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ, eſt vitam talem

talem vivere, quæ Evangelii Christi professioni respondeat. Sic apud Græcum Scholiasten Photium, πολιτεύεσθαι [illegible], est, [illegible], id est, *compositè sive honestè ambulare & vivere.* Similiter & hoc loco, πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ, est, *vixi Deo: vitam meam consecravi Deo*: sic vixi cum hominibus acsi videret Deus. aut quod idem est, si sensum potius quàm verba spectes, [illegible] καὶ [illegible] ἔζησα, *justè & inculpatè vixi.* Nec aliter Chrysostomus: ἰδὲ, inquiens, [illegible] πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ, τουτέστιν, [illegible] ἀλλ' ἄξιον [illegible]. *Non sum conscius mihi, quòd in re aliqua vos læserim, aut vinculis dignum aliquid commiserim.* Non potuit Paulus innocentiam suam summam breviùs aut meliùs describere. Cæterùm an, quod res est, dixerim, judicent alii.

Vers. 3. τοῖχε κεκονιαμένε] id est, *paries dealbate*: nec aliter vel unus aliquis interpretum, quod sciam equidem. Is est autem hujus dicti genus, ut in proverbium jam transierit, locumque obtinuerit inter Adagia ab Erasmo & Drusio publicata. An Pauli temporibus & prius proverbii loco celebrata fuerint hæc verba, incertus sum: constat tamen ad omnia quæ intus sordent accommodari ea posse. Theophylactus in hunc locum: τοῖχον κεκονιαμένον [illegible], ἐπειδὴ [illegible] μὲν εἶχε τὴν [illegible], [illegible] id est, *vocat illum parietem dealbatum, quia splendidum quidem*

habebat aspectum, ut legis vindex, & is qui ex legis præscripto judicaturum se profitebatur: mens verò iniquitate repleta erat. Augustinus in Psa. 103. Quæ est ista quæ ascendit dealbata? *Quid est* dealbata? *Illuminata: non dealbata, sicut fucata, quemadmodum se dealbant fœminæ, quæ volunt videri, quod non sunt: non dealbata, sicut paries dealbatus: destruetur enim, sicut dicit Apostolus,* paries dealbatus, *hypocrisis & simulatio. Paries dealbatus, foris tectorium, intus lutum.* Huc usque Augustinus. Ibid. καὶ σὺ κάθῃ &c.] id est, *Num tu sedes,* &c. vel, *Etiam tu sedes* &c.

Vers: 7. ἐγένετο στάσις,] id est, *orta est pugna,* vel *dissensio.* στάσις, id est, διάστασις, μάχη, vide suprà cap: 15. v: 2. Sic vers: 19. hujus cap. πολλῆς δὲ γινομένης στάσεως: *Et quùm magna pugna (dissensio, contentio) exorta esset.* Fine versus 9. pro, ἢ ἄγγελος, malim diceret, *aut Angelus,* quàm, *seu Angelus*: nam si vers: 7. *disparata* sunt voces, ut loquuntur Dialectici, *Angelus et Spiritus,* cur non & hîc? τὸ *seu,* ritè adhibitum, explicat, non disjungit, sicut agnoscere videtur Dominus Beza. Vide suprà cap 19. v: 12. & cap: 1. v. 7.

Vers: 10. τὸ στράτευμα] vetus & Erasmus, *milites.* Rectè, sic enim loquuntur sæpè Græci, *abstractum* nimirùm pro *concreto* ponentes, & quod amplius est, abstractum singulare pro concreto plurali. In Adagio, ἁλμυρὸν γειτόνημα: quid est γειτόνημα, nisi *vicini*? ἁλμυρὸν γειτόνημα, id est, *mali,* & *amari vicini.*

V: 12. ποιήσαντές τινες ἀπὸ Ἰουδαίων συστροφὴν] optimè Beza: *quidam ex Judæis facta coitione:*

nec

nec aliter Theophylacti interpres Sifanus. Συστροφὴ est σύστασις sive ἐπισύστασις, id est, *factiosa hominum conspiratio*: coitio & consensus hominum conspirantium in necem alicujus, aut aliud aliquod nefarium facinus: ἡ ἐπὶ κακῷ σύστασις καὶ συμφωνία. Supra cap: 19. v: 40. συστροφὴ, exponitur, *concursus*: ἀποδοῦναι λόγον τῆς συστροφῆς ταύτης, *reddere rationem concursus istius*: hoc est, seditiosi istius concursus. Et sic penè Budæus: *hujus conspiratæ coitionis*, ἀντὶ τῆς συστροφῆς, proximè sequente versu habemus τὴν συνωμοσίαν, id est, *conjurationem*.

Vers: 17. ἀπάγαγε] id est, *adducito*, vel, *perducito*. Vide suprà cap: 13. vers: 4. & cap. 20. vers: 29.

Vers: 18. ὁ δέσμιος Παῦλος προσκαλεσάμενός με ἠρώτησε, &c.] id est *Vinctus Paulus* [*Paulus is qui est in vinculis*] *vocavit me ad se, & rogavit ut ad te adducerem adolescentem hunc habentem aliquid quod tibi loquatur.*

V: 20. συνέθεντο] id est, *ex compacto statuerunt*: vel, *de compacto decreverunt, constituerunt*. Plus est enim συνέθεντο, quàm simpliciter, *constituerunt*. Ib: ὡς μέλλοντες] i. e. *quasi in animo habeant aliquid exquisitius percontari de eo.*

Vers: 21. Σὺ οὖν μὴ πεισθῇς αὐτοῖς] id est, *Tu igitur ne auscultaveris eis.* [*Tu igitur ne fueris illis dicto audiens.*]

Vers: 22. παραγγείλας μηδενὶ ἐκλαλῆσαι] id est, *cùm ei mandasset, ne cui enuntiaret, quod hæc ipsi indicasset.* Al. *cùm ei dixisset, cave ne cui enuncies quòd hæc indicaveris* [*nota feceris*] *mihi.* *Mandasset, id est*, dixisset cave. Hæc interpretatio vera est & apta, & præterea

efficit ne quid sit in Græco contextu difficultatis. Sic nostri interpretes: and charged him, or, saye unto him, shee thou tell no man that thou hast shewed these things unto me.

Vers. 23. εἶπεν, Ἑτοιμάσατε] vetus, *dixit illis, Parate.* Piscator, *Parate, ait.* Neutra interpretatio displicet. Ibid. δεξιολάβους] Vetus, *lancearios:* Sifanus, *hastatos:* Beza & Piscator: *Stipatores.* Alii nonnulli: *satellites.* Quodnam fuerit munus, aut, si ita mavis, ministerium τῶν δεξιολάβων, & quis illorum in militia usus, (Erant enim homines militares,) docet vir eruditissimus Joh. Meursius in Glossario suo, quem consule, aut si minus habes ad manum librum ejus, hæc indè desumpta lege: *Fuit τῶν δεξιολάβων munus in militia, quod lictorum in urbibus. Manum nimirùm injiciebant maleficis & sontibus, eosque apprehendebant, quod nominis ratio manifestò loquitur. inde* δεξιόλαβοι, [Malim δεξιολάβοι] *dicti. Et carceri quoque mancipatos, aut ad supplicium producendos custodiebant, stipabantque, atque inde eos* παραφύλακας *interpretantur Magistri Græci.* Huc usque Meursius.

Vers. 23 & 24. Κτήνη τε παραστῆσαι, &c.] id est, *Jussit etiam jumenta parata habere* [alii verò, *exhibere,*] *ut Paulum impositum,* [sc. equo, vel vehiculo,] *salvum perducerent ad Felicem præsidem. Et scripsit epistolam quæ contineret formam hanc:* [vel, *summam hanc.*] Hîc repeto, εἶπε, initio versus 24. vel, subaudio ἐκέλευσε, ut integra oratio sit: Εἶπέ τε, vel, Ἐκέλευσέ τε παραστῆσαι κτήνη. Sed rectius repetitur εἶπε ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, ex versu præcedente.

dente. Atque sic nullæ erunt salebræ, cùm, ut nunc se habent versiones, etiam ex emendatissimis nonnullæ; durior fit & incommodior à versu 23. ad 24. transitus. Beza, fateor, incommodum istud utcunque vitare studuit, versum priorem sic interpretando, acsi pro, ἑτοιμάσατε, verbo παραστῆσαι, ἑτοιμᾶσαι, ἀπεχειροφάνως legeretur. Alii, ut vetus interpres, & qui eum sequuntur, maluerunt, τὸ παραστῆσαι, παραστατικῶς accipere, ut sic imperandi modus continuaretur. Sed repetito εἶπεν, è priore versu, quod nullo utique negotio fieri potest, (Nam ultrò se offert,) remediis istis longiùs fortassè accersitis nihil erit opus. Pro, παραστῆσαι, dico Latinè, *parata habere*, potiùs quàm, *præbere*, *exhibere*, *sistere*: nisi addas *præstò*, quemadmodum addit Budæus, *jumenta præstò sistere*: quia mandatum hoc non solum factum sed facti celeritatem exigit. Jubentur ergo habere jumenta in procinctu, ne quid sit in mora iter mox facientibus. Hæc interpretatio optimè convenit huic loco, nec verbi significatio repugnat. Pro, διασώσωσι, dicas etiam, *perducerent*, sine additione adjectivi, quia τὸ διασώζειν, ut eruditi norunt, idem interdùm valet, quod ὁδηγεῖν. Greg. Nyssenus; ἀμήχανον γὰρ γυναικὶ τοσαύτην ὁδὸν διαδραμεῖν, εἰ μὴ τὸν διασώζοντα ἔχοι. id est, *Non est ut mulier tantùm via conficiat, nisi ducem, sive ductorem*, [τὸν ὁδηγοῦντα,] *habeat*. Vide Meursii notas in Constantinum de administrando imperio.

Initio versus à participio [illegible] ζεῦξας, ponitur pro verbo cum copulanti particula. Igitur sic interpretatus sum, ac si legeretur: Καὶ ἔζευξε: nec aliter, aut Anglici nostri interpretes, aut doctissimi Theophylactos interpres Laurentius Sifanus.

V. 27. Τὸν ἄνδρα τοῦτον &c. *Virum hunc comprehensum à Judæis, cum jam essent illum interfecturi, superveniens cum militibus* [vel; *cum militum manu,*] *eripui, ubi didicissem Romanum esse.* Aliter; *virum hunc comprehensum à Judæis, & jam ab eis interimendum, superveniens cum militibus eripui, cum cognovissem Romanum esse.*

Vers: 28. δι᾽ ἣν ἐνεκάλουν αὐτῷ] id est, *cur accusarent eum*: ut proximo versu: ὃν εὗρον ἐγκαλούμενον: *quem comperi accusari.*

Vers: 29. μηδὲν δὲ &c.] id est; *nullum vero criminis dignum morte aut vinculis reum esse.* al: vero, *nullum vero dignum morte aut vinculis crimen habere.*

V: 30. Μηνυθείσης δέ μοι ἐπιβουλῆς &c.] id est, *Indicatis autem mihi insidiis, quas huic viro facturi erant Judæi* &c. ut prius, versu nimirum 27. ita hîc muto formam orationis, & quæ Græcè παθητικῶς efferuntur, Latinè per verba *activa* exprimo, servatâ tamen eâdem sententiâ. Vocari ergo potest hæc interpret. ἰσοδυναμοῦσα, vel, interp: *per æquipollentiam*, quæ aliquando non solum elegans est, sed etiam necessaria. Quæ in hoc versu ἀσύνδετα videntur esse, nec benè secum cohærere, ea sic, discentium causâ, ad magis usitatæ ac perspicuæ syntaxeως leges, redigi possunt: Μηνυθείσης δέ μοι ἐπιβουλῆς τῆς

εἰς τὸν ἄνδρα μελλούσης ἔσεσθαι, vel, ἐπιβουλὴν μέλλειν ἔσεσθαι &c. ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων. vel sic: τούτου δέ μοι μηνυθέντος, ἔτι ἐπιβουλὴ εἰς τὸν ἄνδρα μέλλει ἔσεσθαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων &c. De fine versus 27. non possum sane assentiri Domino Bezæ, Rei veritatem postulare affirmanti ut plenâ distinctione positâ post, ἐξειλόμην αὐτὸν, ita deinceps legatur: Μαθὼν δὲ ὅτι Ῥωμαῖος ἐστι, βουλόμενος γνῶναι &c. Nam non rectè distinguit tempora. Certum est enim ex historia, Paulum bis subiisse capitis periculum apud furentes Judæos, primùm cap: 21. v. 30. & deinde cap: 23 v: 10. Et ut bis in periculo fuit, ita bis illum Tribunus liberavit. Verba ergo hæc, μαθὼν ὅτι Ῥωμαῖος ἐστι, ad posteriorem liberationem, non ad priorem refero. Nam non ignotum fuit Tribuno Paulum Romanum esse in secunda liberatione ejus. Et si benè animadvertimus invenimus in Tribuni epistola commisceri hæc duo tempora, cum quædam in ea sint, quæ referri debeant ad priorem liberationem, quædam quæ ad posteriorem, quædam quæ ad utramque. Participium ἐπιστὰς, ad priorem liberationem referendum videtur: participium μαθὼν ad posteriorem: verba ἐξειλόμην αὐτὸν ad utramque. Lysiam in tam brevi epistolâ, de tam multis magnisque rebus conscriptâ, tempora miscuisse, non est mirum.

Vers: 31. κατὰ τὸ διατεταγμένον αὐτοῖς] id est, *sicut ipsis datum in mandatis erat.*

Cap. XXIV.

VErs. 1. οἵτινες ἐνεφάνισαν τῷ ἡγεμόνι κατὰ τοῦ Παύλου] Vetus & Erasmus: *qui adierunt præsidem adversus* [*contrà*] *Paulum*. Beza, *qui comparuerunt coràm præside contra Paulum*. Theophylacti interpres: *qui exhibuerunt Præsidi adversus Paulum*. Piscator, *qui declarârunt præsidi, quæ habebant contra Paulum*. Non malè, sed rectiùs fortassè: *qui indicarunt nescio quid Præsidi contra Paulum*: vel, ut verbo minùs eleganti, bellè tamen quadrante ad hanc rem utar: *qui intimarunt Præsidi contra Paulum*. *Intimat* enim alicui contrà aliquem, qui, vel voce vel scripto illi patefacit, quàm justè is accusetur qui in judicium adducitur. Sed magis credo illos querelas suas, & accusationis capita scripto commendasse. Igitur Theophylactus in hunc locum scribens disertis verbis affirmat ἔλλειψιν hîc esse, ac propterea explendæ sententiæ causâ aliquid addi oportere, videlicet, *certificatorium libellum*, verba ejus hæc sunt: λείπει πάλιν τοῦ ῥητοῦ πρὸς τὸ νόημα ἀπαρτισμὸς, ἵνα ᾖ οὕτως οἵτινες ἐνεφάνισαν διδασκαλικὸν χάρτην κατὰ τοῦ Παύλου. hoc est, *Deest rursus aliquid ad explendam sententiam, ut integra oratio sic se habeat*: qui ostenderunt, aut exhibuerunt, [Præsidi sc.] *informatorium* libellum, [id est, libellum capita accusationis continentem,] *contra Paulum*. Anglicè, who presented the Governor with a Bill of information against Paul, or, who exhibited unto the

the Governor a Bill of information against
Paul. Certè τὸ ἐμφανίζω non ponitur hîc ἀπολύτως, ut neque suprà cap. 23. v. 15. aut infrà cap. 25. v. 2. Quare cùm dubium sit, quid subaudiri debeat, ego optimum & tutissimum esse duxi, ut ἀόριστον illud, *nescio quid*, defectus compensandi causâ adderetur. Non longè abit ab hac sententia vetus interpres. Nam cum ait: *adierunt præsidem*: hoc nimirum vult, adiisse eos illum, ut patefacerent ei nescio quid vel voce, vel scripto quod contra Paulum faceret. Ergo loco ejus quod sequitur, id quod antecedit posuisse videtur.

Vers. 3. Πολλῆς εἰρήνης τυγχάνοντες διὰ σοῦ &c.] id est, *Quùm multâ pace fruamur per te, quàm etiam omni modo, et ubique res feliciter cedant huic genti per tuam prudentiam, cum omni gratiarum actione* [i.e. gratissimis animis] *accipimus, præstantissime Felix.* Ego hîc adverbia πάντῃ & πανταχοῦ, à sequente *verbo* separo, & cum *participio* præcedente conjungo. Nisi enim hoc fiat, & participium nimis erit solitarium, & verbo non necessaria turba adhærebit. ἀποδεχόμεθα: quomodo? Μετὰ πάσης εὐχαριστίας. Hoc satis est, & abundè satis. At beneficium quo Felix illos affecerat tantò erat gloriosius, (Nam id inprimis agit hoc loco Orator Tertullus ut beneficium extollat) quòd & omni modo esset fructuosum, & latissimè pateret. Igitur dedi operam ut distinctione post πανταχοῦ positâ, & post προνοίας, sublatâ, adverbia πάντῃ & πανταχοῦ, eò remitterentur, ubi quod agerent opus haberent. Qui aliter distinguunt,

participii, quasi fulciendæ causa, aliquid addere coguntur: & tamen, quod sciam, inter tot interpretes non est unus, qui de distinctione a me proposita vel cogitaverit. Ait pacem qua tranquille fruuntur Iudæi, Felici acceptam ferendam esse: ait etiam non aliunde proficisci quam a prudentia & providentia Felicis, quod omni in re & ubique res illis tam præclare cedant. Atque hoc non negligi ab ipsis, sed gratissimis animis accipi profitetur. Tum post captatam adulatoriis istis insinuatione benevolentiam, ait se quam brevissime (quæ brevitatis pollicitatio etiam refertur, ut judicem sibi adjungat, & attentum reddat,) de re tota verba facturum.

Versu 4. [illegible] &c.] id est, Sed ne diutius te morer, [obtundam, interpellem] precor te ut pro tua æquitate, audias nos breviter [dicentes.] [illegible] sub [illegible] vel [illegible]

Versu 5. & 6. [illegible] &c.] id est, Quum igitur invenissemus virum hunc * perniciosissimum esse, & * auctorem seditionis omnibus Iudæis per universum orbem, [& ducem per orbem [illegible]] principem sectæ Nazarenorum, Qui etiam templum tentavit profanare, quem & prehendimus illum) & voluimus secundum (nostram legem judicare). Al: Quum igitur invenissemus virum istum, pestem esse, & moventem seditionem omnibus Iudæis, &c. & antesignanum esse hæresis Nazaræorum. Non persuadebunt mihi, qui aliquid volunt esse, pro [illegible]. Hoc admisso, nullis machinis fieri potest, ut sequentia cum antecedentibus apte cohæreant.

* Gr. pestem esse.
* Gr. moventem seditionem.

cohæreant. Quare iisdem annotationibus, voces, ὃν καὶ in medio 6. versu redundare, assentior potiùs. Imò ita sic necesse est, si sensus potiùs medullam, quàm corticem verborum respiciendam judicamus. Mihi itaque nulla religio fuit, sic hunc locum interpretari, ac si scriptum esset: Ὃς καὶ τὸ ἱερὸν ἐπείρασε βεβηλῶσαι· ἐκρατήσαμεν αὐτὸν καὶ &c. τὸ γὰρ initio v. 5. pro, ὃν accipio. Non desunt enim hujus enallages exempla, & hic orationis series vel maximè flagitat, ut γὰρ per ὃν exponatur. Pro, κινοῦντα στάσιν, prior interpretatio habet: (Duplicem enim apposui) *auctorem seditionis*. Sed etiam Græcè verba sint ambigua, & intelligi possint de Paulo vel hortante Judæos ad seditionem, vel alios adversus illos instigante, putavi me rectius facturum, si a Græcis vocibus hic tantillum quidem discederem, id quod feci posteriore meâ interpretatione dicens: *& moventem seditionem* &c. Pro ὃν καὶ τὸ ἱερὸν ἐπείρασε βεβηλῶσαι, pone, Καὶ τὸ ἱερὸν πειρῶντα βεβηλοῦν, & habebis in omnibus membris formam eandem orationis. τὸ, ὃν καὶ, pro, αὐτὸν, ut eò propiùs servimus unitati formæ orationis, nec ulli rei præterea. Quare audi posteriorem interpretationem: *Quum igitur invenissemus virum istum pestem, & moventem seditionem omnibus Judæis, per universum orbem, & antesignanum hæreseos Nazarenorum. Et templum tentantem profanare: prehendimus illum* &c. Hîc omnia habes ad verbum expressa, nisi quod commodioris explicationis causâ, initio vers. 6. pro Græco contextu, alia verba, idem tamen pollentia substituantur.

Vers. 7.

Vers: 7. Παρελθὼν δὲ] Vetus, *Superveniens autem*. Beza, *Sed interveniens*: Piscator, *Sed adveniens*. Rectè: sed non displicet, *superveniens*, quia παρελθὼν hîc ponitur, ἀντὶ τοῦ, ἐπιστὰς, suprà, capitis præced vers: 27.

Vers: 8. Κελεύσας &c.] id est, *Jussitque accusatores ejus venire ad te: ex quo* [sc. Paulo] *poteris ipse* &c.

V: 10. εὐθυμότερον τὰ περὶ ἐμαυτοῦ ἀπολογοῦμαι] id est, doctiss: Budæo, annotationibus posterioribus in Pandectas, interprete: *alacriùs pro meipso causam dico*. Non quæro meliorem interpretationem: & sic nostri etiam: I doe the maze cheerfully answer for my selfe.

Vers: 11. Δυναμένου σου γνῶναι &c.] id est, *Eò quòd posses tu intelligere non plures esse mihi dies quam duodecim ex quo ascendi Hierosolymam, ibi adoraturus*: vel, *ut adorarem ibi*. ἀφ' ἧς ἀνέβην προσκυνήσων ἐν Ἱερουσαλὴμ: concisè dicitur, pro, ἀφ' ἧς ἀνέβην εἰς Ἱερουσαλὴμ, προσκυνήσων ἐκεῖ.

Vers: 12. Καὶ οὔτε] id est, *Porrò neque in templo invenerunt me* &c. Ibid: ἢ ἐπισύστασιν ποιοῦντα ὄχλου] Vetus, *aut concursum facientem turbæ*. Beza & Piscator, *aut coitionem turbæ facientem*. Optimè. ἐπισύστασιν, id est, συστροφὴν, vide suprà cap. 23. v: 12.

Vers: 13. παραστῆσαι] id est, ἀποδεῖξαι, δεῖξαι ὅτι ἀληθῆ ἐστι ταῦτα, περὶ ὧν &c. vide cap. sequentis v: 7.

Vers: 14. κατὰ τὴν ὁδὸν ἣν λέγουσιν αἵρεσιν] vet: *secundum sectam quam dicunt hæresin*: veterem hic interpretem defendit Drusius quæst: 49 lib: 2. quæst. Ebraicarum.

Vers: 16.

Vers. 16. Ἐν τούτῳ δὲ αὐτὸς ἀσκῶ, &c.] vetus, *In hoc & ipse studeo.* Erasmus, *Quin in hoc & ipse studeo.* Beza, *In hoc igitur ipse me exerceo.* Theophylacti interpres: *Atque interim etiam ipse do operam:* Piscator, & Beza, etiam in novissima versione: *Interea verò ipse me exerceo.* Mihi prima Bezæ interpretatio maximè placet: sed nec displicet 2. si sic corrigatur: *Interea verò ipse laboro, ut* &c. vel, *Interea verò ipse, omni in id studio incumbo, ut* &c. ἀσκῶ, *omni studio in aliquid incumbo*: tot enim verbis opus est hoc loco, ut unius verbi vis plenè bonâque fide exprimatur. Anglicè. And in the mean while, it is all mine exercise, (or, my labour, my study,) that I may have alwayes a conscience voyd of offence &c.

Vers. 19. Δι' ἐτῶν πλειόνων] Vetus & Erasmus: *Post annos autem plures.* Beza & Piscator, *Pluribus autem annis interjectis.* Notæ meæ in Marci cap. 2. v. 1. veteris interpretis versionem nequaquam reprehendendam aut rejiciendam hîc esse ostendunt. Docent enim clarè τὸ διὰ in istiusmodi locutionibus, Hebræorum particulæ בְּ, מִקֵּץ, sive, *post*, respondere. Quare ne pigeat nos veterem interpretem hîc etiam sequi.

Vers. 22. ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ &c.] id est, *eò quod penitùs gnarus esset eorum, quæ ad viam istam pertinent, dixitque, quùm Tribunus L. d.* &c. Quantùm colligere possum, ex omnibus fermè interpretibus præter Bezam, quibus addo etiam Chrysostomum Oecumenium,

Oecumenium & Theophylactum, verba, vers. 22. comprehensa sic sonant, acsi librorum lectio in hunc modum se haberet: ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Φῆλιξ ἀνεβάλετο αὐτοὺς, ὅτι ἀκριβῶς ᾔδει τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ, καὶ εἶπε, ὅταν, &c. τὸ, εἰπών, libenter muto, in, καὶ εἶπε, quia hic locus veluti laborat è participiis. Nihilo enim pauciora quàm quatuor simul ferè leguntur, si cum hoc versu initium sequentis copulaveris. Dominus Beza suam quandam hîc rationem secutus est, ab omnibus aliis, credo, dissentiens. Τελείαν enim στιγμὴν ponit post ἀνεβάλετο αὐτοὺς, & verba quæ sequuntur, Felicis esse vult, sic
" propemodum dicentis: Nondum satis com-
" pertum habeo, qualis sit via sive secta ista.
" Dabo operam, ut melius mihi nota sit: ubi
" verò plus mihi notitiæ de hac re comparave-
" ro, & Lysias huc descenderit, tum demum
" quæ sit mea de negotio vestro sententia, audietis. At Græci interpretes uno ore affirmant Felicem ideò distulisse causæ istius cognitionem, non quòd sectæ ignarus esset, aut pleniorem sibi notitiam ejus comparare cuperet: sed quia, cum satis illam cognitam jam haberet, Judæos amplius sibi molestos esse nolebat. Quid clarius esse potest his verbis Chrysostomi? ἀνεβάλετο δὲ ὁ Φῆλιξ αὐτοὺς, ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ· τουτέστιν, ἐπιτηδὲς ὑπερέθετο, οὐ δεόμενος μαθεῖν, ἀλλὰ διακρούσασθαι βουλόμενος τοὺς Ἰουδαίους. id est, *Distulit autem Felix eos, ut qui penitiùs cognita haberet ea quæ ad viam istam pertinent: hoc est, datâ operâ & de industria distulit, non cupiens discere, sed repellere volens Judæos.* Ecce negat disertè

disertè Chrysostomus, ideò dilatum fuisse à Felicè negotium hoc, ut per otium disceret aliquid de secta, quod priùs ignorabat, sed aliâ de causa: nimirùm ut Judæos à tribunali suo depelleret, & quieti suæ consuleret. Importunis enim Judæorum clamoribus, ut videtur, fatigabatur. Syrus interpres cum Chrysostomo consentit; sic inquiens: *Felix autem quia noverat viam hanc plene, distulit eos.*

Pergo ad Vers: 23. Διαστειλάμενος τε τῷ ἑκατοντάρχῃ, &c.] id est, *Tum edixit Centurioni, ut servaretur Paulus.* Piscator, *Edixit etiam*, quod penè idem est. Sed, *Tum*, facit molliorem transitum.

Vers: 24. Μετὰ δὲ ἡμέρας τινὰς &c.] id est, *Aliquot autem post diebus venit Felix cum Drusilla Uxore suâ, quæ erat Judæa, Paulumque accersivit, & audivit eum*, &c. Al. *quibus venisset*: vel, *veniens*.

Cap. XXV.

Vers: 2. Ἐνεφάνισαν δὲ αὐτῷ, &c.] id est, *Pontifex autem maximus & primarii ex Judæis indicarunt illi nescio quid contrà Paulum, & precati sunt eum.* Primum locum do suppositis verborum, quia is ordo commodissimus videtur. De his verbis Ἐνεφάνισαν αὐτῷ κατὰ τοῦ Παύλου dixi quantum satis videbatur, suprà ad vers: 1. cap præcedentis. Quæ ad eorum igitur explicationem pertinent, inde petantur volo.

Vers. 3.

Vers. 3. ἀιτούμενοι χάριν κατ' αὐτοῦ &c.] id est, *Petentes gratiam hanc adversus Paulum, ut accerseret eum Hierosolymam: erant enim per insidias interempturi eum in via.* Al: *cogitabant enim per insidias interimere eum in via.* Quia initio versus hujus pronomen αὐτοῦ sic ponitur, ut imperitus lector quò sit referendum dubitet, putavi non abs re fore, si ambiguitatis tollendæ causâ, pronomen in nomen suum mutaretur. Igitur pro, κατ' αὐτοῦ, non sum veritus, *adversus Paulum*, dicere. Addo etiam, *hanc*, post, *gratiam*, ut res clarius demonstretur. ἀιτούμενοι χάριν ταύτην κατ' τοῦ Παύλου &c. ἐνέδραν ποιοῦντες ἀνελεῖν] Hæc verba significant quâ de causâ, ut Paulus Hierosolymam accerseretur, petiissent Judæi. Animum enim illorum & consilium aperiunt. Igitur ad hunc sensum, quoad potui, interpretationem meam Latinam accommodavi: ἐνέδραν ποιοῦντες, id est, ἐνέδραν γὰρ ἐποίουν: *insidiose namque moliebantur interimere eum in via.* Non factum, sed consilium facti, & ut sic loquar, intentio, his verbis indicatur.

Vers: 4. ἀπεκρίθη τηρεῖσθαι τὸν Παῦλον] Dubium est utrùm hæc verba intelligenda sint de Festo jubente, an duntaxat affirmante: jubente, ut servaretur Paulus, an aiente servari, hoc est, jam esse Cæsareæ in custodia. Anglici nostri interpretes, sic accipiunt, ac si jubentis essent verba. Ego potius existimo, simpliciter esse affirmantis. Nam ut finis præcedentis capitis docet, Felix abiens è magistratu, & è provincia decedens reliquit Paulum vinctum. Quare non fuit opus ut novum mandatum de illo

servando

ſervando, & in vinculis cuſtodiendo traderetur. Ad hunc ſenſum Anglicè: But Feſtus anſwered that Paul was kept at Cæſarea, and that he himſelfe would go ſhortly thither.

Verſ: 5. οἱ οὖν δυνατοὶ ἐν ὑμῖν, &c.] Vetus, *Qui ergo in vobis, ait, potentes ſunt.* Beza & Piſcator, *Qui ergo inter vos, inquit, poſſunt.* Rectè, & *poſſunt*, accipio pro, *volunt*. Nam, ut, θέλω, ponitur ſæpè ἀντὶ τοῦ δύναμαι, ſic & vice verſâ, cur, δύναμαι ἀντὶ τοῦ θέλω, & δυνατὸς vel δύναμαι, ἀντὶ τοῦ θέλων, poni non poſſit interdùm, cauſæ nihil video. De hac enallage dixiſſe me aliquid memini ad verſ: 5. cap. 6. Evangelii ſecundum Marcum. Conſule Notas meas in locum illum. Sic Heſychius: δύνασθαι, θέλειν. Anglicè, Let them therefore, ſaith he, among you, that are willing. [Græcè, that came, that are able] go down with me. εἴ τι ἐστὶν ἄτοπον,] i. e. ἀσχὲν, πονηρὸν. Chryſoſt: non legit, ἄτοπον, idemque dicatur de Oecumenio, & Theophylacto.

Verſ. 6. Διατρίψας &c.] id eſt, *Quùm autem egiſſet*, [*commoratus eſſet, contriviſſet*] *apud eos dies non plures quam decem, deſcendit Cæſaream, & poſtero die ſedens pro tribunali, juſſit Paulum adduci.*

Verſ: 8. ἀπολογουμένου αὐτοῦ] id eſt, *Quùm ipſe proſe reſpondens*, [vel, *ſeipſum defendens*] *diceret: Neque in l. J. n. in t. n. in C. quicquam peccavi.*

Verſ: 11. Εἰ μὲν γὰρ ἀδικῶ &c.] id eſt, *Nam ſi jus violo, & dignum morte feci aliquid, non recuſo mori.* Theophylacti interpres, *nam ſi*

nocens sum: Al: *Nam si injuria illis facta reus sum*, &c. Ibid: οὐδείς με δύναται αὐτοῖς χαρίσασθαι] id est, *nemo me potest illis tradere*: vel, cum vetere interprete, *nemo potest me illis donare*. Hoc vult Paulus, *nemo ut gratiam ab iis ineat, potest, aut debet me illis tradere*. Beza, *nemo potest me illis condonare*: quod sic dictum videtur, ut apud Ciceronem: *Ves ne hujus honestissime actam vitam matris crudelitati condonetis, rogamus*. Vide infrà hujus cap: v: 16. infrà cap: 27. v: 24. eâdem utitur Beza loquendi formulâ, sed contrario sensu, ibi enim *condonat Deus Paulo omnes qui cum eo navigant*: hoc est, Pauli causâ servat eos omnes: at hîc, *condonare*, est *perdendum tradere*. Ibid. Καίσαρα ἐπικαλοῦμαι] Theophylacti interpres, Sifanus, *ad Cæsarem provoco*. Alii, *Cæsarem appello*.

Vers: 14. ὁ Φῆστος τῷ βασιλεῖ ἀνέθετο τὰ κατὰ Παῦλον] vetus, *Festus regi indicavit de Paulo*. Erasmus, *Festus regi retulit causam Pauli*: & in Paraphrasi: *Festus exposuit regi causam Pauli*. Theophylacti interpres, Sifanus: *Festus regi exposuit negotium Pauli*. Beza & Piscator, *Festus regi exposuit quæ ad Paulum spectabant*. ἀνέθετο, id est, *narravit, exposuit, retulit*. 2. Maccab: Cap: 3. v: 9. παρεγενηθεὶς δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα [ὁ Ἡλιόδωρος] καὶ φιλοφρόνως ὑπὸ τῆς ἁγιωτάτης τῆς πόλεως ἀποδεχθεὶς ἀνέθετο περὶ τῆς μηνυθείσης παρουσίας, καὶ τίνος ἕνεκεν πάρεστι διεπορίσατο, id est, *Quum autem venisset Hierosolymam* [*Heliodorus*,] *& benigne a summo Sacerdote civitatis exceptus esset, exposuit* [*illi*,] *de facto indicio, & cujus rei causa adesset, declaravit*. Vers: 15.

Vers: 15. ἐνεφάνισαν] sub: ἀνθρωποι τινες, *indicarunt mihi quidam.* Vide suprà hujus capitis v. 2. & cap: 24. v. 1. Ibid. κρίμα] Theophylactus interpres, Sifanus: *sententiam*: & sic antè illum Erasmus; At vetus, Beza & Piscator, *damnationem.* Rectè, opinor.

Vers: 16. πρὸς οἷς ἀπεκρίθην ὅτι οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις &c.] id est, *Quibus respondi, non esse morem Romanis tradendi* [vel, *tradere*] *quempiam ad interitum*, [*ad exitium, ad mortem, ad necem,*] &c. Hîc χαρίζεσθαι, nihil aliud mihi est, quàm παραδόναι, id est, *tradere.* Et sensus ipse, cui fidum interpretem morem inprimis gerere oportet, talem aliquam interpretationem omninò requirit. Ibid. περὶ τοῦ ἐγκλήματος] id est, *de*, vel, *super objecto crimine.*

Vers: 17. καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος] id est, *sedens pro tribunali*, ut rectè vetus interpres. Vide suprà hujus cap: v. 6.

Vers: 18. Περὶ οὗ σταθέντες οἱ κατήγοροι, &c.] id est. *De quo cùm in medium prodiissent* [Græcè, *stetissent*] *accusatores* &c.

Vers: 20. ἀπορούμενος δὲ ἐγὼ τὸν περὶ τούτων ζήτησιν, κ.τ.λ. &c.] id est, *Dubitans autem ego in quæstione de hac re quid esset agendum, interrogabam num vellet proficisci Hierosolymam.* &c. Alii, *Nesciens autem ego quid agerem in q.* &c. *Non habens autem ego quid agerem in quæstione de hac re. Hæsitans, dubitans ego quid agerem*, ἀπορεῖσθαι enim est, eò angustiarum redigi, ut duobus, tribusve, aut pluribus propositis, quid statuendum sit ignores Igitur non sine causa participii vim pluribus ex-

pressi: neque enim *dubitans*, aut *hæsitans*, si nudè & per se, sine additione aliqua ponantur, huic loco satisfaciunt. ἔλεγον, id est, ἠρώτων, ἐπυνθανόμην: *genus* pro *specie*.

Vers. 23. μετὰ πολλῆς φαντασίας] vetus, *cum multa ambitione*. Erasmus, *cum multo apparatu*. Beza & Piscator, *cum multa ostentatione*: hic etiam in notis, *cum multo splendore*. Joh: Piscator observatione 24. ex v: 29 sexti cap: Evangelii secundum Matthæum: *Exemplum ejusmodi fastus proponitur in Bernice, uxore Agrippæ, quæ ingressa scribitur auditorium* μετὰ πολλῆς φαντασίας, q. d. cum magna apparentia, id est, *cum magno splendore & pompa*. Camerarius utriusque linguæ commentariis col. 90. *Ita & in Actis dicitur affuisse Berenice* μετὰ πολλῆς φαντασίας, id est, *speciose processisse*. Theophylacti interpres, Sifanus: *cum magna pompa*. Et sic nostri, with great pomp. Dicas etiam licet: with a great troup: or, a great train: or, a great show, with a great attendance. Reges enim & Reginæ, præsertim ad loca publica, incomitati ire non solent, sed tanto cum strepitu, & tam numeroso partim antecedentium, partim sequentium, partim pariter euntium grege, ut omnium ad se oculos convertant. Spargatur modò rumusculus de regum & magnorum principum adventu, & vide mihi, ut protinus omnes sese ordines effundant, pueri, senes, viri, fœminæ, non ob id solùm ut reges ipsos, aut reginas spectent, sed multò magis ut adjunctum illis gregem, & totam illam assecl arum catervam contemplentur. Quare

φαντασίας

φαντασίας nomine comprehẽdi existimo ea omnia, quæ faciunt ut reges forâs prodeuntes cæteris hominibus majores mirabilioresque appareant, veluti, vestium nitorem, tubarum clangorem, & id genus alia, inprimis verò immensum numerum assectantium, sine quo friget penè regum & magnatũ in publicũ processus. Chrysost. ἀνδριάντων β. [Savil. edit: tom: 6. p: 466.] ad reges, proceres, & magnates seculi istius divitiis florentes: Τίνος ἕνεκεν, εἰπέ μοι, inquit, τοὺς πολλοὺς οἰκέτας περιάγεις; τοὺς παρασίτους; τοὺς κόλακας; τὴν ἄλλην ἅπασαν φαντασίαν; οὐ χρείας ἕνεκεν, ἀλλ' ἀπονοίας μόνης, ἵν' ἀπὸ τούτων σεμνότερος τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐν δοκῇς. i.e. *cujus rei gratia cedò multos tecum famulos circumfers? parasitos? assentatores? reliquam omnem catervam?* [velsi hoc non placet: *reliqua quæ in oculos incurrunt omnia.*] *Non usus sed superbiæ solummodo causâ, ut propter hæc cæteris hominibus augustior esse videaris.* Idem in Matt. hom. 4. Καὶ τῷ μὲν Ναβουχοδονόσορ οὐκ εἰκὼν τοσαύτη, οὐ σατράπαι, οὐ στρατηγοί, οὐ στρατόπεδα ἄπειρα, οὐ χρυσίου πλῆθος, οὐκ ἄλλη φαντασία πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν ἤρκεσεν. i. e. *Et Nabuchodonosoris quidem cupiditati non satisfecit tam ingens statua, non satrapæ, non duces, non exercitus immensi, non auri multitudo, non aliæ res, quæ ut magnus aliquis esse appareat, efficiunt.* Idem ibidem, non ita multò post, ἀλλὰ μὴ προσήχωμεν τοῖς τυμπάνοις, μηδὲ τοῖς αὐλοῖς, μηδὲ ταῖς κινύραις, μηδὲ τῇ λοιπῇ τοῦ πλούτου φαντασίᾳ. i.e. *Cæterùm ne curemus tympana, neq; tibias, neq; citharas, neque cæteras res, quibus efficitur, ut divites visendi ac spectabiles incedant.* Idem cursus homiliâ 69. in Johannem propè finem:

ἀποδώσειν οὖν, inquit, καὶ ὑπὲρ ἑαυτῆς, καὶ ὑπὲρ ἐκείνης εὐθύνας ἀπαιτηθήσῃ, ἐὰν τὴν φαντασίαν ταύτην ἀποθῇ πᾶσαν, διπλοῦν τὸν στέφανον ἕξεις. id est, Ut enim nunc igitur, & pro te ipsa, & pro illo reddes rationem, ita, si pompam istam omnem exueris, geminam coronam habebis. Pompam, id est, vestes istas splendidas & pretiosas. Eo enim in loco dehortatur Chrysostomus nobiles & opulentas fœminas ab immodico vestium splendidarum, (quas φαντασίαν vocat,) amore ac studio, jubens eas, opes suas pauperibus potius alendis, quàm vestibus pretiosis parandis impendere. Ita namque futurum, ut pro inani pompâ immarcessibilem coronam consequantur. Ex his locis Chrysostomi satis liquet φαντασίαν dici quicquid ad magnorum virorum, aut saltem id agentium ut magni esse videantur, externum splendorem, ubi in publicum prodierint, & oculis hominum se ostenderint, spectat: inprimis verò, ut dixi, caterva illa assectantium hoc vocabulo designatur, aut si minus aliis locis, at hoc saltem loco, ubi cum nomine φαντασία adjectivum etiam πολλὴ conjungitur: quod ad numerum assectarum referendum omninò puto. Locis è Chrysostomo descriptis, adde alia duo, unum è Laërtio, & alterum ex Athenæo. Laërtius de Bione Philosopho, in vita ejus: ἦν δὲ, inquit, πολυτελής· καὶ διὰ τοῦτο πόλιν ἐκ πόλεως ἠμείβετο, ἐνίοτε καὶ φαντασίαν ἐπιτεχνώμενος. Ἐν γοῦν Ῥόδῳ τοὺς ναύτας ἔπεισε σχολαστικὰς ἐσθῆτας ἀναλαβεῖν καὶ ἀκολουθῆσαι αὐτῷ, σὺν οἷς εἰσβάλλων εἰς τὸ γυμνάσιον περίβλεπτος ἦν. id est, Erat quoque [Bion sc.] in sumptibus magnificus: vel, in

in sumptibus faciendis minime parcus, ac propterea nunc hanc urbem, nunc illam adibat, interdum etiam arte id affectans, ut nescio quis magnus videretur. Quamobrem Rhodi nautis persuasit, ut sumptis scholasticis vestibus sequerentur illum: quibus stipatus, cùm gymnasium ingrederetur, spectabilis erat valdè. Quid sit φαντασίαν ἐπιτεχνᾶσθαι, declarat ipse Laërtius, ubi ait Bionem, ne solus in gymnasium ingrederetur, nautas vestibus scholasticis amictos, assectas habuisse, quô sic augustiorum in modum, & majori cum pompa, spectandum se exhiberet. Non sinit ergo nos Laërtius ignorare, quid sit φαντασία. Et ni valdè fallor, τὸ φαντασιοκοπῶν apud Sirachidem, hinc lucem accipiat: ut φαντασιοκοπῶν sit, qui tantùm non pro rege apud servos, & in familia sua haberi se postulet: & ut reges cum pompa incedunt, sic & ille talis est, qui nunquam forâs nisi cinctus & stipatus famulis exeat. Describitur ibi herus αὐθάδης, & Thrasonicus, qui nullo se non honore dignum arbitretur. Restat adhuc Athenæus, apud quem Dipnosophistarum libro quinto, hæc verba habentur de Athenione quodam magnâ cum pompa Athenas ex legatione redeunte: συνέτρεχον δὲ πολλοὶ καὶ ἄλλοι θεαταὶ τὸ παράδοξον τῆς τύχης θαυμάζοντες, εἰ ὁ παρέγγραφος Ἀθηνίων εἰς Ἀθήνας ἐπ' ἀργυρόποδος κατακομίζεται φορείου, καὶ πορφυρῶν στρωμάτων, ὁ μηδέποτε ἐπὶ τοῦ τρίβωνος ἑωρακὼς πορφύραν πρότερον· οὐδενὸς οὐδὲ Ῥωμαίων ἐν τοσαύτῃ φαντασίᾳ καταχλιδῶντος τῆς Ἀττικῆς. id est, *Concurrebant verò & alii complures spectatores inopinatam rei novitatem admirantes quòd*

adscriptitius civis Athenion Athenas sellâ argenteos pedes habente veheretur, & totus is esset purpureus, qui prius ne super pallio quidem purpuram vidisset : cum ne Romanorum quidem quisquam tantâ specie ac pompâ, tantoque omnium fastidio Atticam esset ingressus. Al: *cùm ne Romanorum quidem quisquam, tantâ pompâ Atticæ luxum superasset.* Anglicè : whereas even none of the Romans had with so great pomp out-braved Attica. καταχλιδᾶν τινος, to out-brave one : *luxum ejus superare.* Planudes in vita Æsopi pag: 68. ἅπαντα τὰ πρὸς τὴν ὁδὸν συσκευασάμενος Αἴσωπος, καὶ τοὺς τε πᾶσι δας λαβὼν, καὶ τοὺς ἀετοὺς ἀπῆρεν εἰς αἴγυπτον πολλῇ φαντασίᾳ καὶ δόξῃ πρὸς κατάπληξιν τῶν ἐκεῖ κεχρημένος. Καὶ τῆς μὲν φαντασίας περὶ ταῦτα εἰρήσθω.

Vers: 27. ἄλογον γάρ μοι δοκεῖ] id est, *Absurdum enim mihi videtur.* ἄλογον, id est, ἄτοπον. Al: *Nam alienum mihi à ratione videtur : Nam rationi parùm mihi consentaneum videtur, cum mittam vinctum non* &c.

Cap. XXVI.

VErs: 2. Περὶ πάντων ὧν ἐγκαλοῦμαι, &c.] id est, *De omnibus quæ mihi objiciuntur a Judæis* &c.

Vers: 4. Τὴν μὲν οὖν βίωσίν μου τὴν ἐκ νεότητος &c.] id est, *Vita igitur mea à principio acta in gente meâ, [apud gentem meam] Hierosolymis, quænam a juventute fuerit ; norunt omnes Judæi.* Perspicuitatis causa discessum est non-

nihil

nihil à verbis & à verborum ordine, sed ita tamen ut sensus integer maneat. Atque an ita sit necne, lectorem eruditum judicare volo.

Vers. 5. Προγινώσκοντές με ἄνωθεν &c.] id est, *Ut qui antea sciant, me jam inde ab initio,* [vel, *ab initio usque.*] ἄνωθεν, id est, *ab initio,* ut rectè vetus, vel, *jam inde ab initio,* ut τὸ ἄνωθεν, non multum discrepet à vocibus, ἐκ νεότητός, & ἀπ' ἀρχῆς, in superiore versu. Quod autem ad ordinem verborum attinet, assentior Domino Bezæ, conjungenti τὸ ἄνωθεν, cum verbo ἔζησα, potiùs quàm cum participio, προγινώσκοντές. Est enim ille ordo commodissimus. ἀκριβεστάτην, id est, *accuratissimam, exquisitissimam, rigidissimam.*

Vers. 16. ἔστηκα ἐπὶ βήματος] vetus, *sto judicio subjectus.* Beza & Piscator, *sto in judicium vocatus.* Theophylacti interpres, *sto causam dicens.* Piscator in Notis, *sto reus,* vel, *sto & judicor*: & sic Tremellius Syrum interpretem Latinè exprimens, *sto & judicor.* Ego malim, *in judicium vocor,* vel, *in judicium adducor.* τὸ, ἔστηκα enim redundat: nisi si sic libebit interpretari: *in judicio sto.* id est, coram judice, vel coram tribunali judicis.

Vers. 7. ἐν ἐκτενείᾳ] id est, ἐκτενῶς, σφοδρῶς, συνεχῶς, *assidue.*

Vers. 10. κατήνεγκα ψῆφον] id est, *& quum aliqui è sanctis interimerentur, calculo id meo comprobavi.* Vide notas eruditissimas D. Bezæ.

Vers. 11. ἠνάγκαζον] id est, *cogebam*: & sic paulò post, hoc eodem versu: ἐδίωκον, *persequebar. Persequebar etiam in exteras usq; civitates.*

Vers. 13.

Vers. 13. Ἡμέρας μέσης &c.] id est, *Die medio, in via vidi, rex, cùm cælitùs super splendorem solis, circumfulgeret me lux, & omnes qui mecum iter faciebant.* Al: *in via vidi, rex, cælitùs solis splendore clariorem lucem, me & eos qui mecum ibant, [proficiscebantur,] circumfulgere.*

Vers. 18. ἐπιστρέψαι] id est, *convertas*, ut rectè Piscator. Nam ut alias hoc verbum per *convertor*, explicetur, hîc certè ita ponitur, ut aliter quàm activè & transitivè accipi nequeat.

Vers. 21. διαχειρίζεσθαι] vetus, *interficere*: Beza, *manibus suis interficere*: quæ interpretatio non est necessaria. Nam qui in Græcis auctoribus diligenter versati sunt, satis norunt, τὸ διαχειρίζεσθαι, æquè latè patere, atque ἀποκτείνειν & φονεύειν. Suprà cap. 5. v. 30. pro his verbis: ὃν ὑμεῖς διεχειρίσασθε: quid habet Beza ipse amplius, quàm, *quem vos interfeciſtis?* Neque enim opus est, ut vel ibi, vel hîc, aliquid præterea, significationi verbi illius plenius declarandæ adhibeatur. Διὰ χειρῶν ἀνόμων, Act. 2. v. 23. æquè cohæret, (si non magis) cum participio, προσπήξαντες, atque cum verbo, ἀνείλετε. Igitur ille locus nihil adjuvat Bezam, saltem ut mihi videtur. Præterea non multum refert, quod ad sensum attinet, utrum dicas, διὰ χειρῶν ἀνόμων, tribus dictionibus, an unâ dictione, ἀνόμως. ἐπειρῶντο διαχειρίζεσθαι: *tentabant interficere*. Sic vetus, & rectissimè quidem, ut ego arbitror.

Vers. 22. ἕστηκα] vetus, Erasmus, Theophylacti interpres, Sifanus, & Tremellius Syrum inter-

interpretem Latinum faciens: *ſto.* At Beza & Piſcator: *perſtiti.* Magis placet, *ſto*, quia & ἐμφατικώτερον eſt, & verbum ἕστηκα, aliis locis pleriſque omnibus ſic ſolet reddi actſi præſentis eſſet temporis. Matth: 20. 6. τί ὧδε ἑστήκατε ὅλην τὴν ἡμέραν ἀργοί; *Quid hic ſtatis otioſi?* Act. 1. v: 11. τί ἑστήκατε ἐμβλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν; *Quid ſtatis* &c. Joh. 1. v: 26. μέσος ὑμῶν ἕστηκε: *in medio veſtrûm ſtat.* Hoc ipſo cap. v: 6. ἕστηκα κεινόμενος: *ſto & judicor.* Nam etſi in κεινόμενος, variant interpretes, in ἕστηκα tamen conſentiunt. Ibid. μελλόντων γίνεσθαι] ἀντὶ τοῦ, μέλλειν ἔσεσθαι, vel, γίνεσθαι. Nam ut ſupra cap: 23. v: 30. eſt verbum μέλλειν pro participio μελλούσης, ſic hoc loco vice verſâ eſt participium μελλόντων, pro verbo μέλλειν.

Verſ. 23. Εἰ παθητὸς ὁ Χριστὸς, &c.] id eſt, *Quòd Chriſtum oporteret pati, quòd primus ex reſurrectione mortuorum lucem annuntiaturus eſſet populo huic & Gentibus.* Εἰ, id eſt, ὅτι, ut rectè annotavit Dominus Beza, & in hunc verſum, & in verſum item 8. hujus capitis. Hoc ſemel admiſſo, quæ reliqua ſunt in hoc verſu, facilius multò, & intelligantur, & explicentur.

Verſ. 24. ταῦτα δ' αὐτοῦ ἀπολογουμένου] *Hæc autem cùm ipſe pro ſe afferret.* Ibid. Μαίνῃ Παῦλε, τὰ πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει] Iſi: Caſaubonus confert hoc dictum Feſti, cum verbis Poëtæ cujuſdam apud Athenæum ſic dicentis: ἀντίστροφόν σοι βίον τὰ βιβλία. id eſt, *vitam tuam libri everterunt.* Vide Caſaub: in Athenæum lib: 3. cap: 24. pag: 128. Eraſmus epiſto-

epistolâ 16. lib. 17. *Malè audiunt studia ac sensum communem adimerent addicto cultori.*

Vers. 26. ὑ πείσομαι ὑμῖν] id est, *non possum adduci ut credam.*

Cap. XXVII.

Vers. 1. Ὡς δὲ ἐκρίθη τοῦ ἀποπλεῖν ἡμᾶς &c.] Vetus, *Ut autem judicatum est navigare eum in Italiam*: videtur enim legisse τὸ ἀποπλεῖν αὐτὸν εἰς τὴν Ἰταλίαν. Etasmus, *Postquam autem decretum est, ut nos navigaremus in Italiam*: Beza, *Ut autem decretum fuit de nostra navigatione in Italiam.* Theophylacti interpres, Sisanus, *Ut autem decretum fuit, ut nos navigaremus in Italiam*: quæ interpretatio ab Erasmi interpretatione non discrepat. Piscator: *Ut autem decretum fuit, ut nos abnavigaremus in Italiam.* Sed non est necesse, ut præpositionis in hac compositione ratio aliqua habeatur: satis est, si dicas cum Erasmo, *navigaremus*

V. 2. ἀνήχθημεν] vet. *sustulimus*: Erasmus, *solvimus.* Theoph. interpres, Sisanus, *solvimus & in altum provecti sumus*: interpretationem interpretationi addens, id quod sæpiusculè facit. Beza, *provecti sumus.* Pisc. *profecti sumus*: nisi sit mendosa lectio, pro *provecti sumus.* Sed videtur non esse mendum, quia mox initio versus quarti τὰς *profectis*, rursus legitur, pro eo quod Græcè est, ἀναχθέντες. Ego totum versum sic reddo Latinè: *Conscenso igitur navigio Adramitteno, provecti*

cti sumus in altum, in animo habentes navigare [aut si ita mavis, *navigaturi*] *secundum Asiæ loca*: [id est, *regiones.*] *eratque nobiscum Aristarcus Macedo Thessalonicensis.* Anglicos hîc interpretes sequor, qui & τῷ ἀνήχθημεν, proximum locum dant, post ἐπιβάντες πλοίῳ Ἀδραμυττηνῷ, & participium μέλλοντες sic accipiunt, ac si quid navigantibus esset in animo, non autem futurum tempus denotaret. Hoc significat etiam *participiale* in *rus*, sicut ex Linacro annotavit Dominus Beza: sed tamen non ita prorsus apertè ac perspicuè atque illud quod ego posui. Aliter: *Conscenso igitur navigio A. cùm esset nobiscum Aristarchus M. Th: provecti sumus in altum, in animo habentes navigare* &c. Hîc Græci contextus ordo nonnihil mutatus & interpretem & lectorem adjuvat, cum alioquin, ut mihi videtur, sententia hujus loci minùs expedita futura sit.

Vers: 3. Τῇ τε ἑτέρᾳ &c.] id est, *Alterâ autem die devecti sumus Sidonem. Ubi humaniter Julius Paulum tractavit, permisitque ei, ut ad amicos profectus, curæ eorum particeps fieret.* [Al: *curaretur ab illis*] τὸ, *ubi* pro particula τε positum non obest sententiæ, sed prodest.

Vers: 7. βραδυπλοοῦντες] Cic: ad Terentiam Epistolâ 5. *Pridie Idus Octobris Athenas venimus, cum sane adversis ventis usi essemus, tardeque & incommode navigassemus*: id est, τῇ προτεραίᾳ εἰδῶν Ὀκτοβρίου [vel, τετάρτῃ ἐπὶ δεκάδι μηνὸς Μυανεψιῶνος,] κατηντήσαμεν εἰς Ἀθήνας προσπαλαίσαντες τὸ πρότερον ἐναντίοις ἀνέμοις, καὶ βραδυπλοήσαντες.

Ibid

Ibid. μὴ πνεύσαντος ἡμᾶς τοῦ ἀνέμου] vetus & Eraſmus, *prohibente nos vento*. Rectè, ſi ſenſum reſpicias, nec malè, ſi verba. μὴ πνεύσαντος, id eſt, μὴ ἐῶντος : μὴ ἐάντος, id eſt, κωλύοντος.

Verſ: 9. Ἱκανοῦ ὄντος χρόνου διατρεφθέντος &c.] id eſt, *Quùm autem multum tempus elapſum eſſet, & periculoſa jam eſſet navigatio, quòd jam etiam jejunium præteriiſſet, admonebat eos Paulus*. Piſcator, *adhortabatur*. Vetus, *conſolabatur*: quod huic loco non convenit.

Verſ. 10. θεωρῶ ὅτι] vel τὰ ἄτι, redundat vel, μέλλειν ἔ πλεῖν, in fine verſus, in, μέλλει ὁ πλοῦς, mutandum eſt. Sed laudandi mihi videntur, quicunque fuerunt, quibus in ſacris literis vel ſolœciſmos manifeſtos, modò veritati nihil detraherent, religio eſſet emendare.

Verſ: 11. ἐπείθετο μᾶλλον] vetus, & Eraſmus, *credebat magis*. Beza, *potiùs aſſentiebatur* : Leve diſcrimen.

Verſ: 12. εἴ πως δύναιντο] vetus, *ſi quo modo poſſent* : & ſic etiam Eraſmus & interpres Theophylacti. Beza & Piſcator addunt, *experturi* : *experturi ſi quo modo poſſent* &c. Sed ut aliàs docui, cum Græca elliplis etiam à Latinæ linguæ optimis auctoribus non ſine elegantia uſurpetur, non eſt cur aut hic aut alibi ejus nos pudeat. Vide Notas meas in Marci caput undecimum, & verſ: 13. *Si quo modo poſſent Phœnica, portum Cretæ, ſpectantem ad Africum & Chorum, pervenire, ibiq; hyemare*. Ut Græca appoſitio melius appareret, mutavi verborum ordinem, id quod & aliàs ſæpè factum eſt, perſpicuitatis, & commodioris explicationis cauſa. Al: *ſi quo modo poſſent perve-*

nire

nire Phœnica, portum Cretæ, spectantem ad Africum & Chorum, ubique hyemare.

Vers. 13. ἄραντες, ἄσσον παρελέγοντο τὴν Κρήτην] Hæc est Bezæ interpunctio, & solius, credo, Bezæ, cum alii libb. inter ἄσσον & παρελέγοντο, non autem inter ἄραντες & ἄσσον, distinctionis notam ponant. Porrò bona librorum pars ἄσσον scribunt per a majusculam: cujus rei rationem nequeo comminisci, nisi fortè ideò hoc factum sit à Typographis, quòd & ἄσσον suprà sit proprium nomen loci, & hîc apud veterem Latinum interpretem legatur: *de Asson*: a majusculâ principium dictionis obtinente. Sed quemadmodum Assos, civitas fuit Cretensis, nulla nobis, ut viri docti existimant, Geographiæ expediverit. Malo igitur ἄσσον, cum à minusculâ: sed ita ut distinctio illa vulgatior, magisque recepta obtineat: neque enim placet, ut ἄσσον ab ἄραντες separetur. Quid ergo? Propono conjecturam meam expendendam à doctis: ea verò ejusmodi est. Nescio an σσον indiligentiùs scriptum, (quemadmodum suprà, cap. 20. v. 13. nonnulla exemplaria, teste Beza, pro ἄσσον, quæ vera est lectio, corruptè habent σσον.) ἄσσον nobis pepererit, ut vera lectio sit, ἄραντες σσον, παρελέγοντο τὴν Κρήτην. id est, *cùm solvissent citius*, vel, *solventes citò, præterlegebant Cyprum*. Solvere citò necesse habuerunt propter venti inconstantiam, cum ventus momento sæpè in diversam aut contrariam partem vertatur: at non similis illis fuit necessitas propiùs litora Cretæ navigandi. Præterea nemo non novit, ἄσσον pro πλησίον & ἔγγιον, poëtis

poëtis potiùs quàm λοσοσεφόροις convenire. Hanc ob causam, fateor, Bezæ hujus loci interpretatio, & interpunctio nunquam mihi valdè arrisit. Et tamen non eò hæc disputo, acsi vulgatam lectionem correctam velim, (Absit à me illa audacia in alio aliquo codice examinando, multò magis in hoc) sed ut indicem lectori, si fortè hæsitaverit, quid mihi hunc locum diligentius pensitanti in mentem venerit. Fac verò legi δῶνον, & tunc integrum versum sic interpretor: *Afflante autem Austro,* [vel, *Noto,*] *cum putassent se voti compotes, solventes citius, præterlegebant Cretam.*

V:14 βαλε κατ' αὐτῆς ἄνεμος τυφωνικὸς] vet: *misit se contra ipsam ventus Typhonicus.* Erasmus, *coortus est contra ipsam ventus Typhonicus.* Beza & Piscator, *impegit in eam ventus turbulentus.* Theophylacti interpres, Sisanus: *irruit in eum ventus turbulentus ac procellosus.* Sæpè enim voces ejusdem significationis geminat: quod, an ut paraphrastæ, ita etiam interpreti concedendum sit, nescio. Sed quò referemus, αὐτῆς? Beza refert ad Cretam. Sunt qui referunt ad σκοπόν: sed duriusculè. Nec multò mollius, ut puto, refertur ad Cretam. Nam quis vento proponet pro scopo totam insulam? Loquitur hîc Lucas de vento isto Typhonico, tanquam de funditore quodam aut jaculatore, qui lapidem aut telum ad certum scopum dirigat. Ait igitur: βαλε κατ' αὐτῆς: id est, *velut funditor aut jaculator rectà illam petiit.* Quam illam? Quam, nisi proram navis? κατ' αὐτῆς, sc. πρῴρας. Veluti frontem petiit

petiit navis, ut cum hostis hostis sui frontem & faciem lapide petit, putâ, David frontem Goliathi. Inter partes navis prora eminet, sicut Pythagoras inter discipulos. Quare non sine elegantia, ut mihi videtur, relativum ἀυτῆς, hîc ponitur, ἀντὶ τῆς πρώρας. Adjuvat hanc interpretationem, verbum, ἀντοφθαλμεῖν, quod paulò post sequitur. Nam inde liquet, ventum istum frontem ipsam sive proram navis furioso impetu petiisse: quod cum ferre ultrà non possent, cedebant vento, dabantque manus. Jam totum versum sic Latinum facio: *Verum haud multò post proram ipsam petiit,* [vel, *misit se contrà proram ipsam,*] *ventus typhonicus,* [Adde ad oram libri: id est, ventus turbulentus, procellosus, &c.] *qui vocatur Euroclydon.*

Vers: 15. καὶ μὴ δυναμένου ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ] vetus, *conari in ventum*: Erasmus & Beza, *obniti vento*: Sifanus, *obsistere*: quod idem est, nec requiro aliquid melius. ἀντοφθαλμεῖν enim & ἀντιβλέπειν, ἔφη, ταυτοδυναμοῦσι τῷ ἀνθίστασθαι, id est, nihil aliud significant, quàm id quod Latinè exprimitur per verba, *obniti, obsistere, resistere.* Ut hoc pateat, non pigebit, pauca exempla proferre. Sapientiæ cap: 12. v: 14. ὅτι βασιλεὺς, ἢ τύραννος ἀντοφθαλμῆσαι δυνήσεταί σοι περὶ ὧν ἀπώλεσας, [vel, ἀπόλασας,] id est, *Neque rex aut tyrannus resistere tibi poterit, quod ad eos spectat quos perdidisti:* [vel, *punisti.*] Scio aliquantò aliter reddi hæc verba ab interpretibus quibusdam: sed collatio locorum docuit me hanc esse optimam interpretationem. Sirach, cap: 19. vers: 5:

ὃ δὲ ἀντοφθαλμῶν ταῖς ἡδοναῖς στεφανοῖ τὴν ζωὴν αὐτοῦ. id est, Drusio interprete: *qui verò resistit voluptatibus, coronat vitam suam.* Cic: *Intueri solem adversum nequitis.* id est, Planude interprete τῷ ἡλίῳ ἀντοφθαλμεῖν ἀμηχάνως ἔχετε. *Intueri solem adversum*, est, oculos opponere soli, vel obtuendo, soli resistere. Atque hoc est, ἀντοφθαλμεῖν. Initio liturgiæ illius quæ Apostolo Jacobo inscribitur: ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἀντοφθαλμῆσαι τῇ ἱερᾷ σου τάυτῃ καὶ πνευματικῇ τραπέζῃ. id est, *& non sum dignus, qui sacram tuam mensam intuear.* Id enim satis est hoc loco. Polybius lib: 1. pag: 16. ὑπέλαβον βαρυτέρας προσδεῖσθαι παρασκευῆς, δι' ἧς ἀντοφθαλμεῖν δυνήσονται τοῖς πολεμίοις. id est, *apparatu instructiore opus sibi esse judicarunt, quô hostibus resisterent.* Idem lib 3. pag: 216. καὶ καθόλου δεινὸν ἡγεῖσθαι καὶ παράλογον, εἰ τολμῶσι Καρχηδόνιοι Ρωμαίοις ἀντοφθαλμεῖν, id est, *& plane rem indignam atque absurdam censere, quòd audeant Pœni Romanis resistere.* Casaub: *attollere oculos contra Romanos*: quod idem penè est. Sic τὸ ἀντιβλέπειν, sæpissimè apud Chrysostomum sumitur, ἀντὶ τοῦ ἀνθίστασθαι, veluti homiliâ 3. in Genesin, pag: 13. καὶ μὴ ἀντιβλέπωμεν τῇ ἀληθείᾳ. id est, *& ne resistamus veritati*: & hom: 10. in priorem ad Thessalonicenses, tomi 4. pag: 210. ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς ἐκεῖνος ἀντιβλέψαι δυνήσεται. id est, *sed ne ille quidem ipse resistere poterit.*

Fine vers: 15. ἐφερόμεθα] *ferebamur*: id est, nihil ampliùs præsidii nobis erat in nobismetipsis, sed eô ferebamur, quò impellebat

bat ventus. Hoc est apud Lucianum, Dialogo ἐπισκοποῦντες, σύνεκτρέχειν τῷ πνεύματι. Eodem utitur verbo & Theognis, in tempestatis vel maximè formidandæ descriptione. Sic enim ille, v. 671. Οὕνεκα νῦν φερόμεσθα, καθ' ἱστία λευκὰ βαλόντες, &c. id est, *Hanc ob causam nunc albis dejectis carbasis, ferimur, sive, vagamur: incerto & periculoso cursu oberramus* &c. Certè hîc apud Lucam, τὸ ἐπιδόντες ἐφερόμεθα, elegantissimè dicitur de periculosissimâ navigatione, ubi eô deventum sit discriminis, ut res propè sint conclamatæ. Vide mox v: 17. χαλάσαντες τὸ σκεῦος, οὕτως ἐφέροντο, id est, *submissis velis sic ferebantur*. Non est ovum ovo similius, quàm locus ille suprà citatus Theognidis, his verbis Lucæ *sic ferebantur*, id est, εἰκῇ, *temere*.

Vers: 20. λοιπὸν περιῃρεῖτο &c.] id est, *jam ablata erat*. Sic vetus, sic Erasmus, sic Beza & Piscator, sic denique Sifanus: quod ideo annotare libuit, quia aliis quibusdam in locis, [Matth: 26. vers: 45. & Marc. 14. v: 41.] à vetere interprete, λοιπὸν, *jam* exponente, recentiores interpretes sine satis justâ causâ discesserunt.

Vers: 21. τότε σταθεὶς ὁ Παῦλος ἐν μέσῳ αὐτῶν εἶπεν] id est, *tunc stans Paulus in medio eorum dixit*. [Vide suprà cap: 17. vers: 22.] Sic vetus, nec displicet. Ibid. κερδῆσαί τε] vetus, *lucrique facere*. Beza *& vitare*. Utrumque rectè: sed prius malo in contextu, quia, *lucrifacio* etiam pro *vito* adhiberi potest. Donatus in scenam quartam actus tertii Andriæ: *Benè, rectâ, ut corporis impulsionem*

lucrifaciam, id est, *ut vitem* : τοῦ κερδῆσαι. Himerius Sophista declamatione contrà Epicurum : Ἐι δ' ἀσέβεια τοῖς λόγοις πρόσεστιν, οὐ διὰ τοὺς λόγους κερδανεῖς τὴν δίκην, ἀλλὰ κολασθήσῃ πλέον οἷς ἐπὶ τὸ ἀδικεῖν τοῖς λόγοις κέχρησαι. id est, *Si verò orationi tuæ impietas subest, non propter orationem lucrifacies* [id est, *vitabis*] *pœnam, sed eô graviore supplicio afficieris, quòd oratione ad malæ causæ defensionem abusus fis.* Philemon., Πᾶς γὰρ πένης ὢν μεγάλα κερδαίνει κακὰ, id est, *Quicunque enim pauper est magna vitat mala.* Hoc est, omnes illas curas & molestias, quibus noctes diesque inquietantur divites. H: Stephanus unum versum duobus sic expressit :

Est namque quisquis pauper, hoc habet lucri,
Ingentium exors quod malorum victitat.

Vers: 24. κεχάρισταί σοι] Beza, *condonavit tibi* : vetus, *donavit tibi* : & sic etiam Piscator. Chrysostomus in Genesin, hom: 24. pag: 177. & 178. Ἔθος τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ τιμᾷν τοὺς αὐτοῦ δούλους, καὶ χαρίζεσθαι αὐτοῖς πολλάκις τὴν ἑτέρων σωτηρίαν· ὃ καὶ ἐπὶ τοῦ μακαρίου Πάυλου πεπόιηκεν &c.

Vers: 26. Ἐις νῆσον δέ τινα δεῖ ἡμᾶς ἐκπεσεῖν] id est, Erasmo interprete : *In insulam autem quandam oportet nos ejici.* Non reperio qui rectiùs interpretetur. Nam, *excidere*, hîc durius videtur.

Vers: 27. Ὡς δέ, &c.] id est, *Ut verò quartadecima nox advenit, cùm nos jactaremur in Adria, circà medium noctis suspicabantur nautæ*, &c.] Sic ferè Sifanus.

Vers: 28. Καὶ βολίσαντες] Erasmus, & Beza, *Et demissa bolide.* Sifanus, *Et demisso perpen-*

perpendiculo nautico : quod idem est.

Vers: 29. ἐκπέσωσιν] id est, *inciderent*. Piscator, nimis timidè, *exciderent* : quemadmodum etiam paulò priùs, pro, ἐκπεσεῖν, eâdem religione, dedit nobis, *excidere*. At, ἐξ, in compositione, ut Græcè eruditi norunt, meliùs per *in*, interdum, quàm per *ex*, exprimitur. Cum igitur dicunt Græci: ποταμοὶ ἐπὶ τὸν ὠκεανὸν ἐκβάλλουσι: dicemúsne Latinè: *flumina in Oceanum ejiciunt* : an potiùs, *flumina in Oceanum influunt*? Qui usum verborum spectant magis quàm syllabas, hoc dicent, non illud; at contrarium fiet, si syllabæ duntaxat expendantur. Ibid. ηὔχοντο ἡμέραν γενέσθαι] id est, ut Suetonius loquitur lib. 4. cap: 50. *lucem identidem invocabant*. al: verò, *optabant ut dies esset*.

Vers: 30. τῶν δὲ ναυτῶν &c.] id est, *Nautis verò studentibus fugere è navi, & demittentibus* [χαλασάντων, pro, χαλώντων] *scapham in mare, sub obtentu, acsi vellent e prora anchoras extendere*. μελλόντων, id est, θελόντων : vide suprà hujus cap: vers: 2.

Vers: 33. μηδὲν προσλαβόμενοι] id est, *nihil cibi sumentes*. Quædam lego apud Tzetzem super hæc verba Hesiodi, * οὐδέ τι σῖτον Ἤσθιον. * fol. 28. quæ loco isti illustrando sint. Sic igitur Tzetzes: Διὰ τὸ μηδ᾽ ἐν τοῖς καιροῖς τῶν τραπεζῶν αὐτοὺς ἠρεμεῖν, ἀλλ᾽ ἐνόπλους καὶ πεφυρμένους ἐσθίειν ἐν αἵμασιν, εἶπεν αὐτοὺς μηδὲ σῖτον ἐσθίειν. Τραπέζης γὰρ καὶ σίτων καιρὸς ὁ εἰρηναῖός τε καὶ περιψίθυμος. id est, *Quia ne iis quidem temporibus quibus mensa parari & cibus sumi solet, quiescerent, sed armati ut erant, &*

cruore inquinati ederent; dixit eos, μηδὲ σῖτον ἔδειν. id est, [*cibum nullum edere,*] *Mensa enim & cibi tempus est, ubi à negotiis & conflictibus cessatur, & animus curis gravioribus solutus, laxat & remittit sese.* Rectè sane. Ergo ait hîc Paulus, eos, qui tum ipso erant, nihil cibi per spatium quatuordecim dierum sumpsisse, non quòd tamdiu prorsus impasti manserint, sed quòd per curas & negotia non licuerit illis toto illo tempore, justum prandium, aut justam cœnam sumere, aut tantum cibi commedere, quantùm naturæ necessitas posceret. Nam mox à Pauli oratione finitâ liberaliorè se pastu reficiebant, ita ut ad satietatem usque explerentur. Quare arbitror hîc antitheſin quandam esse inter, μηδὲν σιτισάμενοι, fine versus 33. & κορεσθέντες τροφῆς, initio versus 38. μηδὲν προσλαβόμενοι, sc. quod saturaret, & naturæ satisfaceret.

Vers. 34. τοῦτο γὰρ πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὑπάρχει.] id est, *Hoc enim è vestrâ salute est.* Anglicè. For this is for your health.

Vers. 39. κόλπον δέ τινα κατανοοῦν ἔχοντα αἰγιαλόν] id est, *sinum verò quendam aspiciebant,* [*videbant, animadvertebant,* they espied, they discovered,] *habentem littus. De* κατανοῶ, *video, aspicio,* vide Notas meas ad Matthæi cap. 7. vers. 3.

Cap. XXVIII.

Vers. 3. Συστρέψαντος δὲ τοῦ Παύλου &c.] id est, *Quum autem collegisset Paulus sarmenta multa,*

multa, & imposuisset in pyram, vipera ex igne egressa invasit manum ejus. Al. *Quum autem collegisset Paulus multum sarmentorum, & imposuisset, &c.* Συστρέψαντος, id est, συλλέξαντος. Chrysost: καὶ ἐνταῦθα πάλιν φρύγανα συλλέγει καὶ ἐπιτίθησιν. id est, *& hic rursus sarmenta colligit, & imponit.* Basilius περὶ προνοίας, pag: 165. οὐχ ὁρᾷς ὅτι φρυγανιζομένῳ τῷ Παύλῳ ἐναψαμένη ἡ ἔχις ἀδεμίαν προσετρίψατο βλάβην, διὰ τὸ πλήρη πίστεως εὑρεθῆναι τὸν ἅγιον. ἐκ τῆς θέρμης, id est, ἐκ τοῦ πυρὸς. *Adjunctum* pro *subjecto.* Alioqui, si *caloris* nomen retinendum sit, malim dicere *ob calorem*, quàm *è Calore*, quia calor causa potiùs fuit cur egrederetur vipera, quàm ad ipsum unde egrederetur. Piscis exiliit è *flamma, ex igne, è fervente sartagine,* rectè dicitur: at non item, piscis exiliit *e calore.* Sic *vipera egressa est e pyra, ex igne, e flamma,* rectè dicitur: at non similiter, *vipera egressa est e calore.* καθῆψε τῆς χειρὸς αὐτοῦ.] i. e. καθήψατο. Nec aliter legitur hodiè in contextu Chrysostomi. Idem etiam posteà in contextus explicatione hæc habet verba: Εἶτα ἔχιδνα ἐκ τῆς θέρμης ἐξελθοῦσα, τῆς χειρὸς αὐτοῦ ἅπτεται· καὶ ὅτι ἥψατο δῆλον ποιεῖ τοῦτο ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς λέγων, id est, *Deinde vipera ex igne egressa manum ejus tangit: & quòd tetigerit, certum est ex iis quæ statim sequuntur.* Exemplaria quæ vidi omnia consentiunt in lectione, καθῆψε: cum tamen Hellenismi exquisita ratio postulet potiùs, (sicut fatebuntur οἱ τὰ τοιαῦτα δεινοὶ) καθήψατο. Non possum hîc quin adjiciam elegantissimum locum è Theodoreto, sermone 5. περὶ προνοίας. Nam huc planè spectat, & ut genius illius scrip-

toris est, omnia in eo sunt suavissima. Sic igitur Theodoretus, οὕτω, inquit, τοῦ μακαρίου Παύλου τὴν ξύλων τὴν φάκελον, τροφὴν προσφέροντος τῇ πυρᾷ, καὶ τὸ τοῦ ἀέρος κρυμῶδες κεραννύντος τῇ τοῦ πυρὸς ἐπικουρίᾳ, ὁ τοῖς ξύλοις ἐγκεκρυμμένος ἔχις ἔφυγε μὲν τὸ πῦρ ὡς ὀλέθριον, ἥψατο δὲ ἀποστολικῆς χειρὸς, ὥσπερ ἀμυνόμενος ὑπὲρ ὧν ἔμελλε ποίσεσθαι, οὐχ εὑρὼν δὲ τῆς ἁμαρτίας τὸ χαλαρὸν καὶ ὑπεῖκον, ἀλλὰ τὴν ἀρετῆς τὸ στεγανὸν ὅπλον, καὶ ἀῤῥαγὲς, ἀπεπήδησε μὲν παραυτίκα, οἷόν τι βέλος κατ' ἀντιτύπων ἀκοντισθὲν, καὶ πρὸς τὴν ἀκοντίσαντα πάλιν ἐπανελθόν. i. e. *Sic cum beatus Paulus lignorum fascem pabulum præberet pyræ, & aëris rigorem ignis auxilio temperaret, quæ in sarmentis latitaverat vipera, ignem ut exitialem fugit, manum autem Apostoli invasit, tanquam ulciscens se de iis quæ passura erat: cum verò non invenisset peccati pulpam ac mollitiem, sed virtutis firmum & inconcussum munimentum, resiliit statim, veluti telum quoddam, quod, cum adversus res summâ duritie præditas missum fuerit, ad eum qui misit, rursum revertitur.* Hîc inter alia notabis mihi & hoc, quòd, pro, καθῆψε τὴν χειρὸς αὐτοῦ, apud Theodoretum sit, ἥψατο τὴν ἀποστολικῆς χειρὸς: ut minimè dubium sit, quin olim vel καθήψατο legerint antiqui; vel, τὸ καθῆψε, pro καθῆψατο, acceperint.

Vers: 4. τὸ θηρίον] id est, *bestiam*, ut vulgò interpretantur. Sed vide, quæso, annon rectiùs dixeris, *serpentem*. Est enim vipera ex serpentino genere, & θηρίον pro *serpente*, cùm alibi legas, tum apud Athenæum lib: 3. pag: 84. & apud Galenum de theriacâ ad Pisonem Galenus: Ὅταν γάρ τινα τούτῳ τῷ νόμῳ τὴν κολάσεως

σεως κατακριθέντα φιλανθρώπως καὶ ταχέως ἀποκτεῖναι θέλωσιν, προσβάλλοντες αὐτῶν τοῖς στέρνοις τὸ θηρίον, καὶ ποιήσαντες ὀλίγον περιπατῆσαι, οὕτω ταχέως ἀναιροῦσι τὸν ἄνθρωπον. id est, Casaubono interprete: *Quoties enim damnatum aliquem lege supplicii hujus, cum aliqua humanitate, & citò volunt interficere, pectori serpentem admovent, & passus aliquot ambulare jubent, atque ita hominem brevi enecant.* Nomen *bestiæ* convenit quidem viperæ; sed non tam propinquo gradu atque nomen *serpentis*. Quare ego & hoc versu, & proximo, *bestiæ* loco *serpentem* pono: *Ut verò barbari viderunt pendentem serpentem è manu ejus.* Et rursus, *At, ille excussâ serpente in ignem, nihil mali passus est.* Fine versus 4. ἡ δίκη ζῆν οὐκ εἴασεν] Socrates ecclesiast: historiæ, lib: 1. cap: 38. de Ario Heresiarchâ: δίκη δὲ ἐπηκολούθει τοῖς Ἀρείου τολμήμασιν, id est, *Ultio autem impia Arii facinora sequebatur.*

Vers: 6. Οἱ δὲ προσεδόκων αὐτὸν μέλλειν πίμπρασθαι] id est, *Illi verò expectabant fore ut disrumperetur.* Πίμπρασθαι, inquit Theophylactus, ἀντὶ τοῦ λακᾶν, διαῤῥήγνυσθαι. Cur ergo dubitemus sequi Theophylactum, optimum ducem, cùm tàm disertè nos doceat, quid sit, πίμπρασθαι, hoc loco?

Vers: 7. τῷ πρώτῳ τῆς νήσου, &c.] id est, [*viro*] *primario insulæ, nomine Publio, qui recipiens nos triduo, benigno hospitio excepit.* Al: *qui receptos nos triduano hospitio benigne excepit.*

Vers: 8.

Vers. 8. Ἐγένετο &c.] id est, *Factum est autem, ut Pater Publii, febribus ac dysenteriâ laborans decumberet: ad quem Paulus ingressus, & precatus, impositis ei m. s. cum.* Συνεχόμενον πυρετοῖς καὶ δυσεντερίᾳ, id planè est, quod apud Latinos, *febribus ac dysenteriâ laborare*, nec video quemadmodum hoc loco Lucæ mens melius aut commodius exprimatur. Et sic proximo versu, pro, οἱ ἔχοντες ἀσθενείας, non malè, meâ sententiâ, duceris: *qui laborabant morbis*; nisi malis verbum verbo reddens, cum veteri interprete dicere: *qui habebant infirmitates.*

Vers. 10. οἳ καὶ πολλαῖς τιμαῖς &c.] insigne hîc habemus exemplum hominum minimè sordidorum, qui in dandis & collocandis beneficiis nihil minùs, quàm utilitatem suam, aut ejus cui dant opes, remuneraudique facultatem spectant. Quid expectare potuit Publius, à Paulo naufrago, egente, moxque discessuro? Et tamen, ut Lucas ait, πολλαῖς τιμαῖς ἐτίμησαν ἡμᾶς. Omninò talis fuit liberalitas Publii, qualis laudatur & describitur à Seneca lib. 4. de Beneficiis, cap. 11. his verbis: *Si utilitas me & sordida computatio liberalem facit, si nullis præsum, nisi ut invicem ille mihi præsit, non dabo beneficium proficiscenti in diversas longinquasque regiones, non dabo abfuturo semper, non dabo sic affecto, ut spes ei nulla sit convalescendi, non dabo ipse deficiens. Non enim habeo tempus recipiendi. Atqui, ut scias rem per se expetendam esse, benefacere, advenis modò in nostrum delatis portum, & statim abituris succurrimus. Ignoto naufrago navem qua revehatur, & damus*

damus & instruimus. Instruimus, hîc est, ἐπιτιθέμεθα τὰ πρὸς τὴν χρείαν: ut apud Lucam, ἐπέθεντο τὰ πρὸς τὴν χρείαν, est, *instruxerunt*, vel, *instruxerunt rebus necessariis.*

Vers: 11. ἀνήχθημεν] id est, *navigavimus*, ut rectè vetus interpres, vide suprà cap: 20. vers: 3. & 21. vers: 2. Alii, *provecti sumus*. Sed hîc τὸ ἀνήχθημεν generalius quiddam significare videtur, nisi, *provecti sumus*, pro, *navigavimus* libebit accipere.

Vers: 13. ἤλθομεν εἰς Ποτίολους] Casaub: in Suetonii librum secundum super hæc verba: *Forte Puteolanum sinum prætervehenti; vectores nautæque de navi Alexandrina &c.* sic scribit: *Solitæ naves Alexandrinæ Puteolano portu uti: eô appellebant, inde solvebant, ut testatur Suetonii iste locus; Strabo alicubi, M. Tullius pro Rabirio Posthumo; Philo contra Flaccum, & Lucas quoque in Actis cap: 28.*

Vers: 14. καὶ οὕτως εἰς τὴν Ῥώμην ἤλθομεν] Vetus, *& sic venimus Romam* [vel *Romam venimus.*] Alii, *& ita contendimus Romam*: non sine causa à vetere hîc interprete discedentes. Vide Notas Bezæ & v: 15. initium.

V: 16. τῷ στρατοπεδάρχῃ] Curopalates quinquies unâ paginâ utitur hoc vocabulo: atque ibi singulis in locis ὁ στρατοπεδάρχης, *præfectus copiis*, exponitur. Sic igitur exponi potest hoc loco, aut ut alii, *præfectus exercituum*: *præfectus castrorum*: Vide Glossarium Meursii. Fine vers: 11. σὺν τῷ φυλάσσοντι αὐτὸν στρατιώτῃ] Jos: Scaliger in Sphæram Barbaricam Manilii, p: 462. *Eâdem catenâ & custodia & miles vincti ibant, neque aliter intelligendum de Paulo Apostolo, & milite illi dato.* Vers: 17.

Vers: 17. δέσμιος ἐξ Ἱεροσολύμων παρεδόθην &c.] id est, *ex urbe Hierosolymis*, vel, *ex urbe Hierosolymitana vinctus traditus sum in manus Romanorum*. Cur addam, *urbe*, percipere non est difficile. Nam cùm Latini sermonis consuetudo non patiatur, ut proprio civitatis nomini præfigatur præpositio, & sine præpositione ambiguum sit, utrùm, *ubi*, an, *unde*, hoc est, utrum *in loco*, ut vulgo loquuntur, an *à loco* significetur, declarationis causâ, necesse omninò fuit, ut, τὸ *urbe*, adjiceretur, aut tali aliquo modo, tum proprietati tum perspicuitati sermonis consuleretur. Aliter: *Hierosolymis abductus, vinctus traditus sum in manus R.* Postquam hæc scripsissem, deprehendi ἐξ Ἱεροσολυμῶν, non à vetere solùm interprete, sed ab omnibus fermè aliis, *ab Hierosolymis*, reddi. Quare si peccant hodiè qui præpositionem nomini civitatis in his loquendi generibus adjiciunt, nec primi, nec soli peccant.

Vers: 18. ἀπολῦσαι] vetus, *dimittere*, & sic etiam Erasmus & Piscator. Tum pergo cum vetere interprete: *eò quòd nulla esset causa mortis in me*. Hoc est, eò quòd nullum crimen capitale esset in me. Convenire enim puto, ut prior interpretatio, tanquam simplicior, in contextu locum habeat, posterior in margine.

Vers: 20. ἰδεῖν &c.] id est, *ut viderem vos & alloquerer*: vel, ut Beza, *quos viderem & alloquerer*.

V: 22. ἀξιοῦμεν δὲ &c.] i. e. *Volumus autem ex te audire*. Aliter, laxiore interpretatione:

Æquum

Æquum autem censemus, ut dicas nobis quid sentias de secta ista. Notum enim est nobis, ubique ei contradici. Sequor hîc Arabici contextus ordinem, qui & proponitur à Beza in annotationibus, & nostræ lectioni anteponitur. Aliter: *Avemus autem,* [*volumus*, id est, avemus] *ex te audire quid sentias. Nam quod ad sectam istam attinet, notum est nobis &c.*

Vers. 23. ὃις ἐξετίθετο &c.] id est, *quibus exponebat regnum Dei à mane usque ad vesperam, testificans, docensque eos de Jesu ex Lege Mosis, & Prophetis.* Implicatior est hoc loco verborum structura. Quare non sum veritus sic interpretari, acsi in libb: legeretur: ὃις ἐξετίθετο τὴν βασιλείαν τῦ Θεῦ ἀπὸ πρωὶ ἕως ἑσπέρας, διαμαρτυρόμενός τε αὐτοῖς τὰ περὶ τῦ Ἰησῦ, ἀπό τε τῦ νόμε Μωσέως, καὶ τῶν προφητῶν. Ἐξετίθετο, id est, ἐκήρυττεν, & πείθων, id est, διδάσκων, ut paulò inferiùs versu ultimo hujus capitis. Quod ad ordinem attinet, certum est membra sic connectenda esse, ut appareat, & quid fecerit Paulus, & quamdiu, sive quàm diligenter, & quomodo, sive quâ ratione. Quid fecit? Exposuit & prædicavit regnum Dei, id est, Evangelium. Quamdiu, sive quâ diligentiâ? A mane usque ad vesperam. Quomodo, sive quâ ratione? comparando eventum cum umbris Legis & prædictionibus Prophetarum. Atque hoc postremum participia, διαμαρτυρόμενός & πείθων designant nobis. Igitur conjunxi ea, & verba ἀπὸ πρωὶ ἕως ἑσπέρας, loco commodiore posui, videlicet continuò post τὴν βασιλείαν τῦ Θεῦ.

Aliquantò

Aliquantò aliter : *quibus expondebat regnum Dei à mane usque ad vesperam, testificando & docendo eos de Jesu* [Articulus τὰ omitti potest: pertinet enim ad peculiarem quandam Hellenismi rationem Latinis vix imitabilem.] *partim ex lege Mosis, partim ex Prophetis.* Anglicè, *To whom he expounded the kingdome of God from morning till evening, by testifying and teaching them concerning Jesus, both out of the Law of Moses, and out of the Prophets.*

Vers: 25. ἀσύμφωνοι δ' ὄντες &c.] id est, *Discordes autem cum essent inter se, discedebant, addente*, id est, *postquam addidisset Paulus hoc unum.* [Græcè, *dicente*] *Paulo hoc unum.* [ῥῆμα ἕν, id est, ἓν ῥῆμα.] *Recte Spiritus sanctus locutus est per Esaiam Prophetam ad patres nostros.*

Vers: 27. Ἐπαχύνθη γὰρ] Vetus, *Incrassatum est.* Vide suprà Notas meas in Matth. 13. v: 15. Ibid. ἐκάμμυσαν] Vetus, *compresserunt.* At Matth: 13. v: 15 idem verbum illi est, *clauserunt*, quod malo, sicut Notæ meæ in eum locum ostendunt. Corrigat ergò seipsum vetus interpres, & dicat hîc etiam: *& oculos suos clauserunt*, sive, *occluserunt.* Theophylactus in hunc locum: Ἐκώφωσαν τοῦτό, φησι, καὶ ὦτα βύσαντες, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς καμμύσαντες, id est, Sifano interprete: *Fecerunt hoc, inquit, auribus obturatis, & oculis occlusis.*

Vers. 30. ἐν ἰδίῳ μισθώματι.] id est, *in proprio conducto*, ut optimè Beza. Seneca de Beneficiis lib: 7. cap: 5. *Nec conductum meum, quanquam sis Dominus, intrabis. Conductum meum,*

meum, id est, τὸ μίσθωμά μου, vel, ut Theophrastus loquitur, in Ethicis characteribus, cap: περὶ ἀλαζονείας, μισθωτὴν οἰκίαν μου. Locus Theophrasti sic se habet: καὶ ἐν μισθωτῇ οἰκίᾳ οἰκῶν, [Malim, καὶ μισθωτὴν οἰκίαν οἰκῶν, nam vulgata Lectio hûc ducit,] φῆσαι ταύτην εἶναι τὴν πατρῴαν, πρὸς τὸν μὴ εἰδότα. id est, eruditissimo Casaubono interprete: *Denique in conducto habitans*, (sc. ostentator aliquis,) *si cum aliquo sermonem habeat, qui id ignoret, paternas esse has ædes dicet.*

Τέλος. τῷ Θεῷ δόξα. *April.* 9. 1625. 3. & 10. *die, postquam ex vita hac migravit Britanniæ magnæ Rex augustissimus Jacobus.*

INDEX RERUM & VERBORUM.

Accusativus, pro Recto.	303. 372
Αγγαρεύομαι.	96. 97
Αγόμενος	236
Αγόραιοι ἄγονται	447. 448
Αγρὸς, & *Ager, quid.*	65
Ἅδης,	354
Αἷμα, *cædes,*	71
Αἰτεῖν & ἀπαιτεῖν, *quomodo differant.*	200
Ακέραιος, *unde.*	30
Ακοὴ, *Sermo.*	257
Ακροάματα.	430
Alabastrum.	142
Αλαλάζει.	113
Αλαλαγμὸς.	ibid.
Αλλὰ, *imo.*	ibid.
Aliquis.	375
Ἅλμα, *motus infantium in utero.*	162
Αναβαίνω, *cresco.*	38
Ανάιδεια	219

Αναιρηθῆναι. 271
Αναλύω. 230
Αναστατώσαντες 423. 459
Ανατολὴ 164
Αναφανάντες 454
Ανέθετο 486
Ανετάζεσθαι 463. 467
Ανθρακίᾳ 330
Antecedens *in voce præcedẽte interdũ latet.* 309
Αντιβλέπειν, *pro* ἀνθίστασθαι 501
Antigoni de Regno dictum 130
Αντικαλέω 237
Αντιλαμβάνομαι 163
Αντιλήμπτωρ ibid.
Αντοφθαλμεῖν 501. 502
Ἄνωθεν, *denuo* 287. 493
Aoristus Subjunctivus, *magnam habet cum* Futuro Indicativi *cognationem.* 72. 123. 135
Απαιτῶσι 227
Απεδίδουν 362
Απελέγχεσθαι 446
Απελθεῖν *sequente* εἰς, adire, *potiùs quàm* abire. 24, 25
Απεσπάσθη 92. 268
Απέστρεψε 94
Απέχω 15. 199
Απογραφὴ, *Monastica disciplinæ vox.* 215
Αποδοῦναι, *ex debito dare.* 259
Αποθνήσκω, *quid.* 209
Απορεῖσθαι 487
Αποσκευασμένος 456
Αποστάσιον 12
Αποστοματίζω 223
Αποψᾶν 20.

Απώλεια

Ἀπώλεια, perditio *potius, quam* profusio 343
Ἀργυροκόπος 442
Ἀρνία 346
Ἀρξάμενον 236. 279
Articulus, *non semper exprimendus*. 1, 2. 4. 28. 48. 154. 156. 452
Ἀρχαῖοι, *qui* 10
Τὴν ἄρχην
Ἀσθένεια 23. 25
Ἀσκαρίζειν 162
Ἄσκω 481
Ἄσσον 490. *pro* ἔγγιον, *poëticum* ibid.
Ἀσεῖος τῷ Θεῷ 371
Ἀστράπτω 372
Ἀτενίζω 356
Αὐλητὴς 26
Attubus 120
Ἀφανίζω 17
Ἀφανισμὸς ibid.
Ἄφιξις 455

B

Βαΐον 316
Βαρύτιμος 83
Βουλευτὴς, *Decurio* 151
Βρῶσις, *pro* Βρωτὴρ 17
Βυθίζομαι 175

C

Καθηγητὴς 71
Καθῆψε, *pro* Καθήψατο. 507. 508

Καὶ, *pro* καὶ ταῦτα 71. *pro* μὴ, interrogativè, 219. *pro* γὰρ, 108. *pro* imò. 110
Καινοπαθὴς, *idem quod* καινὸς 412
Καιρὸς 350
Καμμύω 39. 514
Καρανιτὴς 28
Capere, *plus est quam* captare. 135
Καταδυναστεύω 389
Κατακλιδᾶν [491
Κατακυριεύω 130
Καταμανθάνω 19
Κατανοέω 19. 228. 371
Καταξιοῦν, *quomodo a Græcis usurpata* 260. 266
Καταπλεῖν 208
Κατὰ τὸ αὐτὸ, *similiter, simul.* 410
Κατασοφίζομαι 369
Κατείδωλος 425
Κατηχήθησαν 457
Κέρας σωτηρείας 164
Κερδαίνω 502
Κεφαλιοῦν 134
Κεχαριτωμένη 159. *an* τῷ חנ, *an* τῷ חסר *respondeat*, 160. *vox, non a Luca primò excogitata* ibid.
Χαρίσασθαι 486. 487
Χάρις 157
Χειροτονεῖν. 445. 415
Κιβότια μικρὰ 443
Circumcisio 303
Κληρονομεῖν. 8
Cœnat, pro cœnando exprimit 62
Χρηματίζω 394
Χρηστὸς 35
Χωρέω, capio, *non* capax sum 58

Consilia

Consilia, pro Consiliariis. 430
Κοινὸς 117
Κορύσσειν 201
Κολλᾶσθαι 367
Condonare 486

Composita hæc interdum non excedunt significationem *simplicium*.

Ἀναβλέπουσι 34
Ἀναπλεῖν 469
Ἀνθωμολογεῖτο 169
Διακαθαιρεῖν 173
Διακέμπτειν 3
Διακατηλέγχετο 435
Διακωλεύειν 3
Ζωγρεῖν 175
Κατέκειναν 347
Περιλυπὸς 90
Προπέμψαντες 416
Συλλυπούμενος 105
Συμβιβάζω 379
Συνεκόμισαν 374

Confessio *fraudis & laudis* 34
Conniveo 39
Consilium capere, quid. 66. 67
Κτάομαι 29. 467
Κορβᾶν, 43.44.45. Cujas, *pro qualis* 161
Κύψας 101

D

Δαίρω 321
Δαρίζω 257

Δαιμονιώτης 429
Δεξιολάβος 472
Detego, *vocabulum nauticum* 455
Δεῦρο 59
Διὰ, 102. 103. *pro* μετὰ 481
Diabolus ex asse mendax 310
Διαλιξάμενος 373
Διαλογίζομαι 197
Διαλογισμὸς 16
Διάνοια, *mens* 68. 69
Διασείειν 173
Διασάζειν, *idem quod* ὁδηγεῖν 473
Διαφθορὰ 403. 404
Διαχειρίσασθαι 494
Διδάσκαλος 59
Διέξοδοι ὁδῶν & ὑδάτων, *qua.* 66
Διεκρίνοντο ταῖς καρδίαις 373
Digma. 427
Διώκειν ἀξάπιν & εἰρώνην, *quid.* 461
Διχομία, *Hypocritarum supplicium, & quare.* 77
Δοκοῦντες ἄρχειν, *pro* οἱ ἄρχοντες, & *quare* 129
Δόμα, *datum.* 21
Δόξητε 3
Δοῦλος, servus, *non* famulus 243
Δύναμαι, *pro* θέλω, & *contra* 513
Δύναμις, *virtus* 41
Δῶμα 32. 197
Δῶρα Θεοῦ, *pro* ζαρυλάκιον 261
Δωρεὰν, *gratis, immerito* 327

E

Ἐ *pro* καὶ. 114. *pro* φέρε 20
Ἐλλάσσω 311

Ηγάπησεν 128.202
Ἔδειραν 65
Ἐι pro ὅτι 495
Ειπὼν, *interdum copulat.* 462
Εἰς ἀπελεγμὸν ἔρχεσθαι 445.446
Εκτησάμην, *pro* ἠγόρασα 22.28
Εμπνέων 376
Ἦν, ἀορίστως *interdum sumitur.* 2
Enallage Cardinalis *numeri pro* Ordinali 68
Ενεῖχεν 115.225
Εννεὸς 376
Ἤνοιξε 335
Τὰ Ἐνόντα 222
Ενταφιάζειν 84.339
Ενύσταξαν 78
Εξ *in compositione per* in *interdum*, *non per* ex *reddendum* 27.29.505
Excessus, *de* morte, *non de* ecstasi 213
Εξένευσε 29
Εξέστη 108
Exilire, *de gaudentibus* 199
Εξίστων 375
Εξομολογοῦμαι 34
Εξουσία 278
Εξω ποιῆσαι 365
Επενδυτὴς 343.344
Επηρεάζω 13
Επὶ τὸ αὐτὸ 352.356
Επιβάλλον μέρος 239
Επιβάλλειν, *quid* 239.240
Επιβαλὼν 148
Επιγαμβρεύω 67.68
Εκιήσιος 16
Επιῤῥάπτει, assuit, *non* insuit. 104

Επιστρέψαι, *active* 18. 26
Επιτέμησεν 62
Ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε 202
Ἕστηκα, *redundat* 493. *per præsens reddendum* 495
Ἥστησαν 85
Ετάζειν, *quid* 464. 465
Ευγενέστερος 424
Ευφραίνομαι 227
Εφίσταμαι 368
Εφιμώθη 66

F

Facere pecuniam 79
Formulæ in Ecclesia frequentatæ nõ rejicienda 6
Fortè, ne fortè, *paganismum non sapit.* 11

G

Γενεαὶ 1. 36
Gestire, *quid* 311
Γινώσκω 2
Γυνὴ 351
Γύβιον 430

H

Habeo carne indui & Habent resurgere Habeo baptizari 231
Hellenistæ, qui 366. 367.
Humilitas, *veteribus Latinis nomen non virtutis, sed conditionis.* 162. 163

I

Ιδέα 100
Ιδεῖν, Atticum, *pro* Colloqui 208
Ἵλεώς σοι 49
Imperfecti *temporis significatio propria* 209

Impro-

Improbitas, quid 219
Infinita *verba per verba* finita *cum* Conjunctione *copulativa sæpe reddenda* 133
Inscriptio Aræ Θεῦ ἀγνώστου *apud Athenienses* 430
Invalescunt *res, non persona.* 378. *de mâlis* propriè 442
Ἰσχύειν κατά τινα 441
Juvenis, *pro*, milite 146

L

Λαμπρὸς, *Candidus* 383
Latus Christi dextrum perfossum, non sinistrum 338
Liberare, *a servitute proprie,* 308
Λικμήσει 64
Λόγος, *quicquam.* 69
Verbum, *an Sermo* 277.278
Lucas, φιλυπέρβατος 221
Lucas Λατινίζει 446
Lucrifacio, *pro*, vito 502
Λύειν & ἐπιλύειν, *quid* 110
Λύτρον & λύεσθαι, *quid* 62

M

Μαθητεύω 414
Μακροθύμησον, *prorogationem solutionis pecuniæ, non pœnæ notat* 55
Μακροθυμῶν 249. 250
Μᾶλλον, ἐλλείπει *sæpius* 54
Matrimonia, *pro*, uxoribus 430
Μέθυω, *non semper in malam partem* 286
Μείζων 53. 71
Μέλλοντες 497

Μέλλω,

Μέλλω, *pro* θέλω, 27.30.485
Μελλόντων, *pro* μέλλων, *& vice versa* 474. 495
Mereor, *apud antiquos*, *pro* Consequor 260
Μετάξυ 408
Μετεώριζομαι 228
Μετεωρισμὸς 229
ἀπὸ μιᾶς, *quid* 237. 238
Μοσιλάλος 120
Mæchari aliquam, *non proprie dictum* 11
Moriens, *quis.* 210
Μύλος 245
Mutus. 120

N

Ναὶ 12. *& obsecrat, & concedit* 46
Ναῖδια 443
Νάρδος πιστικὴ 140. *a* πείθω, *vel* πείνω *deducta* ibid.
Bezæ de ea conjectura 141
Νεανισκὸς, *miles* 146
Νομικὸς 217
Νοσφίζομαι 362

O

Ὠδῖνες 73
Ὁδὸς 461
Οἱ παρ' αὐτοῦ, *qui* 107
Οἰκέτης, famulus, *non* servus 243
Ὁμοιοπαθὴς, *idem quod* ὅμοιος 422
Ὀπίσω αὐτοῦ 255
Ὥρα, *tempus* 267
Ὅραμα 51
Ὠράριον, *quid* 439
Ὀρθοστάδιον χιτὼν 334
Oriens, pro eo quod oritur 165
Ὡς *pro* ὅμοιος 110. κατὰ παραβολὴν, καὶ κατὰ βεβαίωσιν 282.

Οτι *consecutionem notat* 206. *post illud sæpe subauditur* ἔλεγεν, *& apud Grammaticos*, σημείωσαι. 129. *pro* ὃς 15
Ὀυμὴ *idem quod* ὀ 9
Ὀυδὲ *pro* μήτιγε 78
Οὕτως ἐκάθετο 290
Οφείλω, *reus sum* 71
Ὤφθη 154. 371
Ὄψε σαββάτων 98. 99
Οψάριον } *piscis, & quare* 298
Ὄψον }

P

Παιδίον, *& de statura, & ætate dicitur* 52
Παραδειγματίσαι 2
Παραδοῦν καρπὸν 110
Παράκλητος 321
Παραλαμβάνειν 279
Παροικεῖν 273
Παροικία 398. 399
Παροιμία 313
Παραστῆσαι κτήνη 472
Παῤῥησιασάμενοι 373
Participia præsentis ἀορίστως *etiam Latinis significant*. 52. 64. *ejus pleonasmus* 138. *pro* Adverbio 373. Participium præsens passivum *rarò a Latinis usurpatur* 203
Παρωξύνετο 425
Pendens, *Comicis quid*. 466
Πέραν, *trans*, proprie: *cis, citra, secus, secundum, nonnisi* secundariò 56
Περὶ, *pro* ὑπὲρ *vel* ἕνεκα 399
Περίεργα 441
Περισσευθήσεται, *pro* περισσῶς δοθήσεται 80
Persequi sectam, *quid* 461

Πίμ-

Πίμπρασθαι, τὸ λακᾶν 509
Περὶ φάρμακα, quæ 140
Πνεῦμα, pro vento 287
Πνίγω, τὸ ἄγχω 56
Ποιέω, opus facio. 60. lucror 79. ποιεῖν ἀλήθειαν 286
Πολιτεύομαι 468. 469
Πολλαπλασίονα 253
Polyarchium 142
Ποταπὸς pro ποῖος 24. 161. 205
Procuratores Iudaea, ex equestri ordine: præsides Syria, viri Consulares 172
Πρὸς, in compositione interdum insuper, adhuc 235
Προσαναβῆναι 235
Προσήλυτοι 410
Προτείνειν ταῖς ἱμᾶσι 465
Προσεψάμενοι, pro προφθάσαντες 435
Proverbia dimidiata proferri solita 43. 45
Πρόσφαγιον 342
Προχειρίζομαι, sequente Infinito, deligo; cum Accusativo, designo. 462
Πρῶτος, cum δευτέρῳ collatus primus, non prior.
Ψεύσασθαι 363
Ψυχρὸν 33
Πτῶμα 75
Πτῶσις 21
Πυγμῇ 118
Πυρία 126
Πυλὼν 382
Pulmentarium, pulmentum 342
Φανεῖν, pro ἐλθεῖν 211
Φαντασία 488. 489. 490. 491. 492
Φαντασιοκοπῶ 491

Φυλα-

Φυλακτήρια 70
Φυτεία 45

Q

Quando & quod, *Indefinitè posita*, Subjunctivum *post se*, *non* Indicativum *postulant* 138. 139
Quoniam, *est particula* sub-continuativa, *non purè* causalis 205

R

Ῥάκος 26
Ῥαπίζω 93. 94
Ῥάπισμα, *quid* 330
Rectus, *pro* Dativo *pro* Genitivo. 372

S

Σαλεύειν 201
Σεβάσματα, *numina, simulacra* 430
Σεμικίνθια 438. 439
Σινιάσαι 267
Sitit, *pro*, Sitiens promit 62
Σιτομέτριον 231
Σκίρτημα 162
Σκύλλεσθαι 111
Σουδάρια 438. 439
Speculator 115
Stationes, *in Ecclesia primitiva quæ, & unde dictæ* 133
Στενὸς 21
Στηρίζειν πρόσωπον, *quid* 215
Στοιβάδας, *quid* 131
Στράτευμα, *milites*. 470
Στρατηγοὶ, *qui* 422
Στρατοπεδαρχὴς 511

Συμ-

Συμβάλλειν 167. 425
Συμβιβάζω 379. 420. 421
Συμβιβασθέντες 420
Συμβόλαιον λαβῶν 67
Συνάγω 81
Συναλλαξάμενος 348
Συνέθεντο 471
Συνείχετο 432
Συνήλασε 371
Συνετήρει αὐτὸν 115
Συνέχυνε 378
Συνέχω 269
Συνηκόλουθησαν 374
Συντάττω, pro προστάττω 85
Συνφυεῖσαι ἄκανθαι, quæ 471
Συνέχεαν ται 291
Supernè, *adverbium* in loco, *non de loco* 290
Σύσσημον, *idem quod* σημεῖον 144
Συστέλλω 362
Συστροφὴ 471

T

Τὰ παρ' αὐτῶν, *quæ* 216
Τὰ τοῦ πατρὸς, *quæ* 170
Ταμιεῖον, κοῖλον 15
Ταπείνωσις, *quid* 162
Τηλαυγῶς 122
Τέρατα 74
Θέλω, *pro* δύναμαι, *&* *vice versa*, δυνατὸς, *pro* θέλων 485
Θεὸς ἄγνωστος 430
Θεοὶ ξενικοὶ ibid.
Θεράπεια 77
Θηρίον, *pro* Serpente 508
Θέρμη, *pro* πῦρ 506

Θυμομαχεῖν 396
Τὸ, *sæpè* παρέλκει, *apud Lucam præcipuè* 126
Τόπον, *non* τύπον *legendum* Jo: 20. 25
Τρέφω 82
Τροποφορεῖν 399. 400. 401
צמח Syris, *non* germen *tantum*, *sed etiam* lux 164

V

Verba activa, *non* actum *semper significant*, *sed interdum* conatum. 10
Verba prægnantia 62
Verbum *pro* Adverbio 80.81.128.200
Verbo præteriti *temporis*, *subjiciendum verbum* imperfecti *potius temporis*, *quam* præsentis. 61
Ὑγρὸς 271
Villa, *quæ*, 65
Uniones exaluminati 40
Ὑπακούειν *videre*, *respondere* 395
Ὑποζύγιον, *pro Asino*. 62
Ὑπομιμνήσκομαι 103
Ὑποστέλλεσθαι & ὑποστολὴ 451, 452
Ὕσσος 334
Ut, *post*, oportet, *parum Latine ponitur*. 51.124
Utor 291

Z

Ζῆν τῷ Θεῷ 418
Ζῆν τῷ Φιλίππῳ 16
Ζωοζονεῖσθαι 319. 370

FINIS.

Errata ſic corrige.

PAg: 10. lin: 2. lege ἀρχαίων. 11. 28. Σκανδαλίζει. 13. 10. ἐπιτρεάζω. l. 11. ἐπηρεάζειν. 15. 19 φιλῦσι. 17. 22. ἐκτενεῖ. 19. 8. ὁ. 15. κάλλ&. 24 11. Verſ:27. 25. 26. πλησίον. 29. ἀδιενῦντων. 26. 8 ῥάκ&, ῥάκη. 27. 8. αὐτὸν. 30. 2. balteis, ſed jam acquiſitæ in balteis ponantur. 20. ἀκέραιοι. 31. 2. oræ. 19. Totus. 34. 6. ἐμφαπιάτερον. 39. 5. τῆς. 51. 12. ἀντάλλαγμα. 61. 4. & Apoſtolica. 69. 4. locupletibus teſtibus. 86. 21. *impudentiam.* 91. 9. pronomini. 93. 15. & 17. διέῤῥηξε. 95. 19. ἐκείνων. 103. 29. *ditantis.* 121. 29. v: 4. 134. 5. pentecoſten. 152. 29. ὕστερον. 172. 23. πληρωθήσεται. 199. 1. δευτεροπρώτῳ. 20. ταυτὰ 107. 16. dem. 217. 4. ἐπισυνάγεσθαι. 220. 29. initium v. 5 221. 14. *videre lumen.* 235. 1. manducandum. 240. 6 λέγομεν. 25. διοικημένης. 34. *polenta.* 249 26 dele, eſt. 255. 22. iſte ante eum qui proximè præcedit, quàm poſt 262. 23. ponantur iſta. 272. 10. pro τὸ, lege 70. 273. 22. *Hieroſolyma.* 308. 24 ἐλαδιαρεύσε. 361 8. ſcirpo. 420 1 *colligentes.* 422. 20 *pratores.* 469. 23. genius. 474. 5. doctiſſimus Theophylacti. 10. *militum.* 485. 19. eum. 504. 7. *orationem.* 507. 15. idipſum.